MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO II. CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM.

TOMVS I.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

MDCCCLXXXIII.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO II. CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM.

TOMVS I.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCLXXXIII.

CAPITVLARIA
REGVM FRANCORVM

DENVO EDIDIT

ALFREDVS BORETIVS.

TOMVS PRIMVS.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCLXXXIII.

HALIS SAXONVM. FORMIS HENDELIIS.



Novae capitularium editionis tomus primus capitularia ad annum usque octingentesimum vicesimum septimum data et Ansegisi abbatis collectionem continet una cum tabulis duabus eo consilio propositis, ut capitularia secundum Baluzium vel Pertzium allegata in nostra editione facile inveniri possent; secundus posteriora saeculo nono edita et libros a Benedicto levita Ansegisi collectioni additos praebebit cum praelegomenis nostris, quibus de codicibus manuscriptis in nova editione adhibitis et anterioribus capitularium editionibus agendum erit, et cum nominum et rerum indicibus ad utrumque tomum spectantibus.

Editio haec, etiamsi Baluzianae et Pertzianae haud pauca debet, e codicibus tamen manuscriptis tam a me ipso inspectis quam ab aliis recens evolutis vel descriptis tamquam nova parata est. Praesertim anno huius saeculi septuagesimo septimo Romae, anno insequenti Parisiis magnae codicum manuscriptorum illic servatorum copiae usum feci, alios etiam alio tempore aliunde ad me transmissos codices adhibui. Capitularia antehac omnino incognita non multa primo iam edere licuit: nonnulla praeterea vel a Pertzio omissa vel post ipsius editionem ab aliis publici iuris facta in novam edi-

tionem recepi, ut praeter capitula quaedam singillatim tradita (cfr. pag. 213. 333) *Pertziana editio in hac nova aucta videatur capitularibus numeris* 1. 63. 76. 82. 83. 84. 86. 87. 100. 101. 132. 133. 149. 173. *signatis. Capitula haud pauca minus recte inter regum capitularia a Pertzio recepta non omnino omittenda sed inter additamenta potius deleganda esse censui.*

Magis etiam nova editio ab anteriore differt in capitularibus componendis, in eorum origine atque aetate definienda, in textu denique constituendo: quibus de rebus plerumque me recte iudicasse, equidem confido et capitularium perscrutatores confisuros esse spero.

Dabam Halis Saxonum die V. ante Idus Iunias MDCCCLXXXIII.

ALFREDUS BORETIUS.

TOMO PRIMO INSUNT:

I. Capitularia Merowingica.

pag.

1. Chlodowici regis ad episcopos epistola. Anno 507—511. . . . . 1.
2. Childeberti I. regis praeceptum. 511—558. . . . . 2.
3. Pactus Childeberti I. et Chlotharii I. 511—558. . . . . 3.
4. Chilperici edictum. 561—584. . . . . 8.
5. Guntchramni regis edictum. 585. Nov. 10. . . . . 11.
6. Pactum Guntchramni et Childeberti II. 587. Nov. 29. . . . . 12.
7. Childeberti II. decretio. 596. Febr. 29. . . . . 15.
8. Chlotharii II. praeceptio. 584—628. . . . . 18.
9. Chlotharii II. edictum. 614. Oct. 18. . . . . 20.

II. Capitularia maiorum domus.

10. Karlmanni principis capitulare. 742. April. 21. . . . . 24.
11. Karlmanni principis capitulare Liptinense. 743. vel paullo post. Mart. 1. . . 27.
12. Pippini principis capitulare Suessionense. 744. Mart. 2. . . . . 29.

III. Pippini capitularia.

13. Pippini regis capitulare. 754—755. . . . . 31.
14. Concilium Vernense. 755. Iul. 11. . . . . 33.
15. Decretum Compendiense. 757. . . . . 37.
16. Decretum Vermeriense. 758—768? . . . . 40.
17. Pippini ad Lullum epistola. 755—768. . . . . 42.
18. Pippini capitulare Aquitanicum. 768. . . . . 42.

IV. Karoli Magni capitularia.

19. Karoli M. capitulare primum. 768 vel paullo post . . . . 44.
20. Capitulare Haristallense. 779 mense Martio . . . . 47.

pag.
21. Capitulare episcoporum. 780? . . . . 52.
22. Admonitio generalis. 789. Mart. 23. . . . . 53.
23. Duplex legationis edictum. 789. Mart. 23. . . . . 62.
24. Breviarium missorum Aquitanicum. 789. . . . . 65.
25. Capitulare missorum. 792 vel 786. . . . . 66.
26. Capitulatio de partibus Saxoniae. 775—790. . . . . 68.
27. Capitulare Saxonicum. 797. Oct. 28. . . . . 71.
28. Synodus Franconofurtensis. 794 mense Iunio. . . . . 73.
29. Karoli epistola de litteris colendis. 780—800. . . . . 79.
30. Karoli epistola generalis. 786—800. . . . . 80.
31. Capitulum in pago Cenomannico datum. 800 aestate. . . . . 81.
32. Capitulare de villis. 800 vel ante? . . . . 83.
33. Capitulare missorum generale. 802 initio. . . . . 91.
34. Capitularia missorum specialia. 802 initio. . . . . 100.
35. Capitulare missorum item speciale. 802? . . . . 102.
36—41. Synodus et conventus exeunte anno 802 Aquisgrani habita.

36. Capitula a sacerdotibus proposita. 802. Octob.? . . . . 106.
37. Capitula ad lectionem canonum et regulae S. Benedicti pertinentia. 802. Octob.? . . . . 108.
38. Capitula de examinandis ecclesiasticis. 802. Octob.? . . . . 109.
39. Capitulare legibus additum. 803. . . . . 113.
40. Capitulare missorum. 803. 115.
41. Capitulare legi Ribuariae additum. 803. . . . . 117.

42. Capitula ecclesiastica ad Salz data. 803—804. . . . . 119.
43. 44. Duplex capitulare missorum in Theodonis villa datum. 805 exeunte

43. Capitulare missor. in Theodonis villa datum primum, mere eclesicasticum . . . . 121.
44. Capitulare miss. in Theod. villa datum secundum, generale . . . . . 122.

45. Divisio regnorum. 806. Febr. 6. . . . . 126.
46. Capitulare missorum Niumagae datum. 806 m. Martio. . . . . 131.
47. Capitula excerpta de canone. 806 vel post? . . . . 133.
48. Memoratorium de exercitu in Gallia occidentali praeparando. 807 initio. . . 134.
49. Capitula de causis diversis. 807? . . . . 135.
50. Capitulare missorum de exercitu promovendo. 808 initio. . . . . . . 137.
51. Capitula cum primis conferenda. 808. . . . . 138.
52. Capitula cum primis constituta. 808. . . . . 139.
53. Capitula missorum. 808. . . . . 140.
54. Capitula per episcopos et comites nota facienda. 805—808. . . . . . 141.
55. Capitula post a. 805 addita. 806—813. . . . . 142.
56. Capitula Karoli Magni. 803—813. . . . . 143.
57. Capitula omnibus cognita facienda. 801—814 (801—806?) . . . . . . 144.
58. Responsa misso cuidam data. 801—814? . . . . 145.
59. Capitula a misso cognita facta. 803—813 . . . . 146.
60. Capitulare missorum. 802—813. . . . . 147.
61. Capitulare Aquisgranense. 809. . . . . 148.
62. Capitulare missorum Aquisgranense primum. 809. . . . . 150.
63. Capitulare missorum Aquisgranense alterum. 809. . . . . 152.
64. Capitulare missorum Aquisgranense primum. 810. . . . . 153.

pag.
65. Capitulare missorum Aquisgranense secundum. 810. . . . . 154.
66. Capitula de missorum officiis. 810. . . . . 155.
67. Capitula per missos cognita facienda. 803–813. . . . . 156.
68. Capitula ad legem Baiwariorum addita. 801–813. . . . . 157.
69. Capitulare Baiwaricum. circa a. 810? . . . . 158.
70. Capitula Karoli apud Ansegisum servata. 810. 811? . . . . 160.
71. Capitula tractanda cum comitibus, episcopis et abbatibus. 811. . . . . . 161.
72. Capitula de causis cum episcopis et abbatibus tractandis. 811. . . . . . 162.
73. Capitula de rebus exercitalibus in placito tractanda. 811. . . . . 164.
74. Capitulare Bononiense. 811. Oct. . . . . 166.
75. Karoli ad Fulradum abbatem epistola. 804—811. . . . . 168.
76. Praeceptum pro Hispanis. 812. Apr. 2. . . . . 169.
77. Capitulare Aquisgranense. 801—813. . . . . 170.
78. Capitula e canonibus excerpta. 813. . . . . 173.
79. Capitula originis incertae. 813 vel post . . . . 175.
80. Capitulare de iustitiis faciendis. 811—813. . . . . 176.
81. Capitula ecclesiastica. 810–813? . . . . 178.
82. Capitulare Karoli M. de latronibus. 804–813. . . . . 180.
83. Capitula missorum. 813? . . . . 181.
84. Capitula vel missorum vel synodalia. 813? . . . . 182.
85. Capitula a missis dominicis ad comites directa. 801—813. . . . . . . 183.
86. Capitula incerti anni. 789–814? . . . . 185.
87. Capitula de rebus ecclesiasticis. 787—813? . . . . 185.

V. Karoli Magni et Pippini filii capitularia italica.

88. Karoli Magni notitia italica. 776 vel 781. Febr. 20. . . . . 187.
89. Capitulare cum episcopis Langobardicis deliberatum. circa a. 780—790. . . 189.
90. Capitulare Mantuanum. 781? . . . . 190.
91. Pippini Italiae regis capitulare. 782—786. . . . . 191.
92. Capitulare Mantuanum primum, mere ecclesiasticum. 787 initio? . . . . 194.
93. Capitulare Mantuanum secundum, generale. 787 initio? . . . . 196.
94. Pippini capitulare Papiense. 787. Octob. . . . . 198.
95. Pippini capitulare. circa 790. . . . . 200.
96. Capitula cum Italiae episcopis deliberata. 790—800? . . . . 202.
97. Karoli epistola in Italiam emissa. 790—800. . . . . 203.
98. Capitulare italicum. 801. . . . . 204.
99. Karoli M. capitulare missorum italicum. 781—810. . . . . 206.
100. Pippini Italiae regis capitulare. 800—810? . . . . 207.
101. Karoli capitula italica. 790–810? . . . . 208.
102. Pippini capitulare italicum. 801 (806?)—810. . . . . 209.
103. Karoli ad Pippinum filium epistola. 806—810. . . . . 211.

VI. Capitula singillatim tradita Karolo Magno adscripta.

104. Capitula francica . . . . 213.
105. Capitula italica . . . . 215.

*

VII. Additamenta ad Pippini et Karoli M. capitularia.

pag.
106. Nomina episcoporum et abbatum Attiniaci congregatorum. 760—762. . . . 221.
107. Interrogationes et responsiones baptismales . . . . 222.
108. Indiculus superstitionum et paganiarum . . . . 223.
109. Precatio franconica . . . . 224.
110. Summula de bannis . . . . 224.
111. Memoratorium missis datum ad papam Adrianum legatis. 785? . . . . . . 225.
112. Statuta Rhispacensia, Frisingensia, Salisburgensia. 799. 800. . . . . 226.
113. Capitula excerpta canonica . . . . 231.
114. Capitula e conciliorum canonibus collecta . . . . 232.
115. Indiculus obsidum Saxonum Moguntiam deducendorum . . . . 233.
116. Interrogationes examinationis . . . . 234.
117. Quae a presbyteris discenda sint . . . . 235.
118. Quibus de rebus in synodo quadam provinciali tractandum sit . . . . . . 236.
119. Capitula in dioecesana quadam synodo tractata . . . . 236.
120. Capitula de presbyteris admonendis . . . . 237.
121. Missi cuiusdam admonitio. 801—812. . . . . 239.
122. Karoli M. ad Ghaerbaldum episcopum Leodiensem epistola et Ghaerbaldi ad dioeceseos suae presbyteros epistola. 803—810. . . . . 241.
123. Ghaerbaldi Leodiensis episcopi capitula. 802—810. . . . . 243.
124. Karoli ad Ghaerbaldum episcopum epistola. 807. Nov. . . . . 245.
125. Karoli M. ad Odilbertum epistola. 809—812. . . . . 246.
126. Odilberti ad Karolum M. responsum. 809—812. . . . . 247.
127. Rihcolfi archiepiscopi ad Eginonem epistola. 810. . . . . 249.
128. Brevium exempla ad describendas res ecclesiasticas et fiscales. circa 810. . 250.
129. Iudicatum regium . . . . 257.
130. Capitula duo incerta . . . . 257.
131. Capitula de Iudaeis . . . . 258.

VIII. Hludowici Pii capitularia 814—827.

132. Constitutio de Hispanis in Francorum regnum profugis prima. 815. Ianuar. 1. 261.
133. Constitutio Hludowici de Hispanis secunda. 816. Febr. 10. . . . . 263.
134—141. Hludowici capitularia intra annos 816 et 819 data . . . . 264.
134. Capitula legi addita. 816 Novembri. . . . . 267.
135. Item capitula legi addita 816. . . . . 269.
136. Ordinatio imperii. 817 mense Iulio. . . . . 270.
137. Hludowici prooemium generale ad capitularia tam ecclesiastica quam mundana. 818. 819. 273.
138. Capitulare ecclesiasticum. 818. 819. . . . . 275.
139. Capitula legibus addenda. 818. 819. . . . . 281.
140. Capitula per se scribenda. 818. 819. . . . . 287.
141. Capitulare missorum. 819. . . . . 289.
142. Capitula legi Salici addita. 819 vel paullo post. . . . . 292.
143. Capitula de functionibus publicis. 820 vel paullo post. . . . . 294.
144. Capitula de iustitiis faciendis. circa a. 820. . . . . 295.
145. Responsa imperatoris de rebus fiscalibus data. circa 820 (823?). . . . . 296.
146. Capitulare de disciplina palatii Aquisgranensis. circa 820? . . . . 298.

pag.
147. Capitulare de moneta. circa a. 820? . . . . 299.
148. Capitula missorum. 821. . . . . 300.
149. Capitulare de monasterio S. Crucis Pictavensi. 822 – 824. . . . . 302.
150. Admonitio ad omnes regni ordines. 823—825. . . . . 303.
151. Commemoratio missis data. 825 ante mensem Novembrem? . . . . . . 308.
152. Legationis capitulum. 826 initio? . . . . 309.
153. Capitula e lege Romana excerpta. 826? . . . . 310.
154. Capitula e conciliis excerpta. 826? . . . . 312.
155. Responsa missis data. 826. . . . . 314.
156. Capitula incerta. 814—840. . . . . 315.

VIIII. Hlotharii capitularia italica.

157. Capitulare Olonnense. 822—823. . . . . 316.
158. Memoria Olonnae comitibus data. 822—823. . . . . 318.
159. Concessio generalis. 823? . . . . 320.
160. Capitula de inspiciendis monasteriis. . . . . 321.
161. Constitutio Romana. 824. m. Novembri. . . . . 323.
162. Capitula de expeditione Corsicana. 825. Febr. . . . . 325.
163. Capitulare Olonnense ecclesiasticum primum. 825. mense Maio. . . . . . 326.
164. Capitulare Olonnense ecclesiasticum secundum. 825 Maio. . . . . 328.
165. Capitulare Olonnense mundanum. 825 Maio. . . . . 329.
166. Capitula de rebus ecclesiasticis. 825? . . . . 332.

X. Capitula singillatim tradita et Hludowico Pio vel Hlothario adscripta.

167. Capitula francica . . . . 333.
168. Capitula italica . . . . 335.

XI. Additamenta ad Hludowici Pii et Hlotharii capitularia 814—827.

169. Hludowici ad archiepiscopos epistolae. 816 - 817. . . . . 338.
170. Capitulare monasticum. 817. Iul. 10. . . . . 344.
171. Notitia de servitio monasteriorum. 817. . . . . 350.
172. Pactum Hludowici Pii cum Paschali pontifice. 817. . . . . 353.
173. Hludowici Pii ad Hetti archiepiscopum Trevirensem praeceptum. 819. . . 355.
174. Capitula ab episcopis Attiniaci data. 822. m. Aug. . . . . 357.
175. Capitula ab episcopis imperatori proposita. 825? . . . . 358.
176. Concilium et capitulare de clericorum percussoribus . . . . 360.
177. Haitonis episcopi Basileensis capitula ecclesiastica. 807—823. . . . . . 363.
178. Episcoporum ad Hludowicum imperatorem relatio. circa 820. . . . . . 366.
179. Episcoporum ad imperatorem de rebus ecclesiasticis relatio. post an. 821. . 368.
180. Eugenii II. concilium Romanum. 826. Novembr. 12. . . . . 370.
181. Indiculus eorum qui sacramentum fidelitatis iuraverunt. . . . . 377.
182. Hludowici capituli legibus addendi versio francica . . . . 379.

XII.

pag.
183. Ansegisi abbatis capitularium collectio. . . . . 394.

Baluzianae editionis capitularia cum editione nostra collata. . . . . 451.
Pertzianae editionis capitularia cum editione nostra collata. . . . . 456.
Errata. . . . . 462.

I.
CAPITULARIA MEROWINGICA.

---

1. CHLODOWICI REGIS AD EPISCOPOS EPISTOLA.

507—511.

Editur haec epistola ope codicis antiquissimi saec. VI. et VII. scripti Paris. 12097. *(antea Sangerm.* 936, *olim Corbeiensis* 26.*), in quo (fol.* 197*) epistolae verba praefixa sunt:* Incipiunt Kanones Aurelianensis *eamque sequuntur canones concilii Aurelianensis primi (a.* 511*). Uti Maassen (Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts I.* §. 336. *pag.* 345*) refert, epistola in aliis etiam canonum codicibus Philippsii* 1743 *(Iesuitarum bibliothecae* 561 [569?], *Meermann* 576*) saec. VIII., Paris.* 3846. *saec. IX, Paris.* 3842*A, sc. IX—X, Paris.* 1454 *et* 1455. *saec. X invenitur.*

Conciliorum editores (Sirmondi concilia Galliae I, 176; *Mansi, concil. ampliss. collectio VIII,* 346*) epistolam saepe publici iuris fecerunt, capitularium editores praetermiserunt. Epistola post expeditionem Gothicam* (507) *data apparet; ad concilium Aurelianense primum* (511) *eam pertinere nonnulli editores affirmaverunt, Sirmondus negavit, equidem in incerto relinquendum esse duco.* *(Baluze deest; Pertz deest.)*

Dominis sanctis et apostolica sede dignissimis episcopis Chlothovechus rex.

Enuntiante fama quod actum fuerit vel praeceptum omni exercitui nostro, priusquam in patria Gotorum ingrederemur, beatitudini vestrae praeterire non potuit.

In primo quoque de ministerio ecclesiarum omnium praecepimus, ut nullus ad subripiendum in aliquo conaretur, neque de sanctimunialibus neque de viduis que se in religione domini devotas esse probarentur; simili condicione et de clericis vel filiis supradictorum, tam clericorum quam viduarum, qui cum illis in domu ipsorum consistere videbantur; idem[a] et[a] de servis ecclesiarum, quos de ecclesiis tractos per episcoporum sacramenta constiterit, praeceptum est observare, ut nullus ex ipsis aliqua violentia vel damnum pateretur. Quod[b] ita ad integrum agnuscendum, ut ex[c] his supradictis si[d] aliquis vim captivitatis pertulisset, sive in ecclesiis sive extra ecclesia, omnino sine aliqua dilatione reddendos esse praecipiamus[e]. De caeteris quidem captivis

a) Id vel *c.* b) sic *c.* c) ex *om. c.* d) si *om. c.* e) praecipimus *c.*

laicis qui extra pace sunt captivati et fuerint adprobati, apostolia[1] cui volueritis arbitrii vestri est non negandum. Nam de his qui in pace nostra[f] tam clerici quam laici subrepti fuissent, si veraciter agnoscitis vestras epistulas de anulo vestro infra signatas, sic ad nos omnimodis dirigantur[g] et a parte nostra praeceptionem latam noveritis esse firmandam. Sic tamen populus noster petit, ut, cuicumque epistulas vestras praestare fueritis dignati, cum sacramentum per Deum et benedictione vestra dicere non tardetis, rem istam quae poscitur veram esse: quia multorum varietates vel falsitates inventae sunt ut conpraehendatur, sicut scriptum est: 'Perit[2] iustus cum impio'.

Orate pro me, domini sancti et apostolica sede dignissimi papae.

f) *ita cod. cum editionibus anterioribus; fortasse* vestra *legendum est, cum apostolia vel litterae pacificae ab episcopis darentur.* g) dirigatis *edd.*

1) *Apostolia vel epistolia facere, hoc est litteris pacificis homines munire, privilegium erat episcopis concessum (Conc. Aurel. II. ai.* 533 *cap.* 13. *Concil. Turon. II. ai.* 567 *cap.* 6*). Quod privilegium rex hoc loco confirmat. Iterantibus potissimum tales epistolae dabantur, quae, ut Dionysius exiguus secundum Concil. Chalcedon. act. XV. can.* 2 *refert, epistolia nominabantur si pauperibus et indigentibus, litterae vero commendatitiae si honoratioribus personis ab episcopis praestabantur.* 2) *Genes. XVIII,* 23.

---

2. CHILDEBERTI I. REGIS PRAECEPTUM.

511—558.

Mutilum exstat in unico codice, olim Corbeiensi 26, *deinde Sangermanensi* 936, *hodie Par.* 12097, *folio* 162. *Primo editum est eiusdem codicis ope a Sirmondo (Conc. Gall. I. p.* 300*), post eum ab aliis multis, quos laudat Pardessus (diplomata I. p.* 112. *n.* 5*). Sirmondus eumque secuti editores omnes recentiores epistolam circa annum* 554 *emissam esse coniecerunt, quo argumento ducti nescio. Codex praecepti inscriptionem offert:* Incipit epistola clementissimi et beati regis nostri Childeberthi, data per ecclesias sacerdotum vel omni populo. *(B. I,* 5; *P. I,* 1.*)*

Credimus hoc, Deo propitio, et[a] ad nostram mercedem et ad salutem populi pertenere, si populus cristianus, relictam idolorum culturam, Deo[b], cui integram promisimus fidem, in quantum inspirare dignatus fuerit, purae deservire debeamus. Et quia necesse est, ut plebs, quae sacerdotes praeceptum non ita ut oportit custodit, nostro etiam corrigatur imperio, hanc cartam generaliter per omnia loca decrevimus emittendam, praecipientes ut quicumque admoniti[c] de agro suo, ubicumque fuerint simulacra constructa vel idola daemoni dedicata ab hominibus factum, non statim abiecerint vel sacerdotebus hoc distruentibus prohibuerint[d], datis fideiussoribus non aliter discedant, nisi in nostris obtutebus praesententur.

Qualiter in sacriligiis Dei iniuria vindicetur, nostrum est pertractandum, et quia fides nostra, ut verbo de altario sacerdote faciente, quaecumque de euangelio, prophetis vel apostolo fuerit adnuntiatum, in quantum Deus dat intellectum. Ad nos quaeremonia processit, multa sacrilegia in populo fieri, unde Deus ledatur et populos per peccatum declinet ad mortem: noctes pervigiles cum ebrietate, scurrilitate vel cantecis, etiam

a) ut *c.* b) dei *c.* c) admonetus *c.* d) prohibuerit *c.*

in ipsis sacris diebus pascha, natale Domini et reliquis festivitatibus vel adveniente die domineco bansatrices[1] per villas[e] ambulare. Haec omnia unde Deus agnoscitur laedi, nullatinus fieri permittimus. Quicumque post commonitionem sacerdotum vel nostro praecepto sacrilegia ista perpetrare praesumpserit, si serviles persona est, centum ictus 5 flagellorum ut suscipiat iubemus; si vero ingenuus aut honoratior fortasse persona est[f]. . . . .

e) villas *corr.; prima manu* ui . . . as. f) *Desinit ita constitutio in unico codice, folio uno exciso. Petrus Delalande in supplementis ad Sirmondi Galliae conciliorum editionem pag.* 56 *addidit verba:* districta inclusione digna. Sunt hi autem in poenitentiam redigendi, ut qui salu- 10 bria, et a mortis periculo revocantia, audire verba contemnunt, cruciatus saltem corporis eos ad desiderandam mentis valeat reducere sanitatem, *ex Gregorii M. epistola ad Ianuarium (libro IX. indict. II. epist. LXVII. secundum editionem ordinis Benedicti) desumta. Pertzius sub fine huius constitutionis collocavit verba:* Iudaeis a coena Domini usque in primum pascha per plateas aut forum quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur, *quae in concilii Matisconensis* 15 *primi* (ao. 581) *cap.* 14 *itemque in concilii Meldensis* (845) *capite* 73 *tamquam ex edicto domni Childeberti regis desumta allegantur. Sed haec verba istius nostrae Childeberti epistolae partem effecisse pro certo vix dici potest.*

1) 'Bansatrices vel forte dansatrices, ut volunt aliqui'. *Petrus Delalande in supplem. ad Sirm. conc. Gall. pag.* 340.

20

3. PACTUS CHILDEBERTI I. ET CHLOTHARII I.

511 - 558.

Traditur in codicibus 1) *Guelferbytano inter Weissemburgenses* 97 *fol.* 34. 2) *Paris.* 4404 *fol.* 225. 3) *Lugdun. Batavorum Voss. Q.* 119 *fol.* 86[v]. 4) *Monacensi* 25 4115 *fol.* 64[v]. 5) *Paris.* 18237 *fol.* 92[v]. 6) *Paris.* 10758 *pag.* 65. 7) *in eodem codice secunda vice pag.* 78. 8) *Paris.* 4628 *A fol.* 71[v]. 9) *Paris.* 4760 *fol.* 11[v]. 10) *Vatican. bibl. Reg. Christ.* 1036 *fol.* 44, *inde a capite* 14. *in cod.* 11) *Vatic. Reg. Christ.* 520 *fol.* 101. *Praeterea in codicibus compluribus apographis recentioribus, e. gr. Paris.* 4631, *Vat. Reg.* 1728. *In omnibus codicibus capita* 9—18. *capitibus* 1—8 *continuo sub-* 30 *nexa sunt.*

Secundum inscriptiones capitibus primo et nono praefixas capita 1—8 *pro duorum Francorum regum pacto, capita* 9—18 *pro Chlotharii decreto vulgo habentur. Contra iam Bignonius animadvertit, hoc utrumque capitulare proxime cohaerere unumque illorum regum pactum efficere, cui quadam ratione assentior. Existimo enim, capita* 16. 17. 18. 35 *nullo modo decreti a solo Chlothario editi partem efficere, quum secundum caput* 16 inter nos *(scil. legislatores)* germanitatis caritas, indisruptum vinculum, custodiatur *et de ipsorum* communibus provinciis *agatur. Praeterea autem in capitibus* 16. *et* 17. *et capite* 9. *eadem omnino res diversis tantum et in capite nono concinnioribus verbis constituitur, ut illa tria capita non in eadem constitutione ab initio edita esse possint.* 40 *Similis quidem consensus etiam inter capita* 9—15 *et* 1—8 *pluribus locis observatur. Ita igitur in his capitulis tres partes discernendae sunt, tamen quodammodo coniunctae. Mihi autem haec res ita se habere videtur. Capita* 1—8 *a solo Childeberto rege emissa duco, quod fortasse affirmatur inscriptione, quam codices* 1 *et* 10 *praebent; similem constitutionem, capitibus* 9—15 *constantem, Chlotharius etiam, ut inscriptio nos docet,* 45 *edixerat. Postea ambo reges convenerunt, utramque constitutionem quasi ab utroque edi-*

tam firmaverunt, capitibus 16—18 *elucidaverunt et adauxerunt et pro uno* Pacto pro tenore pacis domnorum Childeberti et Chlotharii *promulgaverunt, quae inscriptio non ad Childeberti decretum (c.* 1—8*), cui antehac in editionibus praefixa erat, pertinet, sed potius e capitibus* 16. 18 *desumta est.*

Utrum Childeberto primo et Chlothario primo an secundis hoc pactum tribuendum sit, admodum dubitatur: equidem cum Bouquetio primis illis regibus ipsum adscribendum esse duxi, quippe qui soli dicere poterant: inter nos germanitatis caritas, indisruptum vinculum, *custoditur. Nam quod Pardessus aliique Childebertum et Chlotharium secundos, qui patrueles erant, pacti auctores habent, dicendo, saepius Francorum reges 'fratres' (hodie 'mon frère') se invicem appellare, tamen persuadere mihi non possum, verba 'germanitas' et 'indisruptum vinculum' de aliis dici potuisse, quam de iis qui proprie fratres germani fuissent.*

Quas meas de pacto sententias epilogus etiam ad legem Salicam, qui dicitur, defendere videtur, in quo secundum codicem Guelferbytanum leguntur haec: sic vero Childebertus rex post multum autem tempus pertractavit, qui addere debirit; ita a LXXVIII. usque ad LXXXIII. perinvenit, quod ibidem digne imposuisse nuscuntur, et sic fratri suo Clotario hec scripta transmisit. Post hec vero Clotarius cum hos titulus a germano suo seniore gratenter excepit; sic postia cum rignum suum pertractavit, ut quid addere debirit ibidem quid amplius dibiat construhere, ab LXXXVIIII titolus usque ad LXIII (lege: LXL) statuit permanere; et sic postea fratre suo rescripta direxit, et ita inter eis convinit ut sta omnia sicut anteriore constructa starent. *Haud dubie epilogi auctor his verbis pactum nostrum spectavit, quod in compluribus codicibus legi Salicae subnectitur et pro eius titulis LXXVII—LXL in Guelferbytano codice recensetur.*

Pacti textus in codicibus omnibus maxime corruptus est, in antiquissimo Guelferbytano multis iam glossis auctus et mutatus. Codicum nostrorum 1. 3. 4 *lectionem accurate complures auctores, novissime Alfredus Holder in legis Salicae editionibus, typis dederunt; maiorem etiam lectionum varietatem I. I. Hessels praebet in legis Salicae editione. Lectionum varietatem admodum selectam dedi. (B. I,* 15. 19; *P. I,* 7. 11.*)*

Pactus[a] pro tenore pacis domnorum Childeberti et Chlotharii regum.

Pactus Childeberti regis[a].

1. Ut[b], quia multorum[c] insaniae convaluerunt, malis pro inmanitate scelerum[d] digna reddantur. Id ergo decretum est[e], ut apud quemcumque post interdictum latrocinius conprobatur vitae incurrat periculum.

2. Si[f] quis ingenuam[g] personam[g] per furtum ligaverit[h] et negator[i] exteterit[i], duodecim[k] iuratores medios electos dare[l] debet[l], quod furtum quod obicit verum sit.

a) *Inscriptiones in codd. ita variant:* Pactus childeberti regis. De retinore pacis 1. Pactum childeberti regis pro tenore pacis. childeberti et chlotharii emissum 10. Pro tenore ad omnes regis hildeberto et lotharii emissum 4. Pro itinere pacis ad omnes reges childebertu et clothariae missum 2. Pactum (Pactus 5. 6.) pro tenore (timore 5. 6. 8. 9.) pacis domnorum childeberti et chlotharii (cholotharii 3) regum (regis 6. regum Francorum 3) 3. 5. 6. 8. 9. Propter tenore pacis 7. b) *A cod.* 1. *abest cap.* 1., *et capitis* 2 *initium est in verbis:* appellavirit et negaverit iuratoris medius *rell.* Ut *om.* 2; Et 4. 6. 7; id 3. c) mallorum 2; malorum 3. 10. d) necesse est ut *add.* 3. e) apud nos maioresque natus Francorum palacii procerum *add.* 3. f) *capp.* 2—8 *desunt* 7. g) hominem ingenuum 3. 10; ingenuus 2. h) appellaverit 1. 3; appellatus 2, *quae lectio fortasse genuina est; reliquorum codicum lectio* ligaverit *consentanea est capiti* 10. i) negaverit 1. 2; negotiaverit 3; negat 9. k) *numerum omittunt* 1—3., *fortasse in reliquis codd. suppletum.* l) dare debet *om.* 1—3.

Et[m] sic latro redimendi se habeat facultatem[m]; si facultas deest, tribus mallis parentibus offeratur, et si non redimitur, vita[n] carebit[n] [1].

3. Si[o] quis furtum suum invenerit[o] et occulte sine[p] iudice[p] compositionem acceperit[q], latroni similis est[q].

4[r]. Si quis[s] ingenuus in furtum inculpatus fuerit et ad eneum[t] provocatus manum[u] incenderit, de quantum inculpatus fuerit conponat[v].

5[w]. Si[2] servus in furtum inculpatur, requiratur a domino ut ad XX[x] [3] noctes ipsum in mallum praesentet, et si dubietas est, ad sortem ponatur. Quod si placitum sunnis detricaverit[y], ad alias XX[x] noctes ita fiat[z]. Et prosecutor causae de suos consimiles tres et de electos alios tres dabit[a] qui sacramenta firment per[b] placita, quod lex salica habet[a] [4] fuisse conpletum[b]. Et[c] si dominus servum non praesentaverit, legem unde inculpatur conponat et cessionem de servo faciat.

6[d]. Si servus minus tremisse involaverit[e] et mala sorte priserit[e], dominus servi tres solidos solvat et servus ille trecentos ictus accipiat[f].

7. Si quis aliena mancipia iniuste tenuerit et infra dies quadraginta non reddederit, latro mancipiorum teniatur obnoxius.

8. Si ledus[g] de hoc quod inculpatur ad sortem ambulaverit[h] et mala sortem preserit, medietatem ingenui legem[i] componat et sex[k] iuratoris medios[l] electos[k] dare[m] debet.

Decretio[a] Chlotharii regis.

9. Decretum est, ut qui[b] ad[c] vigilias[d] constitutas nocturnas[e] fures[f] non caperent, eo[g] quod per diversa intercedente conludio scelera sua pretermissas[h] custodias exercerent[g], centenas fierent. In cuius centena[i] aliquid deperierit, capitale[k] qui perdiderit recipiat, et latro[l], vel si[m] in alterius centenam appareat deduxisse[k] et ad hoc[5] admonitus si neglexerit, quinos[n] solidos condempnetur; capitale tamen qui perdiderat, ad centena illa accipiat absque dubio, hoc est de secunda vel tertia[o] [6]. Si vestigius conprobatur

m) *sic vel similiter* 1—4. 10; et si latro redimendi se habeat facultatem, se redimat *vel similiter rell.* n) *sic vel similiter* 1—4; de vita componat *rell.* o) *sic vel similiter* 2. 3. 10; *verba desunt* 1; si quis furtum vult celare 4—6. 8. 9. p) *desunt* 4. q) fecerit et qui acceperit latronem similis est illi 4. r) *Rubricam habent:* Si hominem ingenuo in furto appellaviret 1; Cuius manum ad eneum (ignem 2) incenderit 2. 3; De manu ad eneum incensam 4. s) homo 4. 6. t) ignem 2. u) suam *add.* 1. 3. v) furtum conponat 3; tantum conponat 4. w) *Rubricam habent:* Cuius manum ad henium inciderit *(cfr. not. r.)* 1. Ut servus ad sortem (furtum 2) ambulaverit (exeat 3) 2. 3. x) XV. 1. y) non detric. 5. 10. z) faciat 3; placitum faciat 4. a) qui . . . . . habet *om.* 4. b) pro suplicaciōn debet eum liberare 1. c) Quod 4. d) *In cod.* 4. *hoc caput ita legitur:* Similiter servus minus tremise involaverit de quo inculpatur legibus conponat et de servo cessionem faciat. e) sortem nu͠t preserit, *om.* inv. et 1; furaverit et sortemia 10. f) flagellorum *add.* 5. 6. g) lex 1—3 h) adiacirit 1; iaceret 2; et iecerit 4; amb. et m. s. *om.* 10. i) lex 2; *deest* 1. 3. k) septem 1. 3. l) *desunt* 3. m) donare 2. 3.

a) *sic* 5. 6. 8—10; incipit decretio hlotarii regis 3; discretio hlotarii regis 4; Decretum Chlothario 2; De rege chlothario 7; Deinde Chlotarius rex posuit decreta ut qui *rell.* 1. b) qui *om.* 4. 5. 6. 10; quia *corr. Tilius.* c) ad *om.* 3. 4. 6. 10. d) hoc est ad qua et (h. e. wactas *coniecit Pertz) add.* 1. e) nocturnos 2. 5; nocturnis furis 3; noct. . . . . intercedente *om.* 4. f) diversi furis 1. g) eo . . . exercerent *om.* 5. 6. h) *sic* 4; pretermittat 1; praetermissa 2; propter missa 3. i) fuerit et *add.* 4. k) *loco* capitale . . . deduxisse *ita legitur in cod.* 1.: caput trustes restituat vel in alterius centenam vestigium proponat aut deduxerent. l) latro ille 3; latro insequatur 5; latronem insequerit 10. m) si *om.* 2. 5; se 4. n) quinos XV sol. 2. o) custodia *add.* 10.

1) *Lex Sal.* 58, 3. 2) *Lex Sal.* 40. 3) *Dominus ter mannitur ad placita septenis noctibus dilata. Lex Sal.* 40, 8. 4) *Legitimam mannitionem.* 5) *Sequelam.* 6) *Scil. centena, in quam latro fugit.*

latronis, tamen presencia[p] [7] aut[q] longe multandus; et si persequens latronem suum conprehenderit, integram sibi conposicionem accipiat; et[r] si per trustem invenitur, mediam[s] conpositionem trustis[t] adquirat[t] et capitalem exegat ad latronem.

10. Si quis in alterius domum ubi clavis est furtum invenerit[s], dominus domus de vita conponat. Si quis cum furtu[u] capitur, antedictae subiaceat legem. Et si de suspectione inculpatur, ad sortem veniat: et si malam sortem priserit, latro[v]: tamen ad utramque partem sint ternas personas electas, ut nec conludius fieri possit.

11[w]. De[x] servis[x] ecclesiae aut fisci[y] vel cuiuslibet, si a quocumque[z] inculpatur, ad[a] sortem[b] aut ad plebium promoveatur, aut[c] ipse[c] precius[d] domino[e] reformetur: nam[f] probati[f] periculum[g] [8] subiacebunt.

12[h] [9]. Si[i] quis[k] cuiuslibet de potentibus[10] servus, qui per diversa possedent[i], de crimine habetur suspectus, domino secrecius cum testibus condicatur, ut intra viginti[i] noctes ipsum ante iudicem debeat presentare. Quod si in[m] statutum tempus, intercedente conludio, non[n] fecerit[o], ipse dominus status[p] [q] sui iuxta modum culpae[p] inter[11] freto et faido[q*] conpensetur. Si servus ante admonitum dominum defuerit, capitale[r] dominus restituat et de servo faciat[s] cessionem, ut[t] cum inventus fuerit detur[u] vindictam[u].

13[v]. Si quis occulte de[w] re sibi furata a[x] quolibet latrone compositionem[w] [y] acceperit, utraque[z] latronis culpam subiaceat[a]; fures tamen iudicibus presentetur[b].

14. Nullus latronem[y] [c] vel[c] quemlibet culpabilem, sicut[d] cum episcopis convenit, de atrio ecclesiae extrahere[e] praesumat[f] [12]. Quod si sunt ecclesiae[e], quibus[g] atriae[h] clausae non[d] sunt, ab utrasque partebus parietum terrae spacium[i] aripennis[k] [13] pro atrio observetur. Nullus[l] confugiens foris antedicta loca pro operarum[m] cupiditate se ducat[n]. Quod si fecerit et capti fuerint, ad dignum sibi subplicium condemnentur.

15. Quod[o] [14] si cuiuslibet servus[p] deserens dominum suum[p] ad ecclesiam confugerit, ubi primum dominus eius advenerit, continuo[q] excusatus reddatur[r], futurum ut[s],

p) per presencia 1. q) nihil 5. 6. 10. r) quod 2. 3. s) mediam . . . . invenerit *(cap. 10) om.* 4. t) trustes ad se recipiat 1. u) ubicumque *add.* 1. v) Ita 1. 3; *loco* latro . . . . fieri possit *cod.* 10.: culpabilis iudicetur. w) De servis diversis iudicio probandis *rubrica* 4; De servis ecclesiae 6. 8. x) Si quis servus 4. y) *deest* 1. z) pro qualibet causa *add.* 4. a) aut ad 1. b) veniat *add.* 2. 5. c) aut ipse *om.* 4. d) aut precium 1. e) a domino 5. f) probacio, *om.* nam, 1. g) *deest* 3. h) De servis accusatis in multis *rubr.* 4. i) Si quis quodlibet de potentis pro suo servo admoniatur, ut per div. p. loca 1. k) quis *om.* 2—4. l) XV. 1. m) intra 1. n) non ei 1. o) fuerit (fuerunt 3) presentatus 2—4. p) statutus sui iusta modo sui 1. q) statutum 2; in statum 3. q*) feitum 1; fedo 2. r) culpa 2. s) dominus faciat 1. t) futurum et 1; aut 4. u) vindicta facta 2; detur vindictae 3; detur ad vindictam 4. v) De latrones ad ecclesiam fugientibus *rubrica* 4. w) rem sive conposicionem at quodlibet latronem 1. x) a quol. *usque ad finem cap. desunt* 2. y) compos. . . . . latronem *(cap. 14) om.* 3. 4. z) ut res quem 1; *intelligas:* uterque. a) subiaceat . . . . *usque ad* causa remaneat ita *(cap. 16) om.* 6. 8. b) Nullus latronis vel quem libet culpabilem ocultare presumat. Cui si ficerit similis illi subiaceat culpe *add.* 1. c) latr. vel *om.* 1. d) si quis 3; si quid 5. e) extrahere . . . ecclesiae *om.* 2. 3; extr. . . . . . clausae non *om.* 4. f) presumpserit cannonibus feriatur 1. g) quorum 1; *deest* 2. h) *deest* 1. i) *deest* 3. k) aripenne uno 3. l) et nullatinus fugiens 1. m) operum 2. 3; opera 4. n) dicat quod non sit 1; dicat exire 5. o) si cuilibit servus ad quocumque deserat confugium fecerit primum *rell.* 1. p) deserviens domino suo 4. q) cito 1; *deest* 3; omnium rerum 5. 11. r) *Reliqua capitis pars deest* 2. 3. s) ut *om.* 4; aut 5.

7) *Statim, continuo. Cfr. infra c.* 16 *et Childeb. II. decret. cap.* 11. 8) *Vitae; cfr. infra c.* 18. 9) *Lex Sal.* 40. 10) *Cfr. Chloth. II. edictum c.* 19. 11) *Fredum cum faido solvat. Lex Sal.* 35, 7. 12) *Concil. Aurel. I. a.* 511. *can.* 1.: De . . . furibus si ad ecclesiam confugerint . . . . ut ab ecclesiae atriis . . . . eos abstrahi omnino non liceat. 13) *Semiiugerum.* 14) *Conc. Aurel. cit. can.* 3.: Servus qui ad ecclesiam pro qualibet culpa confugerit, si a domino pro admissa culpa sacramenta susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur.

si[t] de precium convenerit[u], non negetur. Quod si repetenti domino datus non fuerint sed fugerint, illi qui eum reddere noluerit eius precium reddat: postmodum si invenitur et placuerit, receptum precium domino reformetur.

16[v]. De[w] fiscalibus et[x] omnium[y] domibus[z] censuimus. Pro tenore pacis iubemus, ut[a] in truste electi centenarii ponantur, per quorum fidem adque sollicitudinem pax praedicta observetur. Et[b] quia[b] propiciante Domino inter[c] nos[c] germanitatis[d e] caritas, indisruptum vinculum[e], custoditur, centenarii[f] inter communes provincias licentiam habeant latrones[f] persequere vel vestigia adsignata[g] minare et in truste quod defecerit, sicut dictum[15] est, causa[h] remaneat[h], ita ut[i] continuo capitale ei qui perdiderit reformare[k] festinet, tamen[k] ut[l] latronem perquirat. Quem si in truste pervenerit, medietatem[m] sibi vindicet[n], vel, dilatura[16] si fuerit, de facultate latronis ei qui damnum[o] pertulit sarciatur. Nam si persequens[p] latronem coeperit[q], integra sibi composicione, simul[r] et solucione[q r] vel quicquid dispendii fuerit revocabit; fretus tamen iudici in cuius provincia[s] est latro[t] reservetur[u].

17. Si[15] quis ad vestigium[v] vel[w] latronem persequendum admonitus[x y] venire noluerit, quinque solidos iudice[z] condemnetur[x].

18. Et quae in Dei nomine pro pacis tenore constituimus, in perpetuum volumus custodire, hoc[a] statuentes[a], ut si quis ex iudicibus hunc[b] decretum[b] violare presumpserit, vitae[c] periculum se subiacere cognoscat[d].

t) se 4. 7. 10. u) *Cod.* 1. *ita:* cumvenerit precius redatur tamen ad municionem perientes redere noluerit precium solvat futurum cum invenitur si placit receptum precium servus dominum reformetur. — Convenerit ... rec. precium *om.* 5. 6. 8. 9. 11; convenerit *rell. cum cap.* 16. *omittit* 10. *Codices omnes ita mutili sunt, ut haec altera capitis pars in solo codice* 4. *tradatur; tamen genuinam eam duco.* v) Ut in truste eleeti centenarius ponantur *rubr. in cod.* 1. Ut fiscales in trustem eant 4. w) Pro 1. x) ut 2. 4. 5. 11; ut ad 3. y) contra 5; intra 11. z) dominum 2; dominus 5; domus 3. 11; domos 4. a) ut *om.* 1; iub. ut *om.* 4. b) et quia *om.* 3. c) int. n. *om.* 1. d) germanos fratres 4. e) germanitas vinculum caritatis 1. f) centenarius ergo vel qui in troste esse dicuntur abent latronis *rell.* 1. g) tamen *add.* 1. h) cumsarciatur 1. i) *Hic incipiunt cod.* 6. 8. 9. *cum editione Baluzii.* k) refurmetur ita tamen 1. l) *sic* 4; et, *loco* tamen ut, 2. 3. 5. 6. 11. m) per se invenerent 1; perinvenerit 3. 6; et ibi inventus fuerit *add.* 11. m) conposicionem *add.* 1. n) capitale *add.* 1. o) furtum 1. p) per se 1. q) coep .... soluc. *om.* 4. r) vel dissolucione 1. s) pago 5. 11. t) *deest* 5. 11. u) requirenti *add.* 1; requiratur 2. v) minandum *add.* 5. 6. 11. w) ad *add.* 1. 2. x) *Cod.* 1. *ita:* ire noluerit si moniti fuerunt et si eos sunnis non detenuerit. sol. XV. culpabilis iudicetur. y) penitus *add.* 2; ponitur *add.* 3. z) *deest* 5. 6. 11. a) interdicentes 1. b) hec 1. c) *Cod.* 1. *ita:* vita incurrat periculum et sta omnia ante dicta nostra sicut priora stare iubemus, *quae verba similiter leguntur in epilogo legis Salicae.* d) pertimescat 4. *In cod.* 10. *adduntur haec:* Si quis alterum pitto excusserit, malb. wistritto sunt denar. CXX qui faciunt sol. III culp. iud. excepto capitale in loco restituat.

15) *Supra capite* 9. 16) *Dilatura idem significat quod paullo post* dispendium *dicitur.*

4. CHILPERICI EDICTUM.

561—584.

Chilperici Neustriae regis edictum traditur in codice Lugdunensi Batavorum Q. 119. *fol.* 83v *eiusque apographo recentiori Par. suppl. lat.* 1046, *cuius usum fecit Pardessus dipl. I.* 143; *in cod. Par.* 4404 *inscriptio edicti in indice invenitur. Edictum multis locis* 5 *admodum obscurum et maxime in codice corruptum circa annos* 573—575 *Pardessusio editum visum est, quo tempore terram intra Ligerim et Garumnam (c.* 1.*) fluvios Chilpericus rex subegit. Accurate codicis lecturam tradiderunt Holder et Hessels in legis Salicae editionibus.* (*B. deest; P. II,* 10.)

Edictus[a] domni Chilpirici regis. 10

1. Pertractantes in Dei nomen cum viris magnificentissimis obtimatibus vel antrustionibus et omni populo nostro convenit, quia fluvium Caronna hereditas non transiebat, ubi et ubi in regione nostra hereditas detur, sicut et reliqua loca ut et Turrovaninsis[1] hereditatem dare debent et accipere.

2. Similiter convenit, ut rebus concederemus omnibus leodibus nostris, ut per 15 modicam rem scandalos non generetur in regione nostra.

3. Simili modo placuit atque convenit, ut si quicumque[b] vicinos habens aut filios aut filias post obitum suum superstitutus fuerit, quamdiu filii advixerint, terra habeant, sicut et lex Salica habet[2]. Et si subito filios defuncti fuerint, filia simili modo accipiant terras ipsas, sicut et filii si sivi fuissent aut habuissent. Et si moritur, frater alter 20 superstitutus fuerit, frater terras accipiant, non vicini. Et subito frater moriens frater non derelinquerit superstitem, tunc soror ad terra ipsa accedat possidenda.

4. Det[c] illi[c] vero et convenit singula de terras istas qui si adveniunt, ut leodis qui patri nostro fuerunt consuetudinem qua habuerunt de hac re intra se debeant[d].

5. Idemque convenit, ut quicumque uxorem acceperit et infantes inter se non 25 habuerint, vir uxorem suam superstitem mortuus fuerit, tunc illa mulier dimediam dotem accipiat et dimediam parentis[e] defuncti mar[i]to ad se recolligant; et si[f] mulier[f] sub tali condictione[g] mortua fuerit, media maritus simili modo ad se revocet et mediaetatem parentibus ipsius muliere ad se recollegant[3].

6. Quale[h] condictione placuit atque convenit, ut si servus[4] hominem ingenuum 30 occiderit, tunc dominus servi cum VI. iuramento, quod pura sit conscientia sua nec suum consilium factum sit nec voluntatem eius, et servum ipsum det ad vindictam. Et si servum dare non potuerit, in ipso iuramento fide data[5] donet, quod[i] nec ibi sit ubi eum sensit nec scit nec eum atingere possit, dulgat[6] servum hoc est de licentia parentibus coram parentes qui hoccisus est et de ipso quod voluerint faciant, et ille sit exolutus. 35

a) *sic titulorum index in cod. Paris.* 4404; de dictis domni hilperichi pro tenore pacis *cod. Lugd.* b) cumque *c.* c) Dehinc *vel* deinde *corr.? (Waitz.)* De tilli *legendum?? (Kern in legis Salicae editione ab Hessels parata.)* d) conservare *supplet Pertz.* e) partis *c.* f) similiter *c.* g) maledictione *corr. add.* tali, *c.* h) quare *c.* i) *deest c.*

1) Id est Tervannensis *(Terouanne hodie in Flandria) Pertz; fortasse Turonensis (Tours) intelligendum.* 40 2) *L. Sal.* 59, 1. 3) *Cfr. Cap. ad leg. Sal. add. I,* 7. 4) *L. Sal.* 35, 5. 40. 5) *L. Sal.* 50. 6) *Indulgeat? Intellige: cessionem faciat de servo, ut super id pacto pro tenore pacis c.* 5. 12.

7. Similiter convenit, ut quicumque admallatus[k] fuerit et in veritatem testimonia non habuerit unde se aeducat, et necesse est ut[l] initium[m] fidem faciant et non habuerit simili modo qui pro eum fidem faciat: ut[n] ipse in senextra manu fistucam teneat et dextera manu auferat[7].

8. Quale convenit modo, ut si servum sors[o] nunciata fuerit de furtum[8], tunc dominus servi inter X noctes mittat servum ad sortem. Si ibi illum in illas X noctes non miserit in praesente, tunc in XL et duas noctis eum mittat, et tunc[p] ibi servus ad sortem venire debet, et illi qui[q] furtum pertulit ius sit cum VI videre[r]. Et si ad XL et duas noctis non venerit nec sunnia adnuntiaverit, tunc servus culpabilis iudicetur; et causa super domino magis non ascendat nisi quantum de servo lex est, aut ipsi servus decidat[9] aut dominus pro servo conponat, hoc est solidos XII et capitale et delatura. Et si in XL et duas noctis legibus sunnia nuntiaverit, in octuaginta et quatuor noctis postea placitum intendatur; et si ibi se non eduxerit, sicut supra scriptu est culpabilis iudicetur; nam[s] ad XL et II noctes sunni[t] adnuntiaverit[t], iectus[u][10] XV solidos conponat. Et si inter ipsas XL et II noctes nec fidem facere nec conponere voluerit, tunc rogat ille qui consecutus est, ut de legem inter XIIII solvat quod antea dictum est; et si adhuc inter ipsas XIIII noctes noluerit solvere, rogit inter VII noctis. Et[v] si inter ipsas VII noctis[v] nec fidem facere nec componere voluerit, tunc in proximo mallo ante rachymburgiis sedentes et dicentes, quod ipsi illum ante audierit sic invitetur[11] graphio, cum fistuco mittat super se, ad res suas ambulet et prendat quantum rachymburgii antea odierit; et graphio cum VII rachymburgiis antrutionis bonis credentibus aut quis sciant accionis[12] a[13] casa illius ambulent et pretium faciant et quod graphio tollere debet. Et si graphio ante rachymburgiis sedentes non fuerit invitatus, non ibi presummat ambulare. Et si invitatus fuerit et ibidem noluerit ambulare, de vita sit culpabilis[14]. Et si graphio super pretium aut extra legem aliquid tollere presumpserit, noverit se vite suae perire[w] dispendium[15]. Et si dixerit ille[x] cui res tolluntur, quod male eum destruat[16] et contra legem et iustitia, tunc muniat[y] graphio eum inter noctis quadraginta et duo et ille et[z] suo contractorem qui eum invitavit similiter muneat[a]. Et si non negaverit ille qui invitavit, adducat VII rachymburgiis[17] ferrebannitus qui antea audissent causam illam: nobis praesentibus erit[18]. Et si VII venire non poterint et eos certa sonia detrigaverit[19] et toti venire non possint, tunc veniant III de ipsis qui preside sua dicant et pro paris suos sunia nuntiant. Et si rachymburgiis nec VII nec III dare potuerit nec dat, graphio et ille qui accepit res illius quem contra legem et iustitiam extruderit[20] [reddat][b] et ille qui male invitavit solvat cui res fuerunt[21].

Et quicumque ingenuus de actione et vi reiecte mallaverit[22] de qualibet causa,

k) ad mallum *c.* l) aut *c.* m) *ita cod. secundum Holder et Hessels;* mitium *legerat Pertz.* n) et *c.* o) soros *cod.* p) eum *c.* q) cui *corr.?* r) videredum *(cfr. cap.* 10.) *corrigere vult Sohm.* s) si *vel* quia *supplendum est.* t) sunnia non nuntiaverit? u) lectus *c.* v) Et si . . . . noctis *coniectura supplevit Merkel.* w) periretis *c.* x) illi *c.* y) muniat = moneat, admoneat; maniat = manniat *emendat Pertz.* z) ex *corr. cod.* a) maneat *c.* b) reddat *om. c.*

7) *Offerat, scil. fidem, sacramentum.* 8) *Lex Sal.* 40; *supra pactus pro ten. pac. c.* 5. 12. 9) *Ipse servus cedatur; cfr. supra not.* 6. 10) *Mulcta a contumace (iactivo L. Sal.* 50, 3. 51.) *solvenda.* 11) *Cfr. Lex Sal.* 50, 3. 12) *Causae non ignaris.* 13) *Ad casam.* 14) *Lex Sal.* 50, 5. 15) *L. Sal.* 51, 2. 16) *L. Rib.* 32, 3. 4: strudis legitima. 17) *Septem rachinburgios paullo ante nominatos.* 18) *In iudicio regio causa agitur.* 19) *L. Sal.* 49, 2 20) *Supra not.* 16. 21) *L. Sal.* 51, 1. 22) *Mallatus fuerit de agsoniis (soniis, sunnis) et de strude legitima et de iectu, de quibus causis antehac actum est?*

simili modo ubi[23] habet lege directa sic facere debet. Et si homo malus[24] fuerat qui male facit et si res non habet unde sua mala facta conponat, legibus consecutus super illum nihilhominus graphio[25] ad legem que antea auditus est invita elegitur, et auferat[26] per tres mallus ante rachymburgiis, ut eum[c], si[c] voluerint, parentes aut de suis rebus redimant, aut se sciant[d], si noluerint in quarto[27] mallo, nobis presentibus veniant[18]: nos ordinamus, cui malum fecit tradatur in manu et faciant exinde quod voluerint. Nam agens[28] et qui mallat ipsum ad nos adducant, et adtrutionis secundum legem consecutus habuerit inter octuaginta et quatuor noctes ipsa invitatio et lex faciat sicut superius scriptum est[29].

9. Illas et marias qui nuntiabantur ecclesias nuntientur consistentes ubi admallat[30].

10. Si quis causam mallare debet et sic ante vicinas causam suam notam faciat et sic ante rachymburgiis videredum donet: et si ipsi hoc dubitant, ut malletur causam. Nam antea mallare non presummat; et si ante mallare presumpserit, causam perdat. Nam si certe fuerit malus homo qui male in pago faciat et non habeat ubi consistat nec res unde conponat et per silvas[e] vadit[f] et in presentia nec agens nec parentes ipsum adducere possunt, tunc agens ille et cui male fecit nobiscum adcusent et ipsum mittemus foras nostro sermone[31], ut quicumque eum invenerit, quomodo sic ante pavido interfitiat.

11. De tronia[f][32] vero sic[g] convenit observare, ut sicut antea consuaetudo fuit sub temporibus avi vel genitoris nostri, sic sequatur: et mali hominis reprimantur.

c) *sic apogr. Paris;* ea nisi *c. Lugd.* d) stiant *c.* e) *sic corr. c.;* silva sua addit *prima manu.* f) trotia *prima manu c.;* tro^ni^tia (trotinia, tronitia?) *rec. manu corr.* g) si *c.*

23) *Ut habet lex iustitiam facere debet.* 24) *Malus homo dicitur qui pauperior (L. Sal.* 58.) *est et facultates non habet, item infra in capite* 10; *possessores contra boni homines dicuntur.* 25) *Verba corrupta spectant ad id quod antea in hoc capite dictum est:* ante audierit sic invitetur graphio. 26) *Offeratur.* 27) *Cfr. L. Sal.* 58; *supra Pactus pro tenore pacis c.* 2. 28) *Graphio.* 29) *Ante regem et ante populum pari modo agitur; dies tantum in utroque iudicio diversae sunt.* 30) *Verba haec quid significent, prorsus incertum est.* 31) *L. Sal.* 56. 32) *Truste? cfr. Pactus pro ten. pacis.*

---

5. GUNTCHRAMNI REGIS EDICTUM.

585. Nov. 10.

Adest edictum in compluribus conciliorum codicibus, ita 1) *in cod. Vatic.* 3827 *fol.* 121. *a me evoluto, ubi post concilia Matisconensia I et II legitur inscriptum verbis:* Praeceptio gloriosissimi regis Gunthramni ad episcopos data qui in synodo suprascripta fuerunt de observando die dominico, *praeterea in* 2) *cod. Paris.* 1455 *et* 3) *cod. Paris.* 3846, *qui, olim S. Amandi, a Baluzio adhibitus erat.*

Anno 585 *die* 23. *m. Octobris sexaginta quinque archiepiscopi, episcopi vel missi eorum e Burgundiae et Neustriae partibus synodum in Matisconensi civitate habuerunt, convocati a Guntchramno Burgundiae rege et Chlotharii Neustriae regis infantis tutore.*

(Gregor. Turon. lib. VIII, 1. 7. Acta concilii apud Mansi IX, 946; Sirmond. I, 381.)
Ad hanc Matisconensem synodum sequens Guntchramni regis edictum episcopis et comitibus datum spectat, quo primus concilii canon de die dominico celebrando confirmatur; aliorum vero canonum qui maximi momenti sunt praesertim in re iudiciaria nulla mentio 5 *fit, sed generalia tantum quaedam de pace et iustitia conservanda statuuntur.*

(*B. I,* 9; *P. I,* 3.)

Gunthramnus rex Francorum omnibus pontificibus ac universis sacerdotibus et cunctis iudicibus in regione nostra constitutis.

Per hoc supernae maiestatis auctorem, cuius universa reguntur imperio, placari 10 credimus, si in populo nostro iustitiae iura servamus: et ille pius pater et dominus, qui humanae fragilitatis substantiam suo semper adiuvare consuevit auxilio, melius dignabitur cunctorum necessitatibus quae sunt opportuna concedere, quos cognoscit praeceptorum suorum monita custodire. Dum pro regni ergo nostri stabilitate et salvatione regionis vel populi sollicitudine pervigili attentius pertractaremus, cognovimus infra regni 15 nostri spatia universa scelera, quae canonibus et legibus pro divino timore puniri consuerunt, suadente adversario boni operis perpetrari, et ex hoc procul dubio indignatione coelesti per diversas seculi tempestates homines ac pecora aut morbo consumi censentur aut gladio, dum divina iudicia non timentur; atque ita fit, ut admittendo illicita per ignorantiam multi depereant, et non solum praesentem vitam celerius cogantur amittere 20 sed et inferni supplicia sustinere.

Ad vos ergo, sacrosancti pontifices, quibus divina clementia potestatis paternae[a] concessit officium, imprimis nostrae serenitatis sermo dirigitur, sperantes quod ita populum vobis providentia divina comissum frequenti praedicatione studeatis corrigere et pastorali studio gubernare, quatenus, dum universi diligendo iustitiam conversatione 25 praecipua cum omni honestate studuerint vivere, melius, cuncta rerum adversitate remota, coelesti beneficio concedatur tranquillitas temporum et congrua salvatio populorum. Et licet absque nostra admonitione ad vos specialiter praedicandi causa pertineat, attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus esse participes, si filiorum vestrorum culpas non assidua obiurgatione corrigitis sed silentio praeteritis. Nam nec nos, quibus 30 facultatem regnandi superni regis commisit auctoritas, iram eius evadere possumus, si de subiecto populo sollicitudinem non habemus.

Idcirco huius decreti ac definitionis generalis[1] vigore decernimus, ut in omnibus diebus dominicis, in quibus sanctae resurrectionis mysterium veneramur, vel in quibuscunque reliquis solemnitatibus, quando ex more ad veneranda templorum oracula 35 universae plebis coniunctio devotionis congregatur studio, praeter quod ad victum praeparari convenit, ab omni corporali opere suspendatur nec ulla causarum praecipue iurgia moveantur.

Sed vos, apostolici pontifices, iungentes vobiscum consacerdotes vestros et filios senioris ecclesiae ac iudices[2] locorum, quoscumque agnoscitis quod vitae qualitas honesta 40 commendat, ita universam populi multitudinem constanti vel Deo placita iugiter praedicatione corrigite, ut et bene viventes mysticus adhortationis sermo mulceat, et excedentes ad viam recti itineris correctio pastoralis adducat; quatenus omnes unanimi deliberatione laudabiliter studeant vivere vel aequitatem et iustitiam conservare, qualiter ab omni peccatorum faece liberos suos sancta suscipiat ecclesia christianos. Enimvero 45 quicunque sacerdotum aut secularium intentione mortifera perdurantes crebrius admo-

a) paternum 2. 3.

1) *Concilii Matisc. cap.* 1. 2) *Comites vel grafiones.*

niti emendare neglexerint, iuxta quod conditiones causarum aut excessus[b] personarum exegerint, alios canonica severitas corrigat, alios legalis poena percellat: quoniam nec innocentes potest reddere collata securitas liberos, nisi certa culparum probatio punierit criminosos, nec minor[c] est pietas protervos conteri, quam relevare compressos. Convenit ergo, ut, iustitiae et aequitatis in omnibus vigore servato, distringat legalis ultio iudicum quos non corrigit canonica praedicatio sacerdotum. Quo fiat, ut, dum praeterita resecantur scelera, nullus audeat perpetrare futura, et ita universos excedentes pro disciplinae tenore servando correctionis fraena constringant, ut in universa regione nostra pacis et concordiae iura proficiant.

Cuncti itaque iudices iusta, sicut Deo placet, studeant dare iudicia; nam non dubium est, quod acrius illos condemnabit sententia nostri iudicii, a quibus non tenetur aequitas iudicandi. Non vicarios[3] aut quoscunque de latere suo per regionem sibi commissam instituere vel destinare praesumant, qui, quod absit, malis operibus consentiendo venalitatem exerceant, aut iniqua quibuscumque spolia inferre praesumant.

Clericorum transgressiones cum adversario instigante contigerint, quantum illis pro divino amore reverentia maior impenditur, tantum convenit ut acrius resecentur; quoniam si sancti pastores aut instituti iudices, quod nefas est, subiectorum suorum scelera potius occultare quam resecare tentaverint, se ex hoc amplius reos esse vel noxios non ignorent.

Cuncta ergo quae huius edicti tenore decrevimus, perpetualiter volumus custodiri, quia in sancta synodo Matisconensi haec omnia, sicut nostis, studuimus definire, quae praesenti auctoritate vulgamus.

Subscriptio domni Gunthramni regis. Perrunas[4]. Data sub die quarto Idus Novembres anno XXIIII. regni suprascripti regis.

b) excesso ex 3. c) maior 1.

3) *Centenarios.* 4) *Péronne in pago Ambiensi.*

---

6. PACTUM GUNTCHRAMNI ET CHILDEBERTI II.

587. Nov. 29.

Traditur in Gregorii Turonensis historia Francorum libro IX. capite 20, *inscriptum in nonnullis Gregorii códicibus:* Exemplar paccionis. (*B. I,* 11; *P. I,* 3.)

Cum in Christi nomine praecellentissimi domni Guntchramnus et Childebertus reges vel gloriosissima domna Brunechildis regina Andelao[1] caritatis studio convenissent, ut omnia quae undecumque inter ipsos scandalum poterant generare pleniore consilio definirent, id inter eos mediantibus sacerdotibus atque proceribus, Deo medio, caritatis studio sedit, placuit atque convenit, ut, quandiu eos Deus omnipotens in praesenti

1) *Andelot castrum.*

saeculo superesse voluerit, fidem et caritatem puram et simplicem sibi debeant conservare. Similiter, quia domnus Guntchramnus iuxta pactionem quam cum bonae memoriae domno Syghiberto inierat integram portionem quae de regno Chariberti ille fuerat consecutus sibi diceret in integrum redhiberi, et pars domni Childeberti ea quae
5 pater suus possederat ad se vellet ex omnibus revocare, id inter eos constat fixa deliberatione finitum, ut illam tertiam portionem de Parisius civitatem cum terminibus et populo suo quae ad domnum Sigibertum de regno Chariberti conscripta pactione pervenerat cum castellis Duno[2] vel Vindocino[3] et quicquid de pago Stampinse[4] vel Carnotino[5] in pervio illo antefatus rex cum terminibus et populo suo perceperat in iure et
10 dominatione domni Guntchramni, cum id quod superstite domno Sigiberto de regno Chariberti antea tenuit debeant perpetualiter permanere. Pari conditione civitates Meldis[6] et duas portiones de Silvanectis[7], Turonus, Pictavos[8], Abrincatas[9], Vico Iulii[10], Consorannis[11], Lapurdo[12] et Albige[13] domnus Childebertus rex cum terminibus a praesenti die suae vindicet potestati. Ea igitur conditione servata, ut quem Deus de ipsis regi-
15 bus superstitem esse preciperet[a] regnum illius qui absque filiis de praesentis saeculi luce migraverit ad se integritatis iure perpetuo debeat revocare et posteris suis, Domino auxiliante, relinquere. Illud specialiter placuit per omnia inviolabiliter conservari, ut quicquid domnus Guntchramnus rex filiae suae Chlodechildae[b] contulit aut adhuc Deo auxiliante[c] contulerit in omnibus rebus atque corporibus, tam civitates quam agri vel
20 rediti, in iure et dominatione ipsius debeat permanere; et si quid de agris fiscalibus vel speciebus atque praesidio pro arbitrii sui voluntate facere aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante Domino conservetur, neque a quocumque ullo umquam tempore convellatur, et sub tuitione ac defensione domni Childeberti, cum his omnibus quae ipsam transitus genitoris sui invenerit possidentem sub omni honore et dignitate
25 secura debeat possidere. Pari conditione repromittit domnus Guntchramnus rex, ut, sicut habet humana fragilitas, quod divina pietas non permittat nec ille videre desiderat, si contingeret domnum Childebertum eo superstite de hac luce migrare, filios suos Theodobertum et Theodoricum reges, vel si adhuc[d] ipsi Deus dare voluerit, ut pius pater sub sua tuitione et defensione recipiat, ita ut regnum patris eorum sub omni soliditate
30 possedeant, et genetricem domni Childeberti domnam Brunichildem reginam vel filiam eius Chlodosindam[e] germanam domni Childeberti regis, quamdiu intra regionem Francorum fuerat, vel eius regina Faileubam, tanquam sororem bonam et filias in sua tuitione et defensione spiritali dilectione recipiat, et sub omni honore et dignitate cum omnibus rebus earum, cum civitatibus, agris, reditibus vel cunctis titulis et omne cor-
35 poris facultate, tam quod praesenti videntur tempore possidere, quam quod adhuc Christo praesule iuste potuerint augmentare, sub omni securitate et quiete possedeant, ut, si quid de agris fiscalibus vel speciebus atque praesidio pro arbitrii sui voluntate facere aut cuicumque conferre voluerint, fixa stabilitate in perpetuo conservetur, nec a quibuscumque voluntas illarum ullo tempore convellatur. De civitatibus vero, hoc est
40 Burdegala, Lemovicas, Cadurcus, Benarno et Begora[14], quae Gailesoindam germanam domnae Brunichildis tam in dote quam in morganegiba, hoc est matutinale donum, in Franciam venientem certum est adquisisse, quas etiam per iudicium gloriosi domni

a) permiserit *alii.* b) chlothielde *alii.* c) propitiante *alii.* d) alios *add. codd. nonnulli.* e) chlodesuindam *alii.*

45 2) *Châteaudun.* 3) *Vendôme.* 4) *Etampes.* 5) *Chartres.* 6) *Meaux.* 7) *Senlis.* 8) *Tours, Poitiers.* 9) *Avranches.* 10) *Aire en Gascogne.* 11) *Conserans.* 12) *Bayonne.* 13) *Alby.* 14) *Bordeaux, Limoges, Cahors, Béarn, Tarbes; sed nonnulli codd. pro* Begora *legunt* Begaro *(Beziers).*

Guntchramni regis vel Francorum superstitibus Chilperico et Sigiberto regibus, domna Brunichildis noscitur adquisisse, ita convenit, ut Cadurcus civitatem cum terminibus et cuncto populo suo domna Brunichildis de praesenti in sua potestate[f] percipiat; reliquas vero civitates ex hac condicione superius nominatas domnus Guntchramnus, dum advivit, possedeat; ita ut, quandoquidem post eius transitum, in dominatione domnae 5 Brunichildis heredumque suorum cum omni soliditate Deo propitio revertantur; nec superstite domno Guntchramno, neque a domna Brunichilde neque a filio suo Childeberto rege filiisque suis quolibet ingenio vel tempore repetantur. Simili modo convenit, ut Silvanectis domnus Childebertus in integritate teneat, et, quantum tertia domni Guntchramni exinde debita competit, de tertia domni Childeberti quae est in Rossontinse[15] 10 domni Guntchramni partibus compensetur. Similiter convenit, ut secundum pactiones inter domnum Guntchramnum et bonae memoriae domnum Sigibertum initas, leudes illi qui domno Guntchramno post transitum domni Chlothacharii[g] sacramenta primitus praebuerunt et si postea convincuntur se in parte alia tradidisse, de locis ubi commanere videntur convenit ut debeant removeri. Similiter et qui post transitum domni 15 Chlothacharii[g] convincuntur domno Sigiberto sacramenta primitus praebuisse et se in alia parte transtulerunt, modo simili removeantur. Similiter quicquid antefati reges ecclesiis aut fidelibus suis contulerunt aut adhuc conferre cum iustitia Deo propitiante voluerint, stabiliter conservetur. Et quicquid unicuique fidelium in utriusque regno per legem et iustitiam redebetur, nullum[h] ei praeiudicium pariatur[h], sed liceat res debitas 20 possidere atque[i] recipere[i]. Et si aliquid cuicumque per interregna sine culpa tultum est, audientia habita restauretur. Et de eo quod per munificentiam praecedentium regum unusquisque usque ad transitum gloriosae memoriae domni Chlothacharii[g] regis possedit, cum securitate possideat, et quod exinde fidelibus personis ablatum est, de praesenti recipiat. Et quia inter praefatos reges pura et simplex est in Dei nomine concordia 25 inligata, convenit ut in utroque regno utriusque fidelibus, tam pro causis publicis quam privatis, quicumque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus denegetur. Similiter convenit ut nullus alterius leudes nec sollicitet nec venientes excipiat. Quod si forsitan pro aliqua amissione partem alteram crediderit expetandam, iuxta qualitatem culpae excusati reddantur. Hoc etiam huic addi placuit pactioni, ut, si qua pars praesentia 30 statuta sub quacumque calliditate tempore quocumque transscenderit, omnia beneficia tam repromissa quam in praesente conlata amittat, et illi proficiat qui inviolabiliter omnia suprascripta servaverit, et sit de sacramentorum obligatione in omnibus absoluta His itaque omnibus definitis, iurant partes per Dei omnipotentis nomen et inseparabilem trinitatem vel divina omnia ac tremendum diem iudicii, se omnia quae superius scripta 35 sunt absque ullo dolo malo vel fraudis ingenio inviolabiliter servaturos. Facta pactio sub die tertio[k] Kalendas Decembris, anno vicesimo sexto regni domni Guntchramni regis, domni Childeberti vero duodecimo anno.

f) proprietate *alii*. g) clotharii *alii*. h) null. praei. patiatur *alii*. i) atque recipere *om. codd. nonnulli*. k) quarto *alii*. 40

15) *Rosson-le-long inter Soissons et Vic sur Aisne, aut Resson pagi Bellovacensis. Bouquet.*

7. CHILDEBERTI SECUNDI DECRETIO.

596. Febr. 29.

Quae a Childeberto Austrasiae rege diversis annis in Martiscampis Antonaci, Traiecti, Coloniae, hoc est in terra Ribuaria, cum optimatibus deliberata erant, hoc decreto ante diem Martiscampi anno 596 Coloniae habiti edito et fortasse in hoc ipso Martiscampo confirmato promulgantur.

Traditur decretum in codicibus 1) *Sangallensi* 731. *pag.* 287. 2) *Paris.* 18237. *fol.* 94. 3) *Bamberg.* 60. *fol.* 1. 4) *Paris.* 4627. *fol.* 57. 5) *Paris.* 10758. *pag.* 68. *et* 6) *in eodem codice pag.* 138. 7) *Paris.* 4628 A. *fol.* 73. 8) *Paris.* 4760. *fol.* 14. 9) *Paris.* 4404. *fol.* 231. 10) *Lugdun. Batavorum Voss. Q.* 119. *fol.* 87ᵛ. 11) *Vatic. Reg. Christ.* 520. *fol.* 99ᵛ. 12) *Vatic. Reg. Christ.* 291. *fol.* 104. 13) *Paris.* 4409. *fol.* 133ᵛ. 14) *Paris.* 4629. *fol.* 13. 15) *Sangall.* 729. *pag.* 328. 16) *Cheltenham.* 1736. 17) *Vat. Reg. Christ.* 846. *fol.* 96. 18) *Varsov. fol.* 223ᵛ. *(B. I,* 17; *P. I,* 9.)

Incipit decretio[a] Childeberti[b] regis.

Childebertus[b*], rex Francorum, vir inluster. Cum in Dei nomine nos[c] omnes Kalendas Martias de quascumque condiciones una cum nostris optimatibus pertractavimus, ad unumquemque noticia volumus pervenire.

1. Ita, Deo propitiante, Antonaco[d 1] Kalendas Marcias anno vicesimo regni nostri convenit, ut nepotes ex filio[e] vel ex filia[f] ad aviaticas[e] res cum avunculos vel amitas sic venirent[g], tamquam si pater aut mater vivi fuissent. De illis tamen nepotis istud placuit observare qui de filio vel filia nascuntur, non qui de fratre[h].

2. In[i] sequenti hoc convenit una cum leodos nostros: decrevimus[k] ut nullus incestuosum[l] sibi societ coniugio, hoc est nec fratris sui uxorem, nec uxoris suae sororem, nec uxorem patruo aut parentis consanguinei[m]. Uxorem patris si quis[n] acceperit, mortis periculum incurrat. De[n] praeteritis[2] vero coniunctionibus[n], quae[o] incestae esse videntur[o], per praedicationem episcoporum iussimus emendare. Qui vero episcopo suo noluerit audire et[p] excommunicatus fuerit, perenni condemnatione apud Deum sustineat et[q] de palatio nostro sit omnino extraneus, et omnes res[r] suas parentibus legitimis amittat[s] qui[t] noluit sacerdotis sui medicamenta sustinere[t 3].

3. Similiter Treiecto[4] convenit[u], ut servo, campo aut qualibet res ad unum ducem et[v] unum iudicem[v] pertinentes[5] per decem annos quicumque[w] inconcusso iure[x]

a) *ita* 1—3; decretus 9; decretum *rell.* b) Child. regis *om.* 1. 4; Hildeberti 3. 10. 15. 16. 18. b*) chelbertus 1. c) nos *om.* 1. 3. 4. 10. d) anthonago 1; anthanacho 2; anteniaco 3; antheacho 11. e) filio mortuo patrem vel matrem ad aviat. 10. f) mortuo patre *add.* 9. g) in hereditatem *add.* 5—8. 11. 12. h) vel de sorore fuerint procreati *add.* 9. 10. i) Postea vero in 9. 10. k) *sic* 1—10; *deest* 15—18; de criminosis 11. 12. l) incestuosus 10; incestum 9; incestum usum *vel* incertum usum *rell. codd.* m) *sic* 3. 4. 10. 12. 18; consanguinei uxoris patris. Si quis 1. 5—9. 14; consanguinei. Si quis uxorem patris 2. 13. 15—17. n) Et de preteritis 1. 3. 4. 10. o) incestis nuptias coniunctionibus 15. 16. 18. p) et *om.* 1. 3. 9. 10. q) insuper *add.* 2. 15. 18. r) facultates 18. s) perveniant 12. 15. 17. t) qui . . . . sustinere *om.* 13. 15. 18. u) nobis *add.* 2. 15. v) vel iud. 2. 4. 18. w) unusquisque 1. 3—5. 10. 12. x) *deest* 1. 3—5. 12; ordine inconcusso 9. 10.

1) *Andernach.* 2) *Reliquis? vel de incestuosis nuptiis iam initis? Cfr. infra decret. Vermer. c.* 1. 3) *Cfr. ad hoc caput L.* 2—4. *Cod. Theod. Breviar. De incestis nuptiis (III.* 12.). 4) *Maestricht.* 5) *Possessio inter praesentes quae in iure Romano dicitur (cfr. Interpr. L.* 3. 4. *Pauli sent. rec. V.,* 2) *a possessione inter absentes hic distinguitur; inter praesentes res possessa dicitur, ubi actor et reus in eiusdem iudicis vel ducis provincia habitant.*

possedit, nullam habeat licentiam interciandi, nisi tantum causa[y] orfanorum usque vicesimo[z] anno licentiam tribuimus. Quod[a] si quis[b] praesumpserit interciare, solidos 15 solvat[c], et res[d] quae male interciavit[d] amittat. De reliquis vero conditionibus omnes omnino[e] tricenaria lex excludat[f], praeter id quod regna[g] huc usque detenuit[6].

4. Pari conditione convenit Kalendas[h] Marcias[h] omnibus nobis[i] adunatis, ut admodo[7] quicumque praesumpserit raptum facere, unde[k] impiissimus vitius adcreverit[f], vitae periculum feriatur; et nullus de optimatibus nostris[k] praesumat pro[l] ipso[l] precare[m], sed unusquisque[n] admodum inimicum Dei[n] persequatur. Qui vero[o] edictum nostrum ausus[p] fuerit[p] contempnere[q], in[r] cuiuslibet iudicis pago primitus admissum fuerit[r], ille[s] iudex[s] collectum[t] solatium[t] [8] ipsum raptorem occidat, et iaceat forbatutus[u] [9]. Et si ad ecclesiam confugium fecerit, reddendus[v] ab episcopo, absque[w] ulla precatione exinde[x] separentur[y]. Certe[z] si ipsa mulier[a] raptori consenserit, ambo pariter in[b] exilio transmittantur. Et si foras ecclesia capti fuerint, ambo[c] pariter occidantur, et facultates eorum[d] parentibus legitimis, et quod fisco nostro debetur adquiratur.

5. De homicidiis vero ita iussimus observare, ut quicumque ausu temerario alium sine causa occiderit vitae periculum feriatur: nam[e] non de precio redemptionis se redimat aut componat[e]. Forsitan[f] convenit[f] ut ad solutionem[g] quisque discendat, nullus[h] de parentibus aut amicis ei quicquam adiuvet; nisi[i] qui praesumpserit ei aliquid adiuvare[i], suum weregildum[k] omnino componat; quia iustum[l] est, ut qui[m] novit occidere, discat[n] morire.

6. De farfaliis[o] [10] ita convenit, ut quicumque in mallo praesumpserit farfalium minare, procul dubio suum weregildum componat, nichilominus[p] farfalius reprimatur. Et[q] forsitan, ut adsolet, iudex[r] consenserit et fortasse adquiescit istum farfalium custodire, vitae periculum per omnia sustineat[s].

7. De furis et malefactoris ita decrevimus observare, ut si quinque aut septem bonae fidei homines absque inimicitia interposita criminosum cum sacramenti interposi-

y) *deest* 1. 3—5. z) *sic* 1. 3. 15. 16. 18; ad XX. annos *rell.* a) *deest* 15. 16. 18. b) super hoc iudicium *add.* 13. 15—18. c) culpabilis iudicetur ille 9. 10. d) rem interciatam 10. 15. 16. 18. e) causas *add.* 1. 2. 15. f) preter pupillum et liminium *add.* 1. g) rixa (= rigna) 3. 12—18; in alia regna 2; interregna 9; intus regnum 10. h) *desunt* 13. 15. i) *deest* 1. 3. 5. 10. 18. k) periculum mortis incurrat, et nullus de opt. n. de sic impiissimo vicio 13. 15. 18. l) *desunt* 10. 15. 18. m) rogare 15. 18. n) inimicum Dei unusquis eum 15. 18. o) vel *add.* 1. 3. 4. 10. p) *desunt* 1. 3. 4. 10. q) inrumpere 15. 18; transscendere 9. r) in . . . fuerit *om.* 15. 18. s) iudex loci illius 13. 15. 16. 18. t) cum turbam collectam 13—16. 18. u) *Lectiones variant* ferbatutus, forbaptutus, forbaptudus, forbatudos, forbotuos, forbatuos. v) est *add.* 15. 18. w) et sine 15. 18. x) *deest* 1. 3. 11; eum *add.* 15. 18. y) in exilio deputentur 9. 10. z) et 15. 18. a) postea *add.* 9. 13. b) in *om.* 9. 15. 18. c) *deest* 15. 18. d) illorum 4—8. 18. e) et nullo precio (precium nullum 15. 18) se redimere unquam (nunquam 15. 18) valeat 13—15. 18. f) et si convenerit 15. 18. g) compositionem 15. 18. h) neque 15. 18. i) quisquis (quod qui 15. 18) fecerit 13—15. 18. k) widrigildum 5; wedregildum 3. 6; *alii codices* wereg., wirig., wirg., gueregildum *hic et in sequentibus capitibus.* l) debitum 15. 18. m) iniuste *add.* 13. 15. 18. n) iuste *add.* 13. 15. 18. o) faravalium 1; farefalius 4; farefallos 5. 11. p) quia omnino volumus ut 13. 15. 18. q) Et *om.* 3. 5. 9; Et si 2. 13. 15. 18. r) hoc *add.* 13. 15. 18. s) incurrat 15. 18.

6) *Qui rem antea fiscalem per quinquennium inconcusso iure possedit, hac quinquennali possessione fiscum excludit vindicantem. In Breviarii titulo Codicis Theod. IV.* 12 *de triginta annorum praescriptione, IV.* 13 *de rerum fiscalium quinquennii praescriptione agitur.* 7) *Amodo*, *inde ab hoc tempore.* 8) *Trustis, agmen. Cfr. supra Pactus de tenore pacis, cap.* 9. 13. 9) *Absque compositione. Lex Rib. tit.* 77. *Form. Marculf. appendix* 29. *(Rozière, receuil des formules* 492.) 10) *Violenta impedimenta, quibus iudicia turbantur vel prohibentur. Grimm, Rechtsalterthümer,* 848.

tione esse dixerint, quomodo[t] sine lege involavit, sine lege moriatur[t]. Si[u] quis iudex comprehensum latronem convictus fuerit relaxasse[u], vitam suam amittat, et[v] disciplina in[w] populum modis omnibus[w] observetur.

8. Similiter Kalendas[x] Marcias Colonia[x] convenit, et[y] ita bannivimus[y], ut unusquisque iudex, criminosum latronem ut audierit[z], ad casam suam ambulet et ipsum ligare faciat; ita ut si Francus[11] fuerit, ad nostra praesentia dirigatur, et si debilioris personas fuerit, in loco pendatur.

9. Si quis centenario aut cuilibet iudice noluerit ad malefactorem[a] adiuvare, sexaginta solidis omnis[b] modis[b] condempnetur.

10. Et quicumque servum criminosum habuerit, et ei iudex rogaverit ipsum[c] praesentare, et noluerit[c], suum weregildum omnino componat.

11. Similiter convenit, ut si furtus factus fuerit, capitale de praesente centena restituat, et causa[d] centenarius[d] cum centena requirat[e][12].

12. Pari conditione convenit, ut si[f] centena posita in[g] vestigia in alia centena[g] aut quos fidelium nostrorum ipsum vestigium miserit[f] et eum ad alia centena minime expellere potuerit, aut convictus reddat latronem aut capitale de praesente restituat, et cum duodecim personas se ex hoc sacramento exuat[h].

13. Si[i] servus ecclesiae aut fisco[k] furtum admiserit[i], simili poena sustineat sicut et reliquorum[l] servi[m] Francorum.

14. De[o] die dominico similiter placuit observare, ut si quiscumque ingenuus, excepto quod ad coquendum vel ad manducandum pertinet, alia opera[p] in[q] die dominico facere[q] praesumpserit, si Salicus[r] fuerit, solidos quindecim componat; si[s] Romanus, septem et dimidium solidi[s]. Servus vero aut tres solidos reddat, aut de[t] dorsum[u] suum componat.

Asclipiodus[v][13] recognovit.

Datum[w] secundum[x] Kal. Marcias anno vicesimum[y] secundum[y] regni domni[z] nostri, Colonia feliciter[a].

t) quom. contra legem furtum perpetravit secundum legem moriatur 13—15. 18. u) Et si iud. c. lat. laxaverit 15. 18. v) et haec 2. 13. w) omnino modis omnibus, *om.* in pop., 15. 18. x) Kal. Mart. *om.* 15.—18. Col. *om.* 15. 16. 18. y) et ita bann. *om.* 15. 16. 18. z) audiret 1. 9. a) ad prindendum *add.* 2; persequendo *add.* 9. 10. b) omnino 15. 18. c) et ipsum praesentare noluerit 15. 18. d) causator centenarium 2. e) centenarii cum centenabus proficiscant 10; eorum usibus proficiscat *add.* 9. f) si una centena in alia centena vestigium secuta fuerit et invenerit vel in quibuscumque fidelium nostrorum terminis vestigium miserit 13. 15. 17. 18., *quibus verbis aliorum codicum omnium verba obscura recte explicari videntur.* g) in . . . . centena *om.* 2. 11. h) innocentem *add.* 10. i) Si servi ecclesiarum a. fiscalini f. admiserint 15. 18. k) fiscalis 9. 10; fiscalium 18. l) reliqui 9. 15. 18. m) servorum 1. 3; *deest* 4. o) *sic* 1; Ut 9; *deest in rell. codd.* p) servile *add.* 10. q) in . . . . facere *om.* 15. 18. r) *sic codd. omnes; in cod.* 7 *rec. manu* (saec. XV) *in marg. scripta sunt haec:* non si Salicus et cetera; quia distinguit a Romano et servo, et dicitur esse Francus; *ita Tilius etiam correxit:* Francus. s) si Romanus octo 18. t) de *om.* 1. u) dossum 3. 15. 16. v) *Hanc recognitionis notam soli codd.* 1. 3. 10 *praebent;* aschlipiodus 1; asclipiod 3; asolepiode 10. w) *Subscriptionem om.* 2. 7. 9. 11. Data 10. 15. 16. 18. x) *sic* 1. 13. 17; sub die 10. pridię 3. 6. 15. 16. 18. y) *sic* 1; XXII. 3. 5. 6. 8. 14.; XXV. 4; XXI. 13. 15—18.; XX. 10. z) *deest* 15. 18. a) amen *add.* 3. 5. 6.

11) *Nobilis, antrustio? Lex Franc. Cham.* 2. 16—19. *Sententia de septem septenis VII,* 6. 7. *(Merkel Lex Sal. pag.* 96. *Pardessus p.* 354.) 12) *Supra Pactus pro tenore pacis c.* 9. 16. 13) Fortassis est Asclipiodotus patricius, vir magnae tum auctoritatis in Gallia, ad quem extant aliquot epistolae sancti Gregorii. *Baluze II.* 988. *Cfr. Gregor. M. epist. (editio ord. S. Bened.) libro IX. ind. II. ep.* 119 *et libro XI. ind. IV. ep.* 14.

8. CHLOTHARII II. PRAECEPTIO.

584—628.

Montesquieu, esprit des lois XXXI, 2., hanc constitutionem non cum Sirmondo ceterisque editoribus ipsum secutis Chlothario primo sed secundo adscribendam esse demonstravit, cum capitibus 11 *et* 12 *Chlotharii avus ecclesiis immunitates concessisse commemoretur, primi autem Chlotharii avus fidei christianae nunquam conversus fuerit. Huic sententiae adstipulati sunt Eichhorn, Deutsche Rechtsgeschichte I. pg.* 479 *(ed. quinta), Merkel in Savigny, Geschichte des roem. Rechts VII.* 48 *(ed. secunda), Waitz, Deutsche Verfassungsgeschichte II. pg.* 683 *(ed. secunda), E. Loening, Geschichte des deutschen Kirchenrechts II.* 269. *aliique, contrarii vero exstiterunt Roth, Geschichte des Beneficialwesens* 224, *Pardessus, diplomata I. p.* 121., *ducti verbis in capite* 11: aut germani nostri *ad primum tantum Chlotharium referendis, quae, cum a codice* 2 *absint, equidem pro adulteratis habenda esse duxi. Caeterum haec Chlotharii praeceptio pluribus locis consentit cum edicto ao.* 614 *dato, quod Chlotharium secundum habet auctorem.*

Constitutio vel auctoritas haec Neustriae regni incolis Romano iure degentibus vel „provincialibus" (cap. 1. 13.*) data apparet, cum praeceptio non solum in epilogo* secundum legum romanarum seriem *dicatur, sed etiam in omnibus fere capitibus ius Romanum redoleat et interdum Wisigothorum legis Romanae ipsis verbis loquatur. Episcopos proceresve ipsi assensum praebuisse, nullo quidem constitutionis verbo proditur, tamen non omnino negaverim.*

Duorum codicum manuscriptorum ope, quorum iam Sirmondus usum fecerat, haec quoque editio parata est, scilicet 1) *cod. Paris.* 12097, *olim Corbeiensis* 26,. *deinde Sangerm.* 936., *ubi folio* 169. 170 *legitur,* 2) *cod. Paris.* 10753 *(antea Suppl. lat.* 215. *olim Corbionensis), in quo post Wisigothorum et Burgundionum leges fol.* 86. 87. *invenitur.*

(B. I, 7; *P. I,*2.*)*

Clodacharius[a], rex Francorum, omnebus agentibus[b]. Usus[1] est clementiae principalis nicessitatem provincialium vel subiectorum sibi omnium populorum provida sollecicius mente tractare, et pro quiete eorum quaecumque iuste sunt observanda indita in titulis constitutione conscribere: quibus quantum plus fuerit iustitiae adque[c] integritatis[c] inpensum, tantum pronius amor diyutionis incumbit. Ideoque per hanc generalem auctoritatem praecipientes iubemus, ut in omnibus causis antiqui iuris norma[d] servetur, et nulla sententia a quolebet iudicum vim firmitatis obteneat, quae modum leges adque aequitatis excedit.

2. In parentum ergo subcessionibus quicquid legebus discernentur, observentur, omnibus contra inpetrandi alequid licentia derogata: quae[2] si quolebet ordine inpetrata fuerit vel obtenta, a iudicebus repudiata inanis habeatur et vacua.

3. Si quis in aliquo crimine fuerit accusatus, non condemnetur penetus inauditus.

a) Chlotarius 2. b) comitibus 2. c) adhibente credamus 2. d) formam 2.

1) *Lex Rom. Wisig. Nov. Valentin. tit. VIII:* Boni principis cura vel prima vel maxima est, quietem provincialium propitia sollicitius mente tractare, quibus, quanto plus fuerit humanitatis impensum, tanto pronius amor devotionis incumbit. 2) *Lex Rom. Wis. Cod. Theod. I.* 2, 1: Contra ius rescripta non valeant, quocumque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura praescribunt, magis sequi iudices debent. — Interpretatio: Quaecunque contra leges a principibus fuerint obtenta, non valeant.

Sed si in crimine accusatur et habeta discussione fuerit fortasse convictus, pro modum criminis sententiam quo[e] meretur[e] excipiat ultionis.

4. Inter Romanus negutia causarum romanis legebus praecepemus terminari[3].

5. Si quis auctoritatem nostram subreptitie[f] contra legem elicuerit fallendo principem, non valebit[4].

6. Si iudex alequem contra legem iniuste damnaverit, in nostri absentia ab episcopis castigetur, ut quod perpere iudicavit versatim[g] melius discussione habeta emendare procuret.

7. Nullus per auctoritatem nostram matrimunium viduae vel puellae sine ipsarum voluntate praesumat expetire; neque per sugessionis subreptitias rapiantur iniuste[5].

8. Sanctimunialis nullus sibi in coniugium audeat sociare.

9. Ut auctoritatis cum iustitia et lege competente[h] in omnebus maneant stabili firmitate, nec subsequentibus auctoritatibus[i] contra legem elecitis vacuentur.

10. Ut oblationis defunctorum ecclesiis depotate nullorum conpetitionebus auferantur, praesenti constitutione praestamus.

11. Agraria, pascuaria vel decimas porcorum aecclesiae[k] pro fidei nostrae devotione concedemus, ita ut actor aut decimatur in rebus ecclesiae nullus accedat[l]. Ecclesiae vel clericis nullam requirant agentes publici functionem, qui avi vel genetoris[m] nostri immunitatem meruerunt.

12. Quaecumque ecclesiae vel clericis aut quibuslibet personis a gloriosae memoriae praefatis principibus munificentiae largitate conlata[n] sunt, omni firmitate[n] perdurent.

13. Quicquid ecclesia, clerici vel provincialis[6] nostri, intercedente tamin iusto possessionis inicio, per[o] triginta annos inconcusso iure possedisse probantur, in eorum dicione res possessa permaneat, nec actio tantis aevi spaciis sepulta ulterius contra legum ordine sub alequa repeticione consurgat, possessionem in possessoris iure sine dubio permanentem[7].

Provideat ergo strinuetas universorum iudicum[p], ut praeceptionem hanc sub omni observatione custodiant, [nec[q] [8] quicquam aliud agere aut iudicare, quam ut haec praeceptio secundum legum romanarum seriem contenit, vel sexus[r] quorumdam gentium iusta antiquae iuris constitucionem olim vixisse denuscetur, sub alequa temeretate praesumant.]

e) *ita* 2; in se mereatur *in cod.* 1 *primo scripta, deinde vero deleta sunt.* f) subreptive 1. g) versantem 2. h) competere 1. i) auctorebus 1. k) *deest* 2. l) eccl. n. a. *om.* 2. m) aut germani *add.* 1. n) conl. s. o. firm. *om.* 2. o) ob 1. p) iud. ut *om.* 2. q) nec *rell. usque ad finem om.* 2. r) secus (secundum) *emendat Baluze, cui consentit Sohm, fränkische Reichsverfassung I.* 224 *in annot., oppugnat Waitz, Verfassungsgesch. II.* 88 *in annot. (editio. secunda).*

3) *Cfr. Praef. ad legem Gundob. c.* 7: Inter Romanos . . . . Romanis legibus praecipimus iudicari. *Lex Gundob. LV,* 2: Quodsi Romanus . . . iubemus . . . causam Romanis legibus terminari. 4) *L. Rom. Wisig. C. Th. I,* 2. 4. *interpr.:* Quicquid non vera sed falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit. *Cfr. etiam L. Rom. Wis. C. Th. I,* 2. 7. 5) *L. Rom. Wisig. Cod. Theod. III,* 10. *c.* 1: Quidam . . . . obreptione precum nuptias . . . . de nobis aestimant postulandas, se habere puellae consensum confingentes . . . . Si quis . . . . nuptias precum surreptione meruerit . . . . 6) *Romani.* 7) *L. Rom. Wis. Pauli sent. rec. V,* 24. *interpr.:* Viginti annorum non requisitam possessionem, si tamen iustum possidendi initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. *Constitutio haec, cum in triginta etiam annorum praescriptione iustum possessionis initium quaeratur, discrepat a lege Rom. Wis., quae de triginta annorum praescriptione omnibus causis opponenda agit in C. Theod. IV.* 13, 1. *et in Nov. Valent. tit. VIII, ex quo huius constitutionis initium haustum est, itemque a lege Gundob. LXXXIX,* 5 *legi Romanae consentanea. Concordat autem constitutio quodammodo cum iure canonico posteriori.* 8) *Epilogus aliquatenus subobscurus, qui a cod.* 2. *abest, fortasse fictitius est.*

9. CHLOTHARII II. EDICTUM.

614. Oct. 18.

Chlotharius II, cum universo Francorum regno potitus esset, Franciae concilium generale Parisios convocavit ab episcopis septuaginta novem celebratum. Cuius concilii Parisiensis quinti die decimo mensis Octobris ao. 614 *finiti canones leguntur apud Sirmondum concil. Gall. I.* 470 *et in collectione Mansi X.* 539, *melius autem apud Friedrich, Drei unedirte (?) Concilien der Merowingerzeit (Bambergae* 1867*) pag.* 9 *sqq. Quo synodali concilio finito optimatibus saecularibus etiam adhibitis Chlotharii regis edictum, quod iam prodit, die decimo octavo eiusdem mensis promulgatum est, cuius capitula haud pauca ita concilii canonibus respondent, ut quae in concilio secundum normam ecclesiae definita sint hoc edicto secundum ius civile ordinata videantur. Posteriorum conciliorum decretis, scilicet incerti cuiusdam anno fortasse* 618 *habiti (Sirm. I,* 618; *IV,* 62) *canone primo, et Remensis anno* 625 *plerumque adscripti (Sirm. I,* 479; *Mansi X,* 591) *canone* 24., *huius Chlothariani edicti praecepta,* quia in nullo fidei catholicae vel ecclesiasticae regulae contraria sunt inventa, *canonica etiam auctoritate observari iubentur.*

Traditur hoc Chlotharii II. edictum in unico codice hodie Cheltenhamensi 1743 *(Meermann* 576) *fol.* 297—298[v]. *Ex hoc ipso codice, tunc collegii Claromontani, iam Sirmondus in Conciliis Galliae I.* 474 *edictum ediderat, quam editionem iterum typis imprimi curaverant Baluzius et Pertzius. Post primam capitularium editionem duabus vicibus Pertzius, novissime etiam Waitzius codicem cum nostro edicto in Britannia evolverunt maximaque industria eius usum fecerunt. Nam codex humiditate et tinctura saepius ut videtur adhibita ita confectus est, ut edictum nostrum pluribus locis incertum et complurium capitulorum textus, paucis tantum verbis exceptis, deperditus sit, id quod maxime dolendum est, cum in re iudiciaria praesertim emunitatum cognoscenda magni momenti ipsa capita si legi possent forent.*

Prodit hic edictum Chlotharianum secundum schedas a Pertzio et Waitzio accurate scriptas; quae pro certo legi non possent litteris obliquis imprimi curavi, quibus locis litterae omnino evanuerint, lacunis vacuis relictis indicavi.

(*B. I,* 21; *P. I,* 14.)

Incipit actuum[a] vel constitutionem *inclyti principis* Clothacharii regis super omnem p*lebem in conventu episcoporum* in sinodo Paris*ius adunata,* sub die quintodecimo Kal. Novembris anno trecesimo primo suprascripti regis imperium.

Felicitatem regni nostri in hoc magisque[b] divinum intercedente fuffragium succrescere non dubium est, si qua in regno, Deo propicio, nostro, bene acta, statuta atque decreta sunt, inviolabiliter nostro studuerimus tempore custodire; et quod contra rationis ordinem acta vel ordinata sunt, ne[c] inantea, quod avertat divinitas, contingat, disposuimus Christo praesole per huius edicti nostri tenorem generaliter emendare.

a) edictum *Sirm.* b) magis magisque *Sirm.* c) *ita Sir.*, ut *c.*

1. Ideoque[1] definitionis nostrae est, ut canonum statuta in omnibus conserventur, et quod per tempore ex hoc praetermissum est vel dehaec perpetualiter conservetur; ita ut episcopo decedente in loco *ipsius*, qui a metropolitano ordinari debeat cum provincialibus, a clero *et populo* eligatur; si persona condigna fuerit, per ordinationem prin-
5 cipis ordinetur; certe[d] si de palatio eligitur, per meritum personae et doctrinae ordinetur.

2. Ut[2] nullus episcoporum se vivente eligat successorem, sed tunc alius ei substituatur, cum taliter afficeretur, ut ecclesiam suam nec clerum regere possit. Idemque ut nullus vivente episcopo adoptare locum eius praesumat; quod si petierit, ei
10 menime tribuatur.

3. Si[3] quis clerecus, quolibet honore monitus, in contimtu episcopo suo vel praetermisso, ad principem aut ad potentioris quasque personas ambulare vel sibi patrocinia elegerit expetendum, non recipiatur, praeter si pro veniam vedetur expetere. Et si pro qualebit causa ad principem expetierit et cum ipsius principis epistola ad epi-
15 scopo suo fuerit reversus, excusatus recipiatur. His qui ipsum post admonitionem pontefici suo retenere praesumpserit, a sancto communione privetur.

4. Ut[4] nullum iudicum de qualebit ordine clerecus de civilibus causis, praeter criminale negucia, per se distringere aut damnare praesumat, nisi convicitur manefestus, excepto presbytero aut diacono. Qui convicti fuerint de crimine capitali, iuxta canones
20 distringantur et cum[5] ponteficibus examinentur[6].

5. Quod si causa inter personam publicam et hominibus ecclesiae steterit, pariter ab utraque partem praepositi ecclesiarum et iudex publicus in audientia publica positi eos debeant iudicare.

6. Cuicumque[7] defunctu, si intestatus decesserit, propinqui absque contrarietate
25 iudicum in eius facultatem iuxta legem succedant.

d) vel certe *Sirm.*

1) *Concil. Paris. can.* 1.: Primo in loco ut canonum instituta in omnibus conserventur, et quod per praeterita temporum spacia praetermissum est vel deinceps perpetualiter observetur. Ut decedente episcopo loco ipsius ille Christo propitio debeat ordinari quem metropolitanus, a quo
30 ordinandus est, cum provincialibus suis clerus vel populus civitatis absque ullo commodo vel dacione pecuniae elegerint, debeat episcopus consecrari. Quod si aliter aut potestate subrepat, aut quacumque neglegentia absque elictione metropolitani, cleri consensu vel civium fuerit in ecclesiam intromissus, ordinatio ipsius secundum statuta patrum inreta habeatur. 2) *Concil. can.* 2: Ut nullus episcoporum se vivente alium in loco suo non elegat nec qualiscumque persona illo super-
35 stite locum ipsius sub quocumque argumento vel ingenio adoptare praesumat nec a quoquam debeat ordinari, nisi certae conditiones exteterint ut ecclesiam suam et clerum regere non possit. 3) *Concil. can.* 3: Ut si quis clericus, quolibet honore monitus, contemto episcopo suo ad principem vel ad potentioris hominis vel ubi et ubi ambulare vel sibi patronos elegerit, non recipiatur praeter ut veniam debeat promereri. Quod si fecerit [et] is qui ipsum post admonitionem ponte-
40 ficis sui retinere praesumpserit, noverint se utrumque priorum canonum sententiae esse damnandos. 4) *Concil. can.* 4: Ut nullus iudicum neque presbyterum neque diaconum vel clerecum aut iunioris aecclesiae sine scientia ponteficis per se distringat aut damnare praesumat. Quod si fecerit, ab ecclesia cui iniuriam inrogare dignuscitur tam diu sit sequistratus quamdio reato suo corregat et emendit. 5) *cum* = *a.* 6) *Cfr. ad hoc caput explicandum, de quo saepissime*
45 *disputatum est, Sohm in Zeitschrift für Kirchenrecht IX. pg.* 209 *et sqq. et* 257 *sqq. Waitz, Verfassungsgeschichte II.* 488. *sq. in edititione secunda, et E. Loening, Geschichte des deutschen Kirchenrechts II.* 526—532. 7) *De testamentis et donationibus a clericis factis Parisiensis concilii canone decimo agitur. Ad hoc decreti caput conferatur Chlotharii II. praeceptio (supra pag.* 18). *cap.* 2.

7. Libertus[8] cuiuscumque ingenuorum a sacerdotibus, iuxta textus cartarum ingenuetatis suae contenit, defensandus, nec absque praesentia episcopi aut praepositi aeclesiae esse iudicandus vel ad publicum revocandus.

8. Ut ubicumque census novus impie addetus est et a populo reclamatur, iuxta inquaesitione misericorditer emendetur.

9. De toloneo: ea[e] loca debeat exegi vel de speciebus ipsis, quae praecidentium principum[f], id est usque transitum bone memorie domnorum parentum nostrorum Gunthramni, Chilperici, Sigiberthi regum est exactum.

10. Iudaei[9] super christianus actionis[10] publicas agere non debeant. Quicumque se . . . tuos . . . dine[g] sociare praesumpserit, *sever*issimam legem ex canonica incurrat sententia.

11. Ut pax et disciplina in regno nostro sit, Christo propiciante, *perpetua, et ut* revellus vel insullentia malorum hominum severissime reprimatur.

12. Et nullus iudex de aliis provinciis aut regionibus in alia loca[11] ordinetur; ut, si ali*quid mali de* quibuslibet condicionibus perpetraverit, de suis propriis rebus *exin*de quod male abstolerit iuxta legis ordine debeat restaurare[12].

13. Praeceptionis[h] [13] *nostrae per omnia im*pleantur. *Et quod per easdem* fuerit ordina*tum per subsequentia* praecepti *nullatenus an*nullatur nec de *palatio nostro tales* praeceptionis *requirantur et sicuti* . . . . *p* . . . . *audien*tia *violatus* . . . . *statutum fuit.*

(14.?)[i] . . . .
usque *transitum*[k] *bonae memoriae domnorum* parentum nostrorum *Gunthramni*[k] *Chilperici Sigiberthi regum* . . . .[l] *si quis vero* . . . . . *die* ingre*di ille qui* ingredere voluerit *ubi domus* possedit[m], pontificium habeat usque audientiam defensare. Ecclesiarum res sacerdotum et pauperum qui se defensare non possunt, a iudicibus publecis usque audientiam per iustitiam defensentur, salva emunitate praecidentium domnorum, quod ecclesiae aut potentum vel *cuicumque visi* sunt indulsisse pro pace atque disciplina facienda.

(15.?) Si homines ecclesiarum aut potentum de causis criminalibus fuerint accusati, *agentes*[n] eorum ab agentibus publicis *requisiti si ipsos* in audientia pu[o] . . . . . foris[p]

e) ut per ea *Sirm.* f) tempore *supplet Sirm.* g) *Verba propter fissuram chartae pro certo legi non possunt; verbum primum* quaestuoso *cum Sirmondo legendum esse omnino negat Waitz, potius* r[em]aptuos *scriptum fuisse censens.* h) *Per quadraginta novem lineas quae in codice sequuntur membrana ita humiditate et tinctura affecta est, ut litterarum maxima pars vel omnino legi nequeat vel incerta visa sit quum Pertzio tum Waitzio, qui interdum de singulis characteribus legendis discrepant. Sirmondus verbis* „Praeceptiones nostrae per omnia impleantur“ *notam addit:* desunt reliqua capitis cum duobus sequentibus i) *Per unam lineam et dimidiam nihil legi potest.* k) transitum b. m. d. *et* G. Ch. S. regum *sola coniectura supplevit Pertz ad similitudinem capitis noni.* l) *in sequentibus lineis sex neque Pertzius neque Waitzius quidquam legere potuerunt.* m) *ita legit Pertz*, accedit *Waitz.* n) actiones *Waitz.* o) publica coram populo *vel* publica infra pago *coniecit Pertz.* p) infra *legit Waitz.*

8) *Conc. Par. can.* 5: Liberti quorumcumque ingenuorum a sacerdotibus defensentur nec ad publico ulterius (alterius *cod. Cheltenh.*) revocentur. Quod si quis auso temerario eos impremere voluerit aut ad publicum revocare et admonitus per ponteficem ad audientiam venire neglexerit aut emendare quod perpetravit distolerit, communione privetur. 9) *Concil. can.* 15: Ut nullus Iudaeorum qualemcumque miliciam aut actionem publicam super Christianus aut petere ad principem aut agere praesumat. Quod si temptaverit, ab episcopo civitatis illius ubi actionem contra canonum statuta conpetiit, cum omni familia sua baptizandi gratiam consequatur. 10) *Honores, munera.* 11) *Locus = pagus.* 12) *Cfr. Chloth. II. praeceptio cap.* 6. 13) *Cfr. Chloth. II. praeceptio cap.* 9.

domus ipsorum *ad iustitiam reddenda* praesentare noluerint[q], et distringantur, *quatenus eosdem* debeant praesentare. Si tamen ab ipsis agentibus ante*a non fuerit emendatum* ita ut se *auctoritatem* . . . . qui debeant[r] . . . . parte proficiat.

16. Quidquid parentis nostri anterioris principis vel nos per iusticia visi fuemus 5 concessisse et confirmasse, in omnibus debeat confirmari.

17. Et quae[s] unus de fidelibus ac leodebus, sua fide servandum domino legitimo, interrigna faciente visus est perdedisse, generaliter absque alico incommodo de rebus sibi iuste debetis praecepimus revestire.

18. De[14] puellas et viduas relegiosas aut sanctaemunialis qui se Deo voverant, tam 10 que in proprias domus resedent quam qui in monastyria posete sunt, nullus nec per praeceptum[15] nostrum conpetat nec trahere nec sibi in coniugio sociare paenitus praesumat. Et si quis exinde praeceptum eleguerit, nullum sorciatur effectum[16]. Et si quicumque aut per virtute aut per quolibet ordine ipsas detrahere aut sibi in coniugium praesumpserit sociare, capitale sententia *feriatur*. Et si in ecclesia coniugium fecerint 15 et illa rapta aut rapienda in hoc consentire videbitur, sequestrati ab invicem in exilio deportentur, et facultas ipsorum propinquis heredibus societur.

19. Episcopi vero vel potentes, qui in alias possedent regionis[17], iudicis vel missus discursoris de alias provincias non instituant, nisi de loco[11], qui iusticia percipiant et aliis reddant.

20 20. Agentes igitur episcoporum aut potentum per potestatem nullius res collecta solacia[18] nec auferant, nec cuiuscumque contemptum per se facere non praesumant.

21. Porcarii fescalis in silvas ecclesiarum aut privatorum absque voluntate possessoris in silvas eorum ingredere non praesumant.

22. Neque[19] ingenuos neque servus, qui cum furto non depraehinditur, ad iudi- 25 cibus aut ad quemcumque interfici non debeat inauditus[20].

23. Et[19] quandoquidem passio non fuerit, unde porci debeant saginare, cellarinsis[21] in publico non exegatur.

24. Quicumque vero haec deliberationem, quem cum ponteficibus vel tam magnis viris optematibus aut fidelibus nostris in synodale concilio instruemus, temerare prae- 30 sumpserit, in ipso capitale sententia iudicetur, qualiter alii non debeant similia perpetrare.

Quam auctoritatem vel edictum perpetuis temporibus valeturum manus nostrae subscripcionibus decrevimus rovorandum. Hamingus.

Chlothacharius in Christi nomine rex hanc definitione subscripsi.

35 Data sub die XV. Kalendas Novembris, anno XXXI. regni[t] nostri Parisius[t].

q) iustitia edicti istius *vel* veniant in curia regis *supplet coniectura Pertz.* r) *Per septem lineas litterae legi non possunt.* s) quae *om.* c. t) regnum Parius *c.*

14) *Concil. can.* 13: De viduabus et puellis quae sivi vestis in habitu religionis in domus proprias tam a parentibus quam per se ipsas mutaverint et se postea contra statuta patrum vel 40 praecepta canonum coniunctione credederint cupulandas, tam dio habeantur a communione suspensi, quousque quod inlicita perpetraverunt emendint; aut si emendare neclexerint a communione ecclesiastica vel omnium christianorum convivio in perpetuo sint sequistrati. *Cfr. Chloth. II. praeceptio c.* 10. 15) *Chloth. II. praeceptio cap.* 7. 16) *Chloth. II. praeceptio c.* 5. 17) *Cfr. Pactus pro ten. pacis c.* 12: potentes qui per diversa possedent. 18) *Cfr. Childeb. II. decretio c.* 4. 45 *not.* 8. 19) *Capp.* 22. 23. *inverso ordine ponenda videntur.* 20) *Cfr. Chloth. II. praeceptio c.* 3. 21) *Cellarium iam in imperio Romano tributum erat fisco solvendum. Cfr. L.* 3. *C. Theod. I.* 9. *cum Breviarii interpretatione. Decimae solvuntur pro iure porcos in silvis regiis saginandi secundum Karoli M. Cap. de villis c.* 36. *Cfr. Chloth. II. praeceptio c.* 11.

II.
CAPITULARIA MAIORUM DOMUS.

10. KARLMANNI PRINCIPIS CAPITULARE.
742. April. 21.

Bonifacius archiespiscopus in epistola ad Zachariam papam (Monum. Moguntina ed. Jaffé, Bonif. epist. 42*) scribit haec:* Notum similiter sit paternitati vestrae, quod Carlomannus dux Francorum me arcessitum ad se rogavit, ut in parte regni Francorum quae in sua est potestate, synodum cepere congregare. Et promisit, se de aecclesiastica religione, quae iam longo tempore id est non minus quam per sexaginta vel septuaginta annos calcata et dissipata fuit, aliquid corrigere et emendare velle. *Cuius synodi, quae Germanica prima vulgo dicitur, canones, Bonifacii illi epistolae argumento propinqui, hoc Karlmanni capitulari, quod a Mansi aliisque immerito anno* 743 *tribuitur, confirmantur, in alia quoque regni Francorum synodo anno* 747 *ut coniicere licet habita, de qua Bonifacius ad Cudeberhtum archiepiscopum Anglicum refert (Bon. ep.* 70 *edid. Jaffé), iterum sanciti fuisse videntur.*

Traditur capitulare in codicibus 1) *antiquissimo Vaticano inter Palatinos* 577. *olim Moguntino folio* 4, *praeterea in codicibus Bonifacii epistolas continentibus (cfr. Bonif. epist.* 47. *edid. Jaffé)* 2) *Monacensi* 8112, *olim item Moguntino fol.* 68. 3) *Vindobonensi* 751, *inter codd. theol.* 259., *fol.* 51. 4) *Carlsruhensi inter Durlacenses* 94. *fol.* 52. *deinde etiam in* 5) *Veneto Divi Marci inter codd. Latin.* 169. 6) *Monacensi C. F.* 25., *olim Frisingensi.* 7) *Salisburgensi S. Petri IX,* 52 *fol.* 221. 8) *Monac. olim Frisingensi B. H.* 1. *fol.* 70, *quibus Pommersfeldensis denique Bonifacii epistolarum codex (n.* 2875*), saeculo XVI. scriptus adnumerandus est.* (*B. I,* 145; *P. I,* 16.)

In[a] nomine domini nostri Iesu Christi. Ego Karlmannus[b], dux et princeps Francorum, anno[c] ab incarnatione Christi septingentesimo quadragesimo secundo, XI. Kalendas Maias[c], cum consilio servorum Dei et optimatum meorum episcopos qui in regno meo sunt cum presbiteris et concilium et synodum pro timore Christi congregavi, id est Bonifatium archiepiscopum et Burghardum[d 1] et Regenfridum[e 2] et Wintanum[f 3] et Wilbaldum[g 4] et Dadanum[5] et Eddanum[6] cum presbiteris eorum, ut mihi

a) Synodus quam sanctus Bonifatius Karolomanno consentiente cum episcopis et ceteris Dei servis habuit *inscriptionem habet* 4; Incipit epistola ducis et regis Karalmanni *verbis* In nomine domini *addit* 7. b) Karalmannus 6. 7. c) anno . . . Maias *om.* 7. d) burgehardum 3; burchardum 4; burhardum 2. e) regenfridum 3; reginfridum 6; reginfredum 2. f) hwitanum 1. g) uuillabaldum 1; uuillipaldum 6.

1) *Wirziburgensem.* 2) *Coloniensem.* 3) *Buraburgensem.* 4) *Eichstetensem.* 5) *Traiectensem?* 6) *Argentoratensem.*

consilium dedissent, quomodo lex Dei et aecclesiastica relegio recuperetur, quae in diebus praeteritorum principum dissipata corruit, et qualiter populus christianus ad salutem animae pervenire possit et per falsos sacerdotes deceptus non pereat.

1. Et per consilium sacerdotum et optimatum meorum ordinavimus per civitates episcopos, et constituimus super eos archiepiscopum Bonifatium qui est missus sancti Petri. Statuimus per annos singulos synodum congregare, ut nobis praesentibus canonum decreta et aecclesiae iura restaurentur et relegio christiana emendetur. Et fraudatas pecunias ecclesiarum ecclesiis restituimus et reddidimus. Falsos presbiteros et adulteros vel fornicatores diaconos et clericos de pecuniis ecclesiarum abstulimus et degradavimus et ad poenitentiam coegimus.

2. Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare aut in exercitum et in hostem pergere omnino prohibuimus, nisi[h] illi tantummodo qui propter divinum ministerium[i], missarum scilicet solemnia adinplenda et sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt. Id est unum vel duos episcopos cum capellanis presbiteris princeps secum habeat, et unusquisque praefectus unum presbiterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possint[h]. Necnon et illas venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus; similiter ut acceptores et walcones[k] non habeant.

3. Decrevimus[l] quoque secundum[m] canones[l], ut unusquisque presbiter in parrochia habitans episcopo subiectus sit illi in cuius parrochia habitet, et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui, sive de baptismo sive de fide catholica sive de precibus et ordine missarum, episcopo reddat et ostendat. Et quandocumque iure canonico episcopus circumeat parrochiam populos ad confirmandos, presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper novum crisma ab episcopo quaerat, ut episcopum[n] testis adsistat castitatis et vitae et fidei et doctrinae illius.

4. Statuimus, ut secundum canonicam cautelam omnes undecumque supervenientes ignotos episcopos vel presbiteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.

5. Decrevimus, ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem adhibeat, adiuvante gravione qui defensor ecclesiae est, ut populus Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias[7] gentilitatis abiciat et respuat; sive sacrificia mortuorum sive sortilegos vel divinos sive filacteria[8] et auguria sive incantationes sive hostias immolatitias, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum, Deum et suos sanctos ad iracundiam provocantes, sive illos sacrilegos ignes, quod nied fyr[o][9] vocant, sive omnes, quaecumque sint, paganorum observationes diligenter[p] prohibeant.

6. Statuimus similiter, ut post hanc synodum, quae[10] fuit XI. Kalendas Maias, ut quisquis servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, quod in carcere poenitenciam faciat in pane et aqua. Et si ordinatus presbiter fuisset,

h) nisi illos qui pro hostili necessitate pergant pro missis celebrandis et sanctorum patrociniis deportandis et confitentibus poenitentiam imponendo 7. i) mysterium 1. k) falcones 4. 6. l) Decrev. . . . . . canones *om.* 7. m) *ita correxi (cfr. c.* 4. 5.*)*; sanctorum *codd.;* iuxta sanctorum *Bened. lev.* I, 2. *itemque infra in Karoli capitularis* 19 *capite* 8. n) episcopus 6 *et corr.* 2. 4, *fortasse recte.* o) *ita* 1; neidfyr 6; nied feor. 2; nied frs 3. 4; metfratres 5. p) diligentes 2. 3.

7) *Cfr. infra in additamentis indiculus superstitionum* 8) *Amuleta ad arcendos et pellendos morbos.* 9) *Notfeuer; cfr. infra indic. superst.* 15. *Grimm, deutsche Mythol. p.* 570—578 *(ed. tertia). Similis superstitio quae apud Graecos fuit vetatur in conc. Trull. can.* 65. 10) *Verba* quae fuit XI. Kal. Maias *fortasse recens addita sunt cum haec capitula Liptinensibus canonibus augerentur.*

duos annos in carcere permaneat, et antea flagellatus et scorticatus videatur, et post episcopus adaugeat[11]. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus, vertentem annum ibi paenitenciam agat. Similiter et nonnae velatae eadem penitencia conteneantur, et radantur omnes capilli capitis eius. 5

7. Decrevimus quoque, ut presbiteri vel diaconi non sagis[12], laicorum more, sed casulis utantur, ritu servorum Dei. Et nullus in sua domu mulierem habitare permittat. Et ut monachi et ancillae Dei monasteriales iuxta regulam sancti Benedicti ordinare et vivere, vitam[q] propriam gubernare studeant[r].

q) vitamque *corr.* 4. r) *in cod.* 7 *subnectitur Capit. Liptinense cap.* 3. 10

11) *Post duos annos episcopus adaugeat flagella, iterum flagellet.* 12) *Veste non succincta more Germanico (Tac. Germ.* 17.*) sed longa Romana. Cfr. Hefele, Beiträge zur Kirchengeschichte II.* 197.

---

11. KARLMANNI PRINCIPIS CAPITULARE LIPTINENSE. 15

Kal. Mart. anni 743 vel paullo posterioris.

In codicibus 1—5 *supra ad capitulare anni* 742 *nominatis synodi germanicae primae canones continuo sequuntur alterius synodi capita Liptinis in Austriae parte in pago Hanagaviae habitae, verbis inscripta in codicibus* 1—4 *DE ALIO SYNODALI CONVENTV; in codice* 7 *caput tantum tertium subnectitur, a codice* 6 *Liptinensia* 20 *capita omnino absunt. Primae synodi canones in secunda synodo confirmati iterumque promulgati sunt, ita ut utriusque synodi canones in codicibus manuscriptis quasi unam principis Karlmanni constitutionem efficere videantur. Subiuncti vero sunt prioribus canones recentiores verbis:* Modo autem in hoc synodali conventu *rell., quibus ducti minus recte, ut videtur, plerique auctores synodi secundae capita mutila nobis tradita* 25 *esse aestimaverunt. Dubito, an forte, cum haec recentiora capita adderentur, priora confirmata paullisper mutata et in capite* 6. *verba:* ut post hanc synodum quae fuit XI. Kal. Martias *inserta fuerint; suspicionem enim ea ipsa movent, an ab initio ita posita fuerint.*

Sunt qui contendant (Hefele, Hahn), synodum Liptinensem a Karlmanno et Pip- 30 *pino tam Austriae quam Neustriae optimatibus et episcopis convocatis habitam fuisse, ducti scilicet Zachariae papae epistolis duabus (Bonif. epist.* 51 *et* 52 *secundum editionem Jaffaei), in quibus leguntur verba:* De synodo autem congregata apud Francorum provintiam mediantibus Pippino et Carlomanno excellentissimis filiis nostris, *quae ad hanc Liptinensem synodum referenda sint. Cui opinioni contraria sunt verba in capite* 35 *quarto dicta:* quod et pater meus ante praecipiebat, *quae eundem Karlmannum Austriae principem haec capitula Liptinensia addidisse produnt, qui capitula priora anno* 742 *ediderit. Ita etiam Fulbertus Carnotensis episcopus itemque Hincmarus archiepiscopus capitum Liptinensium auctorem Karlmannum nominant, cum contra Galliae episcopi in epistola Carisiaci anno* 858 *ad Ludovicum Germaniae regem data et vera cum falsis* 40 *miscente (Sirmondi concilia Galliae III.* 127. *c.* 7*) Pippinum synodum apud Liptinas congregari fecisse dicant. Caeterum Zacharias in epistola illa (Jaffé* 51*) synodum quoad*

argumentum nostrae Liptinensi similem quidem, sed multo uberiorem spectat, ut ipsius canones ad nos non pervenisse, immo deperditos esse credendum sit.

Kalendis Martiis post synodum anno 742 *habitam hoc capitulare editum esse capite primo collegitur, fortasse, quod veri simile est, iam anno* 743, *fortasse demum* 5 *anno paullulum posteriori. Nam etiamsi multa a multis de huius Liptinensis synodi tempore disputata sunt, tamen haec res in incerto relinquenda mihi videtur.*

Secundum nonnullos (Mansi, Hefele, Seiters) Liptinensi capitulari etiam tribuenda sunt capita quaedam ab aliis tradita. Scribit enim Fulbertus Carnotensis episcopus († 1029) *in epistola sua* 33 *ad Leuthericum archiepiscopum Senonensem data:* Invenitur 10 ergo statutum in concilio Liptinensi capite septimo sub Zacharia papa sub principe Carlomagno hoc modo:

> Si quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore et alterum non accipiat. Simili modo et mulier alterum non accipiat.

15 Item in eodem:

> Nullus proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem nec illam cuius filium vel filiam ad confirmationem tenuerit; ubi autem factum fuerit separentur.

Sed hoc primum caput a Fulberto haud dubie desumtum est e Benedicti capitula- 20 *rium collectione, in cuius libro primo vere legitur* capite septimo *paullo post Liptinense nostrum a Benedicto sub numero quarto recensitum; ipse autem Benedictus hoc caput desumpsit e capitulari Compendiensi anni* 757 *capite decimo quinto. Ex eadem Benedicti collectione, libro scilicet primo capite* 167 *alterum etiam capitulum Fulbertus desumpsit, quod Benedictus excerpserat ex concilio Moguntino anni* 813 *canone* 55.

25 *Item ad hoc Liptinense capitulare non pertinere videtur quod Hincmarus archiepiscopus refert, in epistola sua* 37 *dicens:* Et in synodo apud Liptinas habita, cui sub Karlomanno principe Georgius episcopus et Iohannes sacellarius ac sanctus Bonifacius ex praecepto Zachariae papae consederunt, legitur:

> Ut si vir mulieri desponsatae, dotatae ac publicis nuptiis ductae debitum 30 coniugale non potuerit reddere et hoc aut amborum confessione aut certa qualibet adprobatione fuerit manifestum, ut separentur, et mulier si continere nequiverit alteri viro legaliter nubat.

Nam Georgius et Iohannes non Liptinensi concilio sed Compendiensi potius anno 757 *habito interfuerunt, cuius capiti vicesimo argumento simile est illud ab Hincmaro* 35 *relatum.*

Alii denique (e. gr. Hefele, Seiters) cum capitulis Liptinensibus cohaerere dicunt — sine causa ut mihi videtur — quae in codice Vaticano Palatino 577 *scripta sunt post nomina episcoporum qui in concilio Attiniaci anno* 765 *interfuerunt, indiculum scilicet superstitionum et formulam abrenuntiationis (quae dicuntur) duasque allocutiones.* 40 *Indiculum formulamque in additamentis dedi, allocutiones Mansi in conciliorum collectione XII,* 376—378 *typis dedit.* *(B. I,* 149; *P. I,* 18.)

1. **M**odo autem in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias in loco qui dicitur Liftinas[a] [1], omnes venerabiles sacerdotes Dei et comites et praefecti prioris synodus decreta consentientes firmaverunt, se implere velle et observare 45 promiserunt. Et omnis aecclesiastici ordinis clerus, episcopi et presbyteri et diaconi

a) listinas 5.

1) *Liptinae, quod plerumque scribitur, villa regia erat prope monasterium Laubiense (Lobbes) in Hanagavia sita, hodie Lestinnes, ut fortasse unius codicis Veneti lectio „listinas" recta sit.*

cum clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promiserunt se velle ecclesiastica iura moribus et doctrinis et ministerio recuperare. Abbates et monachi receperunt sancti patris Benedicti [regulam][b] ad restaurandam normam regularis vitae. Fornicatores et adulteros clericos, qui sancta loca vel monasteria ante tenentes coinquinaverunt, praecipimus inde tollere et ad poenitentiam redigere. Et si post hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderunt, prioris synodus iudicium[2] sustineant. Similiter et monachi et nonnae.

2. Statuimus quoque cum consilio servorum Dei et populi christiani, propter inminentia bella et persecutiones ceterarum gentium quae in circuitu nostro sunt, ut sub precario et censu aliquam partem ecclesialis pecuniae in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata solidus, id est duodecim denarii, ad ecclesiam vel ad monasterium reddatur[3]; eo modo, ut si moriatur ille cui pecunia commodata[c] fuit, ecclesia cum propria pecunia revestita sit. Et iterum, si necessitas cogat ut princeps iubeat, precarium renovetur[d] et rescribatur novum. Et omnino observetur, ut aecclesia vel monasteria penuriam et paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario praestita sit; sed si paupertas cogat, aecclesiae et domui Dei reddatur integra possessio.

3. Similiter praecipimus, ut iuxta decreta canonum adulteria et incesta[e] matrimonia, quae non sint legitima, prohibeantur et emendentur episcoporum iudicio; et ut mancipia christiana paganis non tradantur[4].

4. Decrevimus quoque, quod et pater meus ante praecipiebat, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur et damnetur quindecim solidis.

b) regulam *sec. manu add.* 4; *deest in rell. codd.* c) commendata 2. d) removetur *prima manu* 2. e) incerta 2—4.

2) *Karlm. capit.* 742. *c.* 6. 3) *Zacharias papa ad Bonifacium (Bonif. ep.* 51. *ed. Jaffé) scribit haec:* De censu vero expetendo, eo quod impetrare a Francis ad reddendum aecclesiis vel monasteriis non potuisti, quam ut in vertente anno ab unoquoque coniugio servorum XII denarii reddantur; et hoc gratias Deo, quia hoc potuisti impetrare. 4) *Gregorius III. papa ad Bonifacium (Bonif. epist.* 28 *ed. Jaffé):* Nam et hoc inter alia discrimen agi in partibus illis dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis sua venundent mancipia. Hoc ut magnopere corrigere debeas, frater, commendemus, nec sinas fieri ultra; scelus enim est et impietas. Eis ergo qui hoc perpetrati sunt, similem homicidae indices paenitentiam.

---

12. PIPPINI PRINCIPIS CAPITULARE SUESSIONENSE.

744. Mart. 2.

Capitulare, ad exemplum, saepe adeo ipsis verbis Karlmanni capitularis ao. 742 *editi a Pippino in Neustria maiore domus constitutum, traditur in tribus saeculi decimi codicibus manuscriptis* 1) *Vatic.* 3827 *fol.* 2v. 2) *Paris.* 9654 *fol.* 7. 3) *Vatic. inter Palatinos* 582 *fol.* 10. *Saeculi XVII. codex Vat. Reg.* 1041 *fol.* 5 *apographum offert ex codice nostro* 1. *Codices* 2. 3 *textum praebent secundum grammaticae regulas correctum, quas correcturas omnes indicare superfluum duxi.* *(B. I,* 155; *P. I,* 30.*)*

In Dei nomine[a] trinitatis. Anno septingentesimo quadragesimo quarto ab incarnatione Christi[b] sub die VI[c]. Nonas Martii et luna XIIII. in anno secundo Childerici regis Francorum, ego Pippinus, dux et princeps Francorum. Dum plures[d] non habetur incognitum, qualiter nos in Dei nomine una cum consensu episcoporum sive sacerdotum vel servorum Dei consilio seu comitibus[e] et obtimatibus[e] Francorum conloqui apud Suessionis civitas synodum vel concilio facere decrevimus: quod ita in Dei nomine et fecimus.

1. In primitus constituimus fide catholica, quam constituerunt CCCXVIII episcopi in Nicaeno concilio, ut denuntiaretur per universa regione nostra, et iudicias canonicas aliorum sanctorum quae constituerunt in synodis suis; quomodo lex Dei et ecclesiastica regula recuperetur, quae in diebus priorum principum dissipata[f] corruit[1].

2. Propterea nos una cum consensu episcoporum sive sacerdotum seu servorum Dei et optimatum meorum[g] consilio decrevimus, ut annis singulis synodo renovare debeamus, ut qualiter populus christianus ad salutem animarum pervenire possit, et ut haeresis amplius in populo non resurgat, sicut invenimus in Adlaberto[h][2] haeresim, quem publiciter una voce condempnaverunt XXIII episcopi: et alii multi sacerdotis cum consensu principis et populi ita condemnaverunt ipsum Adlabertum[i], ut amplius populus[3] per falsus sacerdotes deceptus non pereat.

3. Idcirco constituimus per consilio sacerdotum et optimatum meorum[g] et ordinavimus per civitates legitimos episcopos; idcirco[k] constituemus super eos archiepiscopus[l] Abel[4] et Ardobertum[5], ut ad ipsos[m] vel iudicia eorum de omne necessitate ecclesiastica recurrant tam episcopi quam alius populus. Ut[6] ordo monachorum vel ancillarum Dei secundum regula sancta stabiles permaneant. Et[7] de rebus ecclesiasticis subtraditis[n] monachi vel ancillas Dei consolentur, usque ad[o] illorum necessitati satisfaciant; et quod[p] superaverit, census levetur. Et[8] abbati legitimi ostem non faciant, nisi[q] tantum hominis eorum transmittant. Et[9] omnes clerici fornicationem non faciant[q] et[r][10] abitu laicorum non portent[r] nec[11] apud canis venationes non[s] faciant nec acceptores[t] non[s] portent.

4. Similiter decrevimus, ut laici homines legitimi vivant et diversis fornicationis non faciant et periurias in ecclesia non consentiant et falsi testimoniis non dicant et ecclesiam Dei in omni necessitate conservent. Et[12] unusquisque presbyter qui in parrochia est episcopo obediens et subiectus sit, et semper in coena Domini rationem et ordinem ministerii sui episcopo reddat et crisma et oleo petat. Et quando iure canonico episcopus circumeat parrochia ad confirmandum populum, episcopi[u] sive[u] abbati sive presbyteri parata sint ad suscipiendum episcopo in adiutorium necessitatis.

5. Et statuemus, ut[13] supervenientes episcopus vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerio ecclesiae, nisi prius fuerint probati ab episcopo cuius parrochia est.

a) et *add.* 2. 3. b) domini 2. 3. c) V. 1., *sed* „lunae XIIII". „dies VI. Nonas Martii" (2. *Martii) respondet.* d) pluribus 2. 3. e) comitum et optimatum 2. 3. f) dissipatu 1. g) eorum 1 *et prima manu* 2. h) adlaberto 1. 3; adalberto 2. i) adalbertum 2. k) et idcirco 2. 3. l) apum 2. 3. m) *ita correxi;* ipsius 1. i. vel *om.* 2. 3. n) subtradites 1; subtractis 2. 3. o) ad *om.* 2. 3. p) si quid 2. 3. q) nisi *usque* faciant *om.* 2. r) nec hab. laic. portent 2. 3. s) non *om.* 2. 3. t) accipitres 2. 3. u) episc. sive *om.* 2. 3, *fortasse recte.*

1) *Verba* quomodo lex Dei . . . corruit *desumta sunt e Capitulari* 742. *cap.* 1. 2) *De Adalberto vel Aldeberto, qui alias dicitur, haeretico cfr. Bonif. epist.* 48 *et* 50 *(ed. Jaffé).* 3) *Verba e Karlm. capitul.* 742. *c.* 1. *desumta.* 4) *Remensis.* 5) *Senonensis. De his duobus archiepiscopis cfr. Bonif. epist.* 48 *et* 49. *(Jaffé).* 6) *Cap. Karlm.* 742. *c.* 7. 7) *Capit. Liptinense c.* 2. 8) *Cap. Karlm.* 742. *c.* 2. 9) *Ibidem c.* 6. 10) *Ibidem c.* 7. 11) *Ibidem c.* 2 12) *Ibidem c.* 3. 13) *Ibidem c.* 4.

6. Et omnino decrevimus, ut[14] unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem habeat, ut populus christianus paganus[v] non fiant[v]. Et per omnes civitatis legitimus forus et mensuras faciat secundum habundantia temporis.

7. Similiter constituemus, ut illae cruciculae[15] quas Adlabertus per parrochia plantaverat omnes igne consumantur. 5

8. Similiter diximus, ut[16] neque clericus mulierem habeat in domo sua, qui cum illo habitet, nisi matrem aut sororem vel nepta sua.

9. Similiter constituemus, ut nullus laicus homo Deo sacrata femina ad mulierem non habeat, nec suam parentem; nec marito[w] viventem sua mulier alius non accipiat[w], nec mulier vivente suo viro alium accipiat; quia maritus muliere sua non debet dimittere, excepto causa fornicationis deprehensa. 10

10. Si quis contra hanc decretam, quam XXIII episcopi cum aliis sacerdotibus vel servis Dei, una cum consensu principem Pippino vel obtimatibus Francorum consilio constituerunt, transgredire vel legem irrumpere voluerint vel dispexerint, iudicatus[x] sit ab ipso principe vel episcopis seu comitibus, componat secundum quod in lege scriptum est unusquisque iuxta ordine suo. Et si haec omnia observavimus, quod superius scriptum est, Christi misericordia invenire aptemus[y] in secula seculorum. Amen. 15

Signum inluster vir Pippino, maiorum domus.
Signum Radobodo[z].
Signum Ariberto[a]. 20
Signum Helmigaudo[a].

v) paganismum non faciat 2. 3. w) *ita* 1; nec marito vivente suam mulierem alius non acc. 2. 3; *intellige autem:* nec maritus vivente sua muliere aliam non accipiat. x) iudicandus 2. 3. y) poterimus 2. 3. z) ratbodi 2. 3. a) s. ariberti s. helmigaudi 2. 3.

14) *Ibidem c.* 5. 15) *Bonifac. epist.* 48: Et cruces statuens in campis et oratoriola illic populum seducebat. *Bonif. ep.* 50 *(ed. Jaffé):* Fecit cruciculas et oratoriola in campis et ad fontes vel ubicumque sibi visum fuit, et iussit ibi publicas orationes celebrare. 16) *Cap. Karlm.* 742. *c.* 7. 25

III.
PIPPINI CAPITULARIA.

---

13. PIPPINI REGIS CAPITULARE.
754—755.

5 *Capitularis editio parata est ope codicis*: 1) *Vatican.* 3827 *fol.* 3. 2) *Parisiensis* 9654 *fol.* 8. 3) *Vatican. inter Palatin.* 582 *fol.* 11. 4) *Vatic. inter Palat.* 574 *fol.* 147v. *Capita* 1. 2. 3 *subiunguntur Compendiensi capitulari in cod.* 5) *Monac.* 3853 *fol.* 259. 6) *Paris.* 9654 *fol.* 3v. 7) *Vatic. inter Palatin.* 582 *fol.* 7.; *Vernensis concilii canonibus similiter subnexa leguntur cap.* 4—7 *in cod.* 8) *Paris.* 9654 *fol.* 6v. 9) *Vat.* 10 *inter Palatin.* 582 *fol.* 9v, *ut in his duobus codicibus capita nostra septem binis vicibus hodie inveniantur. Codex quoque recentior Vaticanus inter Christinae reginae numero* 1041 *numeratus fol.* 6. *capitulare nostrum offert.*

In codicibus 1—3 *capitulare nostrum sequitur Suessionensem Pippini constitutionem inscriptum verbis:* Incipiunt capitula de alia sinodo sub ipso domno rege Pippino facto. 15 *Cum Vernensis concilii mense Julio anno* 755 *habiti capite* 22 *quartum nostrum allegetur, vix dubitari potest, quin paullo ante Vernense concilium vel anno* 754 *vel initio anni* 755 *capitulare nostrum editum sit.* (*B. I,* 177; *P. I,* 30).

Capitulo primo. De incestis. Si homo incestum commiserit de[a] istis causis, de Deo sacrata, aut[a] commatre[b] sua, aut cum matrina sua[c] spiritali[d] de fonte et confir- 20 matione episcopi[e], aut cum matre et filia, aut cum duabus sororibus, aut cum fratris filia aut sororis filia, aut nepta, aut cum consobrina atque subrina, aut cum amita vel matertera: de istis[f] capitulis[f] pecuniam suam perdat, si habet; et si emendare se noluerit, nullus eum recipiat nec cibum ei donet. Et si fecerit, LX[g] solidos domno regi componat, usque dum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet, si liber 25 est, mittatur in carcere usque ad satisfactionem. Si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis; et si dominus suus permiserit eum amplius in tale scelus cadere, ipsos[h] LX[g] solidos domno rege componat.

2. De ecclesiasticis vero, si bona persona fuerit, perdat honorem suum; minores vero vapulentur aut in carcerem recludantur[i].

30 3. De presbyteris et clericis sic ordinamus, ut archidiaconus episcopi eos ad synodum commoneat una cum comite. Et si quis contempserit, comes eum distringere faciat, ut ipse presbyter aut defensor suus LX[g] solidos componat, et ad synodum eat[k]. Et episcopus ipsum presbyterum aut clericum iuxta canonicam auctoritatem deiudicare

a) de istis causis de deo sacr. aut *om.* 5—7. b) *sic* 1. 2. 4; cum matre 3; de matre 5—7 35 c) sua *om.* 2. 3. d) spirit. *om.* 5—7; aut c. m. s. sp. *om.* 1. e) sua 5—7; *deest* 4. f) his criminibus 2. g) *sic* 1. 4; XL *rell.* h) *deest* 2. 3. i) mittantur 4—7. k) veniat 4—7.

faciat. Solidi[l] vero[h] LX[g] de ipsa causa in sacello regis veniant[l]. Et si aliquis per violentiam presbyterum aut clericum aut incestuosum contradixerit, tunc comes ipsam personam per fideiussores positam[m] ante regem faciat una cum misso episcopi venire; et domnus rex distringat, ut ceteri emendentur.

4. De theloneis[n] vero sic ordinamus, ut nullus de victualia et carralia[o], quod absque negotio est, theloneum praehendat; de saumis similiter, ubicumque vadunt. Et de[p] peregrinos similiter constituimus qui propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt, ut ipsos per nullam occasionem ad pontes[q] vel ad exclusas[r 1] aut navigio non deteneatis, nec propter scrippa[s 2] sua ullo peregrino calumpniam faciatis, nec ullum theloneum eis tollatis. Et si aliquis hoc fecerit, qualiscumque homo hoc comprobaverit, de LX[t] solidis triginta illi concedimus, et illi alii in sacello regis veniant.

5. De moneta constituimus[u], ut amplius non habeat in libra pensante nisi XXII solidos, et de ipsis XXII solidis monetarius accipiat solidum I, et illos alios domino cuius sunt reddat.

6. Ut emunitates conservatae sint.

7. De[3] iusticia facienda. Ut omnes iusticiam faciant, tam publici quam ecclesiastici. Et si aliquis homo ad palacium venerit pro causa sua, et antea ad illum comitem non innotuerit in mallo ante racemburgiis[v], aut de[w] causa sua ante comite in mallo fuit ante racemburgiis, et hoc sustinere noluerit quod ipsi ei legitime iudicaverint: si pro ipsis causis ad palacium venerit, vapuletur; et si maior persona fuerit, in regis arbitrium erit. Et si reclamaverit quod legem ei non iudicassent, tunc licenciam habeat ad palacium venire pro ipsa causa. Et si ipsos convincere potuerit quod legem ei non iudicassent, secundum legem contra ipsum emendare faciat. Et si comes vel racemburgii eum convincere potuerint quod legem ei iudicassent, et ipse hoc recipere noluerit, hoc contra ipsos emendare faciat. Similiter[x] de ecclesiasticis, si ad palatium venerint de eorum causa sibi reclamare super[y] eorum seniore[z], vapulentur, nisi senior suus[a] pro sua causa transmiserit.

l) Solidos vero XL componat 5—7. m) positum 1. 5; posito 4. n) *sic* 2. 3; teleneis 1; telloneos 4; toloneis 6. 7; *similiter postea in hoc capite.* o) *sic* 6; carnalia 1. 3. 4; carris 2. 7. p) de *om.* 2. 3. q) portus 2. r) sclusis 4. s) *sic* 1; schirpa 2. 3; scirpa 6. 7; stirpe 4. t) XL 3. u) const. similiter 2. 7; similiter const. 5. v) *sic* 1. 7; rachemburgiis 2. 3; racinburgis 4; *similiter infra.* w) de 2. 3. x) *Novi capituli initium* 1. 2. y) nisi super 1. 4. z) si veniunt *add.* 6. 7. a) eos *add.* 6. 7.

1) *Ecluse francogallice; Schleuse germanice; cfr. L. Franc. Chamav.* 35. *Ed. Rothari* 150. 2) *Scirpa = mobilia.* 3) *cfr. Leg. Langob. Rachis notitia (ao.* 745*) c.* 2. *L. Sal. tit.* 57.

---

14. CONCILIUM VERNENSE.

755. Jul. 11.

Extant capitula in codicibus 1) *Monacensi* 6243 *fol.* 229. 2) *Vaticano inter Palatinos* 577 *fol.* 71 *usque ad finem codicis.* 3) *Vaticano* 3827 *fol.* 1. 4) *Parisiensi* 9654 *fol.* 4—6[v]. 5) *Vatic. inter Palatinos* 582 *fol.* 7[v]. 6) *Vatic. inter codd. reginae Christinae* 1041, *recentiori apographo, fol* 1. *Capita* 7. 9. *leguntur quoque in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses III,* 3., *in Parisiensi* 3838 *capita* 8. 9, *in codice Bernensi* 89 *cap.* 9.

Absunt a codice nostro 2 capita 13—25, *qua re ductus Pertzius Vernensia capita pro capitulare duplici recensuit et capita* 13—25 *pro* Petitione episcoporum *(Leges I.* 578 *inter emendanda) habuit. Sed codices quinque alii omnes, praesertim Monacensis et antiquitate et textus sinceritate ante ceteros excellens, capita* 1—25 *una serie continuo numerata praebent, neque in ullo codice inscriptione* Petitio episcoporum *aliave nota caput* 13 *ab antecedentibus distinguitur, ut in Palatino codice* 577 *eam tantum ob causam capita* 13 *et sequentia deesse videantur, quia codex in his capitulis collectioni Dionysianae subnexis omnino desinit.*

Constituta sunt haec capitula a Galliarum episcopis in concilio celebrato ad Vernis vel Verno palatium in Sequanae inferioris ripa positum die XI. (non XIV, ut apud Pertzium) mensis Iulii anno 755. *Pippinum regem hoc concilium non solum convocasse, sed ipsi quoque interfuisse et deliberationis partem habuisse tam e praefatione, quam e capitibus* 6. 20—22 *intellegi licet, ut tam Lullus episcopus in epistola quadam (Jaffé, epist. Bonifacii* 114*) caput nostrum octavum allegans* Pippini regis auctoritate confirmata *haec capita dicere, quam Karolus Magnus in admonitionis anno* 789 *edictae c.* 81 *capitis nostri* 14 *mentionem faciens* genitoris mei synodalia edicta *haec ipsa capitula nominare non immerito posset. Canones antiqui in hoc concilio secundum collectionem Quesnellianam dictam (Append. ad Leonis M. opera tom. III. ed. Ballerinii) allegata videntur.*

(B. I, 167; *P. I,* 24.*)*

Incipit synodus Verno palatio facta[a].

Sufficerant quidem priscorum patrum regulae, sanctae aecclesiae catholicae rectissimae normae ad mortalium correctionem prolatae, si earum sanctissima iura perseverassent inlesa. Sed quia emergentibus causis quibusdam non congruis temporaque inquieta supervenientes contigit, nonnulla ex hac re neglegentia faciente fuisse intermissa, ideoque gloriosissimus atque relegiosus inluster vir, Francorum rex Pippinus, universos paene Galliarum episcopos adgregari fecit ad concilium Vernus[b] palatio publico, recuperare aliquantisper cupiens instituta canonica. Et quia facultas modo non suppetit ad integrum, tamen aliqua ex parte vult esse correctum quod aecclesiae Dei valde cognoscit esse contrarium. Et si tempora serena spatiaque tranquilla divinitus[c] fuerint ei conlata, cupit ad plenum secundum sanctorum canones, plenius opitulante divina gratia, melius, perfectius integreque inantea conservare. Et cum ita factum fuerit, cessent haec quae necessitate cogente ex* sacris canonibus remissius sunt excerpta, maneant[d] praefata iura canonica firmissima integra atque intemerata. Tamen[e] interim quod melius possumus, haec inconvulsa atque inviolata esse cupimus. Ipsarum enim rerum, quae pro nostra emendatione commune sunt prolata, per distincta capitula subter tenuntur inserta. Dat.[f] V.[g] Idus Iulii, anno quarto regnante[h] domno nostro Pippino gloriosissimo rege[h].

Cap. 1. Ut episcopi debeant esse per singulas civitates.

2. Episcopos quos in[i] vicem metropolitanorum constituimus, ut ceteri episcopi ipsis in omnibus oboediant secundum canonicam institutionem[k], interim quod secundum canonicam constitutionem hoc plenius emendamus.

3. Ut unusquisque episcoporum potestatem habeat in sua parrochia, tam de clero quam de regularibus vel secularibus, ad corregendum et emendandum secundum ordinem canonicam[l] spiritale[l], ut sic vivant qualiter Deo placere possint.

a) *ita* 3; Incipit concilium quod factum fuit ad palatium uernis 4. 5. In nomine Dei summi 1; *inscriptio deest* 2. b) uerno 3; uernis 4. 5. c) diutius 1. d) maneantque 4. 5. e) et 4. 5. f) Subscriptionem *om.* 4. 5. g) II. 2. h) regn suprascript. glorios. pippino rege 3. i) modo in 5; *fortasse* modo *legendum, sicut infra cap.* 4. k) *deest* 1. l) canonicum spiritalem 3—5.

4. Ut bis in anno sinodus fiat. Prima sinodus mense primo, quod est Martias Kalendas, ubi[m] domnus rex iusserit, eius praesentia. Secunda sinodus Kalendas Octubris, aut[m] ad Suessionis vel aliubi[m] ubi ad Martias Kalendas inter ipsos episcopos convenit; et illi episcopi ibidem conveniant, quos modo vicem metropolitanorum constituimus, et alii[n] episcopi vel abbates seu presbiteri, quos ipsi metropolitani aput se venire iusserint, ibidem in ipsa secunda sinodo convenire faciant.

5. Ut monasteria, tam virorum quam puellarum, secundum ordinem regulariter vivant; et[o] si hoc facere contempserint[o], episcopus in cuius parrochia esse videntur hoc emendare debeat[p]. Quod si non potuerit[q], hoc[q] quem metropolitanum constituimus innotescat[r], et ipse hoc emendare faciat. Quod si hoc nec[s] ipse[s] emendare potuerit, ad sinodum publicum[1] exinde veniant, et ibidem canonicam sententiam accipiat. Et si publicum sinodum contempserit, aut honorem suum perdat aut excommunicetur ab omnibus episcopis, et talis in eius locum in ipso sinodo constituatur per verbum et voluntatem domno rege vel consensu servorum Dei, qui secundum ordinem sanctam ipsam gregem regat.

6. Constituimus ut nulla abbatissa dua monasteria non praesumat habere, nec extra monasterium licentiam[t] exire, nisi hostilitate cogente. Sed[u] domnus rex dicit, quod vellit, ut, quando aliquas de ipsa abbatissas[u] ipse domnus rex ad se iusserit venire, semel in anno et per consenso episcopi in cuius parrochia est, ut tunc ad eum aliquas veniant, et[v] sua iussione, si necessitas fuerit, et aliubi omnino non debeat nec per villas nec per alia loca demorare, nisi tantum cum[w] celerius potuerit ad ambulandum et ad revertendum[w]. Et antea non moveat de suo monasterio, antequam suum missum ad domnum regem transmittat. Et si iusserit rex venire, veniat. Sin autem, in monasterio permaneat, interim[x][2] quod hoc plenius secundum canones emendamus. Similiter nec illas monachas[x] extra monasterium exire non debeant. Quod si aliqua in aliquo lapsu ceciderit, infra monasterio per consilium episcopi penitentiam agat. Et si necesse est de eorum necessitate ad domnum regem vel ad sinodum aliquid suggerere, eorum propositi vel missi hoc debeant facere; et quale munera ad palatium dare voluerint, per missos suos hoc dirigant. Et si aliqua monasteria sunt qui eorum ordinem propter paupertatem adimplere non potuerint, hoc ille episcopus de veritate praevideat, et hoc domno rege innotescat, ut in sua elimosina hoc emendare faciat. Et si tales foeminae velatae ad praesens ibidem congregatae inveniuntur qui regulariter vivere non vellent, nec ad hoc dignae sunt ut cum illas alias habitent, episcopus vel abbatissa praevideant locum aptum, ubi separatim cum custodia in pulsaturio[3] habitare debeant, vel operare manibus quod ipsa abbatissa eius iusserit, interim quod probatas, si dignae sunt, in congregatione recipiantur.

7. Ut publicum baptisterium in ulla[y] parrochia esse non debeat, nisi ibi ubi episcopus constituerit cuius parrochia est; nisi tantum si necessitas evenerit pro infirmitate aut pro[z] necessitate, illi presbyteri, quos episcopus in ipsa parrochia constituerit, in qualecumque loco evenerit, licentiam habeant baptizandi, ut omnino sine baptismo non moriantur.

8. De presbyteris. Ut omnes presbyteri qui in parrochia sunt sub potestate episcopi esse debeant de eorum ordine, et ut nullus presbiter non praesumat in illa

m) aut ad S. vel aliubi *om.* 4. 5. n) illi alii 4. 5. o) et ... cont. *om.* 4. 5. p) faciat 1. q) potuerit hoc emendare, illi 4. 5. r) hoc innot. 4. 5. s) non per se 4. 5. t) habeat *add.* 4. 5. u) Sed domnus rex quod vult quando aliquam de ipsis abbatissis 4. 5. v) ex 3. 4. w) quam cel. pot. ambulare et reverti 4. 5. x) interim quod inantea plenius secundum canonicam institutionem emendaverit; nec illae monachae 4. 5. y) illa 1. 2. z) aliqua *add.* 4. 5.

1) *Synodum scilicet Kalendis Martiis habendam; cfr. cap.* 4. 2) *Cfr. supra cap.* 2. 3) *Cfr. admon. gen.* 789. *c.* 72

parrochia nec baptizare, nec missas celebrare sine iussione episcopi in cuius parrochia est. Et[a] omnes presbyteri ad concilium episcopi conveniant[a]. Et si hoc quod superius conpraehensum est facere contempserint, secundum canonicam institutionem iudicentur, tam ipsi quam defensores eorum.

9. De modis excommunicationis, tam de clericis quam de laicis. Si quis presbyter ab episcopo suo degradatus fuerit, et ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine comeato facere praesumpserit, et postea ab episcopo correptus et excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum. Similiter quicumque clericus vel laicus aut femina incestum commiserit et ab episcopo suo correptus se emendare noluerit et ab ipso excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicat similiter excommunicetur. Et ut sciatis, qualis sit modus istius excommunicationis: in ecclesia non debet intrare, nec cum nullo christiano cybum vel potum sumere; nec eius[b] munera accipere debet, vel osculum porregere, nec in oratione[c] iungere[c], nec salutare, antequam ab episcopo suo sit reconciliatus. Quod si aliquis se reclamaverit, quod iniuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum episcopum venire, et ibidem secundum canonicam institutionem deiudicetur; et interim suam excommunicationem custodiat[d]. Quod si aliquis ista omnia contempserit, et episcopus hoc minime emendare potuerit, regis iudicio exilio condamnetur.

10. Ut monachi, qui veraciter regulariter vivunt, ad Romam vel aliubi vagandi non permittantur, nisi oboedientiam abbatis sui exerceant. Et si talis causa evenerit, quod absit, quod ille abbas sic remissus vel neglegens inveniatur aut in manus laicorum ipsum monasterium veniat, et hoc episcopus emendare non potuerit, et aliqui tales monachi ibidem fuerint qui propter Deum de ipso monasterio in alterum[e] migrare vellent propter eorum animas salvandas, hoc per consensum episcopi sui licentiam habeant, qualiter eorum animas possint salvare.

11. De illis hominibus, qui se dicunt propter Deum quod se tonsorassent, et modo res eorum vel pecunias habent et nec sub manu episcopi sunt nec in monasterium regulariter vivunt, placuit ut in monasterio sint sub ordine regulari aut sub manu episcopi sub ordine canonica; et si aliter fecerint, et correpti ab episcopo suo se emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis Dei velatis eadem forma servetur.

12. In canone Calcidonense capitulo XX. De non suscipiendis alterius aecclesiae clericos et de susceptoribus eorum absque litteris commendatitiis. „Clericos[4] in ecclesia militantes, sicut iam constitutum est, non licere in alterius civitatis ecclesia vel in potestate laicorum militari, sed ibidem permanere in qua principium ministrare meruit; extra eos qui, amissa patria, ad aliam ecclesiam pro necessitate venerunt. Qui vero episcoporum aut laicorum post hoc constitutum[f] alterius ecclesiae clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi et eum qui suscepit et qui susceptus est, quousque clericum, qui translatus est, fecerit ad suam reverti ecclesiam[g]“.

13. De episcopis vagantibus[h] qui parrochias non habent, nec scimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit iuxta instituta sanctorum patrum[5], ut in alterius

a) et omnis presbyter ad conc. ep. sui conveniat 4. 5. b) *deest* 1. c) orationem coniungere 1; oratione se iungere 4. 5. d) De his qui excommunicationem parvi pendunt *inserunt* 4. 5. e) monasterium *add.* 3. 5. f) const. *om.* 2. g) *In hoc capite omnino desinit codex* 2, *verbis* Deo gratias. Finit *librariorum more additis; in codd.* 1. 3—6 *capita* 13 *et sequentia his ipsis numeris numerata continuo nullaque inscriptione inserta subnexo sunt.* h) *ita* 1; vacantibus 3—5.

4) *Chalcedonensis canon paullulum hoc loco mutatus apparet. Addita sunt in Vernensi concilio verba:* „vel in potestate laicorum“, „aut laicorum“ *et* „nisi ad excusandum rationabiliter“. *Suprema Chalcedonensis canonis verba leguntur:* quousque clericus qui transitum fecit ad suam redeat ecclesiam. 5) *Cfr. Conc. Antiocen can.* 16.

parrochia ministrare nec ullam ordinationem facere non debeant sine iussione episcopi cuius parrochia est. Et si hoc facere praesumpserit, ab officio suspendatur interim quod ad sinodum exinde venerit, et ibidem secundum canonicam institutionem accipiat sententiam; nisi tantum pro itineris causa. Et si ullus clericus aut laicus talem episcopum aut[i] presbyterum defensaverit[i] sine comeato episcopi cuius parrochia est, excommunicetur usque ad emendationem.

14. De[k] die dominico. „Quia[6] persuasum[l] est populis[m] de die dominico, agi cum caballis aut bubus et vehiculis itenera non debere, neque ullam rem ad victum preparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertenentem ullatenus exercere, quae res ad iudaicam magis quam ad christianam observationem pertinere probatur, id[n] statuimus[n], ut die dominico quod ante fieri licuit liceat. De opere tamen rurale, arata aut vinea, sectionem, excussionem, exartum, vel sepe censuimus abstinenda, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratia vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus suprascriptis quae interdicta sunt exercere, qualiter emendare debeat, non in laicorum districtionem sed in sacerdotibus castigationem consistat[o]".

15. Ut omnes homines laici publicas nuptias faciant, tam nobiles quam innobiles.

16. Ex[7] sinodo[p] Calcidonense cap. III. Ut clerici conductores[8] non sint, hoc est, ut non habeant actiones seculares, nisi tantum[q] pro causas ecclesiarum, orfanorum vel viduarum, ordinante episcopo suo[r].

17. Ex sinodo[s] Calcidonense cap. XXV. Ut post mortem episcopi non liceat episcopatum esse sine pastore super menses tres; nisi tales necessitas grandis evenerit, ut nullo[t] modo aliter fieri non possit[t]. Praecipuae proximum sinodum, cum evenerit, episcopus ordinetur.

18[u]. Ut nullus clericus ad iudicia laicorum publica non conveniat nisi per iussionem episcopi sui vel abbatis, iuxta canones Cartaginensis, capitulo IX.[v] ut ibi scriptum est: „Qui[9] relicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis se purgare voluerit, etiamsi pro illo fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Hoc in criminale iudicio. In civili vero perdat quod evicit, si locum suum obtenere voluerit. Cui enim ad elegendos iudices undique ecclesiae patet auctoritas, ipse[w] se indignum fraterno consortio iudicat qui, de universa ecclesia male sentendio, seculare de iudicio poscit auxilium, cum privatorum christianorum causas apostolus ad ecclesiam deferri atque ibidem terminare praecipiat". Et maxime, ne[x] in talibus causis inquietudine domno rege faciant[y].

19. De emunitates. Ut omnes emunitates per universas ecclesias conservata sint.

20. In illo[z] alio sinodo[10] nobis perdonastis, ut illa monasteria, ubi regulariter monachi vel monachas vixerunt, ut hoc quod eis de illas res demittebatis unde vivere potuissent, ut exinde, si regales[a] erant[a], ad domnum regem fecissent rationes abba vel abbatissa; et si episcopales, ad illum episcopum. Similiter et[b] de illos vicos[b].

i) *ita* 1; def. vel presb. 3; aut presb. *om.* 4. 5, *fortasse recte.* k) *In codd.* 4. 5. *capite* 14. *hoc loco omisso verba tantum leguntur:* De die dominico requiratur in illo synodo. *Subnectitur scilicet in ipsis codicibus hoc caput cum aliis tribus decreto Compendiensi quod in codd.* 4. 5. *haec Vernensia capitula continuo subsequuntur.* l) suasum 1. m) *deest* 1. n) instituimus 1. o) insistat 1. p) canone 3. q) *deest* 3—5. r) vel abbate *add.* 4. 5. s) canone 3—5. t) hoc nullo modo fieri possit (non possit 3) 3—5. u) *In cod.* 1. *cap.* 18. *post cap.* 19. *legitur.* v) VIII 3. w) quia 1. 4. 5. x) ne *om.* 1. y) faciunt 1. z) illo *solus* 1. *habet; deest* 3—5. a) regularis erat 4. 5. b) *ita* 3; et de illis vicis 4. 5; et illos vicos. iste est 1.

6) *Caput ad verbum desumtum e concil. Aurelianensi tertio (anno* 538.*) can.* 28. *(Mansi IX,* 9.*)*
7) *Capp.* 16. 17. *non quod ad verba sed quod ad argumentum cum Chalcedonensi synodo consentiunt.*
8) Possessionum conductores *legitur in canone Chalcedonensi.* 9) *Chartaginensis concilii canon* 9 *secundum collectionem Quesnellianam dictam.* 10) *Huius synodi canones hodie non exstant.*

21. Ut illos presbyteros[z] qui ad illum episcopatum[a] obtingunt, ut illi episcopi ipsos debeant habere, sicut[b] in illo[c] alio sinodo dixistis[d].

22. De peregrinis qui propter Deum vadunt, ut eis tolloneos non tollant; et de[e] illos alios tolloneos quod[f] vos antea[11] perdonastis[f], ut sic fiat[g], ut[h], ubi legitime[i] non 5 debent esse, donati non sint[i].

23. Ut comites vel iudices ad eorum placita primitus orfanorum vel viduarum seu ecclesiarum causas audiant et definiant in aelimosina domno rege, et postea alias causas per iustitia rationabiliter[k] iudicent.

24. Ut per pecunias nullus ad ecclesiasticum honorem nec ad gradum accedere 10 non debeat, quia haeresis[k] simoniaca esse videtur.

25. Ut[l] nullus episcopus nec abbas nec laicus[l] pro iustitias faciendum sportolas[m] contra[n] drectum[n][12] non accipiat; quia, ubi ipsa[o] dona currunt[p], iustitia evacuatur[q].

z) presbyteratus 3. a) legibus *add.* 3. b) antea *add.* 3—5. c) *deest* 3—5. d) perdonavit domnus rex 4. 5. e) inde 1. f) *ita* 1; sicut vos perd. 3; quod (quos 4.) domnus rex antea 15 perdonavit 4. 5. g) ita fiat 3. h) et 4. 5. i) *ita* 1. 4. 5; legitimo donati non fuerint, transeant 3. k) *deest* 1. l) Ut nullus comis neque nullus laicorum nec clericorum 1. m) sportalum 4. 5. sportolo 3. n) *ita* 1; contradictum *vel* contradicto 3—5. o) *deest* 1. p) intercurrunt 3. q) Fin. *add.* 1.

11) *Supra in Capitulari* 13, *c.* 4. 12) *Drictum, droit.*

20

15. DECRETUM COMPENDIENSE.

757.

Traditur hoc synodale decretum inter Pippini capitularia in tribus saeculi decimi codicibus 1) *Paris.* 9654 *fol.* 2. 2) *Vaticano inter Palatinos* 582 *fol.* 6. 3) *Monacensi* 3853 *olim Augustano fol.* 257. *In his codicibus omnibus decreto quasi pars eius 25 subiunguntur capitula tria priora Pippini capitularis supra pag.* 31 *editi ab hoc tamen decreto ecclesiastico haud dubie aliena.*

Anno 757, *mense Maio ut videtur, Pippinus rex et generale populi placitum et episcoporum synodum (nomina episcoporum traduntur in documento quodam Gortziensi in Mansi conciliorum collectione XII,* 656 *edito) Compendii (Compiègne) habuit. In ipso 30 conventu hoc synodale decretum editum fuisse iam Sirmondus recte coniecit. Quae coniectura eo admodum munitur, quod Georgius Ostiensis episcopus et Iohannes pontificis Romani sacellarius (fisci custos,* Seckelmeister*), capitibus his* 14. 16. 20. *huic decreto consentientes memorati, a Stephano tertio Roma legati ad Pippinum regem exeunte anno* 756 *missi esse apparent. (Mansi XII,* 549. *Cod. Carol. epist.* 11 *in Jaffaei bibliothecae tomo 35 IV. pag.* 66.*) Benedictus, Regino, Burchardus, Ivo hoc decretum excerpserunt, alia mutaverunt, alia etiam immerito ipsi adscripserunt. (Cfr. Mansi XII,* 657.*)*

(B. I, 181; *P. I,* 27.*)*

Incipit decretum quod factum fuit ad Compendium palatium publicum.

1[a]. Si in quarta progenie reperti fuerint coniuncti, non separamus.

40 2. In tercia vero si reperti fuerint, separentur.

a) *capita tria priora coniunguntur in cod.* 3.

3. Et eos, qui unus in quarta alius in tercia sibi pertinent et coniuncti inveniuntur, separamus.

4. Si duo in tercio loco sibi pertinent, sive vir sive femina, aut unus in tercio et alter in quarto, uno mortuo, non licet alterum accipere uxorem eius; et si inventi fuerint, separentur. Una lex est de viris et feminis. 5

5. Mulier si sine commeatu viri sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat eam iterum ad coniugium.

6. Et si quis Francam[b] filiastram suam contra voluntatem ipsius et matris et parentum dederit viro ingenuo aut servo vel ecclesiastico, et illa noluerit habere ipsum et reliquerit eum, potestatem habent parentes ipsius dare ei alium maritum. Et[c] si ipsa 10 alium habet, quem postea accepit, non separentur[c].

7. Si Francus homo acceperit mulierem et sperat quod ingenua sit, et postea invenit quod non est ingenua, dimittat eam, si vult, et accipiat aliam. Similiter et femina ingenua.

8. Si femina ingenua accepit servum et sciebat tunc quod servus erat, habeat 15 interim quo vivit. Una lex est de viris et feminis.

9. Homo Francus accepit beneficium de seniore suo, et duxit secum suum vassallum, et postea fuit ibi mortuus ipse senior[1] et dimisit ibi ipsum vassallum; et post hoc accepit alius homo ipsum beneficium, et[d] pro hoc ut[d] melius potuisset habere illum vassallum, dedit ei mulierem de ipso beneficio, et habuit ipsam aliquo tempore; et, dimissa 20 ipsa, reversus est ad parentes senioris sui mortui, et accepit ibi uxorem, et modo habet eam. Definitum est, quod[e] illam quam postea accepit, ipsam[f] habeat.

10. Si quis, uxore accepta, invenit eam apud fratrem suum contaminatam, ipsam dimittens accepit aliam, ipsamque contaminatam invenit, uxor illius legittima est, propterea quia nec ipse virgo fuit illo tempore. Quod si tertiam postea acceperit, revertat 25 ad medianam; et ipsa posterior potestatem habeat alio viro se[g] coniungere[g].

11. Si quis homo habet mulierem legittimam, et frater eius adulteravit cum ea, ille frater vel illa femina qui adulterium perpetraverunt, interim quo vivunt, numquam habeant coniugium. Ille cuius uxor fuit, si vult, potestatem habet accipere aliam.

12. Si quis baptizatus est a presbytero non baptizato, et sancta trinitas in ipso 30 baptismo invocata fuerit, baptizatus est, sicut Sergius papa dixit[2]. Impositione tamen manuum episcopi indiget.

13. Si pater sponsam filii sui oppresserit, et postea filius ipsam acceperit, pater eius postea non habeat uxorem, et ipsa femina non habeat virum, quia non dixit quod pater eius cum ipsa mansisset; filius vero eius qui nesciens fecit accipiat mulierem 35 legittimam.

14. In qualicumque modo mulier velum sanctum acceperit sponte, in eo permaneat nec dimittat. Consenserunt Georgius[h] episcopus[i] Romanus, Iohannes sacellarius.

15. Si quis filiastram aut filiastrum ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua et alteram non accipiat. Similiter et femina alterum non 40 accipiat.

16. Si quis vir dimiserit uxorem suam et dederit comiatum pro religionis causa infra monasterium Deo servire aut foras monasterium dederit licentiam velare, sicut diximus propter Deum, vir illius accipiat mulierem legittimam. Similiter et mulier faciat. Georgius[k] consensit. 45

b) Francus 3. c) Et si i. alium non habet q. p. a. ab eo non separetur 3. d) et hoc quod 3. e) ut 3. f) *deest* 3. g) iungendum se 3. h) iorius 1. 2; iorgius 3. i) *deest* 3. k) iorius 1. 2; iorgius romanus iohannes sacellus consenserunt 3.

1) *Homo Francus.* 2) *Sergii papae (a.* 687—701*) dictum hodie non exstat.*

17. Si quis cum matre et filia in adulterio mansit, nesciente matre quod cum filia sua mansisset, similiter et filia nescivit quod cum matre sua mansisset, postea ille vir, si acceperit, mulierem dimittat, usque in diem mortis suae non habeat uxorem, et illa mulier quam reliquerit accipiat virum; et illa mater et filia cum quibus in adul-
5 terio mansit, ambabus nescientibus quod cum matre et filia mansisset, habeant viros. Nam si in notitiam illarum venerit hoc scelus, dimittant maritos et agant poenitentiam, et illorum mariti posteriores accipiant mulieres.

18[1]. Similiter et de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit et alteram in publico accepit, non habeat mulierem usque in diem mortis. Et illae duae sorores,
10 si nescierunt, habeant maritos; et si in notitiam eis venit, superiorem formam servent.

19. Si quis leprosus mulierem habeat sanam, si vult ei donare comiatum ut accipiat virum, ipsa femina, si vult, accipiat. Similiter et vir.

20. Si quis vir accepit mulierem et habuit ipsam aliquo tempore, et ipsa femina dicit quod non mansisset cum ea, et ille vir dicit quod sic fecit, in veritate viri consi-
15 stat, quia caput est mulieris[3]. De muliere, quae dicit quod vir suus ei commercium maritale non reddidit, Georgius consensit.

21. Si qui propter faidam fugiunt in alias patrias et dimittunt uxores suas, nec illi viri nec illae feminae accipiant coniugium.

1) *In codd.* 2. 3. *iunctum cap. cum anteriori.*

20 3) *Epist. prima ad Corinth.* 11, 3. *Epist. ad Ephes.* 5, 23.

---

16. DECRETUM VERMERIENSE.

758—768?

Editio parata est ope codicum 1) *Paris.* 9654, *fol.* 1. 2) *Vatican. inter Palatinos* 582, *fol.* 5. 3) *Monac.* 3853, *fol.* 254. *In codice Monacensi desunt capita* 14—16
25 *(non etiam caput* 17, *ut Pertzius refert), quae a reliquis huius decreti capitibus etiam quod ad argumentum ipsorum pertinet aliena apparent, ut fortasse ab hoc decreto recte segreganda sint. Alia capita, quae Regino in libro suo de disciplinis ecclesiasticis huic Vermeriensi decreto adscripsit, vere vel Compendiensis decreti partem efficiunt vel ad Karoli Magni quoddam capitulare* (803—813) *vel ad Moguntinum concilium ao.* 847
30 *celebratum (Mansi XIV,* 911. *c.* 28*) pertinent.*

Regino huius decreti capita fere omnia in dicto suo libro excerpsit iisque verba „Ex concilio quod factum fuit ad Vermeriam temporibus Pippini regis“ vel similia praefixit, quae consentiunt cum inscriptione iam primo e Vaticano codice edita. Qua re ductus Sirmondus hoc decretum anno 752, *Boehmerus autem (Regesta Karolorum* 5*)*
35 *anno potius* 753 *adscripsit, quum mense Martio et Maio eius anni Pippinus Vermeriae (in villa regia prope Compendium sita) commoratus fuerit. Quod argumentum parum firmum mihi videtur, quum non solum Pippinus posterioribus etiam annis in ipsa villa versatus sit, sed etiam plane in incerto relinquendum sit, utrum Pippinus huius decreti deliberationi interfuerit necne; nam ab episcopis potius quam a rege decretum editum*
40 *apparet, etiamsi concilium quoque Vermeriense Pippini auctoritate fuisse habitum omnino credendum est. Quare pro certo dicere non auserim, quonam Pippini regni anno hoc decretum datum sit; tamen verisimile mihi videtur, idem Vernensi et Compendiensi*

conciliis esse posterius, quum praesertim capita nostra 1. 4. 6. 9. 12 *ad exemplum Compendiensis decreti* 1 *et* 2, 5 *et* 14, 7 *et* 8, 9 *et* 21, 18 *concepta videantur, ut quae in his minus distincte constituuntur in Vermeriensibus magis concinne et melius ordinata videantur. Fortasse igitur hoc decretum intra annos* 758 *et* 768 *ortum cum quadam veri similitudine dici potest.* *(B. I,* 161*; P. I,* 22*).* 5

In[a] nomine domini incipit decretum quod factum fuit ad Vermeriam palatium temporibus domni Pippini regis.

In tertio genuclum separantur, et post penitentiam actam, si ita voluerint, licentiam habent aliis se coniungere. In[b] quarta autem coniunctione si inventi fuerint, eos non separamus, sed poenitentiam eis iudicamus. Attamen si factum non fuerit, nullam 10 facultatem coniungendi in quarta generatione damus[c].

2. Si aliquis cum filiastra sua manet, nec matrem nec filiam ipsius potest habere[1], nec ille nec illa aliis se poterunt coniungere ullo unquam tempore. Attamen uxor eius, si ita voluerit, si se continere non potest, si postea quam cognovit quod cum filia sua vir eius fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habet, nisi voluntate[d] se 15 abstinet, potest alio nubere.

3. Si[e] quis presbiter neptam suam uxorem habuerit[e], ipsam dimittat et gradum perdat. Si alius eam acceperit, et ipsam a se reiciat; si se continere non potest, aliam accipiat: quia reprehensibile est, ut relictam sacerdotis alius homo habeat.

4. Ut, quolibet modo femina velum acceperit, in hoc permaneat, nisi se invitam 20 aut reclamantem velaverit aliquis; tamen praedicandum[f] est, ut cum velo suo permaneat, si voluerit. Quod si presbyter eam invitam reclamantemque velaverit, gradum suum pro hac causa[g] perdat. Quod si contigerit[h], ut[h] mulier sine convenientia viri sui se velare praesumat, in potestate viri eius erit, aut in hoc permaneat aut non.

5. Si qua mulier mortem viri sui cum aliis hominibus consiliavit, et ipse vir 25 ipsius hominem se defendendo occiderit et hoc probare potest[2], ille[i] vir potest ipsam uxorem dimittere[i] et, si voluerit, aliam accipiat.

6. Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit inservita, si redimi non potest, si ita voluerit, liceat[k] ei aliam accipere[k]. Similiter et mulier ingenua, si servum accipiat pro ingenuo, et postea pro qualicumque 30 causa inservitus fuerit — nisi pro inopia fame cogente se vendiderit, et ipsa hoc consenserit, et de precio viri sui a fame liberata fuerit — si voluerit, potest eum dimittere et, si se continere non potest, alium ducere. Similiter et de muliere, si se vendiderit, et vir eius ita consenserit, taliter potest stare[3]. Si se separaverint, poenitentia tamen amborum necessaria est: nam qui de pretio paris sui de tali necessitate liberatus fuerit, 35 in tali coniugio debent permanere et non separari.

7. Si servus suam ancillam concubinam habuerit, si ita placet, potest, illa dimissa, comparem suam, ancillam domini sui, accipere; sed melius est suam ancillam tenere.

8. Si quis[l] servus, libertate a domino suo accepta, postea cum ancilla eius adul- 40 terium perpetraverit, si dominus eius vult, velit nolit, ipsam ad uxorem habebit. Quod si

a) *Inscriptio e cod.* 2; *abest a* 1. 3. b) *Novi capituli initium in codd.* 2. 3. c) nisi prius illis constituatur poenitentia *rec. man. in marg. add.* 1. d) ab illo *add.* 2. 3. e) Si quis presb. ordinatus uxorem hab. 2. 3. f) praedicanda 2. 3. g) re 3. h) cont. ut *om.* 3. i) vir ille ips. suam ux. dim. potest 3. k) aliam accipiat cum licentia 3. l) *deest* 2. 3. 45

1) *Uxorem.* 2) *L. Ribuar. tit.* 77. 3) *Taliter, scilicet ut non separentur, potest stare sententia (cfr. cap.* 11*); si vero nihilominus se separaverint, tamen poenitentiam sustineant.*

ipsam dimiserit et aliam duxerit, cogatur omnino, ut posteriorem dimittat, et ipsam cum qua prius adulterium fecit recipiat, aut illa vivente nullam aliam habeat.

9. Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit aut seniorem suum, cui fidem mentiri non poterit, secutus fuerit, et uxor eius, cum valet et potest, amore parentum aut rebus suis eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quamdiu vir eius quem secuta non fuit vivet, semper innupta permaneat. Nam ille vir eius, qui necessitate cogente in alium locum fugit, si se abstinere non potest, aliam uxorem cum poenitentia potest accipere[4].

10. Si filius cum noverca sua, uxore[m] patris sui, dormierit, nec ille nec illa possunt ad coniugium pervenire. Sed ille vir, si vult, potest aliam uxorem habere; sed melius est abstinere.

11. Si quis cum filiastra sua dormierit[n], simili sententia stare potest; et cum sorore uxoris suae simili modo stare potest.

12. Qui dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis antea uxor fuerit, nullam[o] ex illis habeat; nec illa adultera soror, nec ille vir qui cum illa adulteravit alios umquam accipiant.

13. Qui scit uxorem suam ancillam esse et accepit eam voluntarie, semper postea permaneat cum ea.

14[p]. Ut ab episcopis ambulantibus per patrias[q] ordinatio presbiterorum non fiat. Si autem boni[q] sunt illi presbiteri, iterum consecrentur[5].

15. Presbiter degradatus, certa necessitate cogente, pro periculo mortis, si alius non adest, potest infirmum baptizare[6].

16. Ut arma clerici non portent.

17. Si qua mulier se reclamaverit, quod vir suus numquam cum ea mansisset, exeant inde ad crucem; et si verum fuerit, separentur, et illa faciat quod vult.

18. Qui[r] cum consobrina uxoris suae manet, sua careat[r] et nullam aliam habeat. Illa mulier quam habuit faciat quod vult. Hoc[7] aecclesia non recipit.

19. Si servus aut[s] ancilla per venditionis causam separati fuerint, praedicandi sunt ut sic maneant, si eos reiungere non[t] possumus[t].

20. Ut ille cartellarius qui cum ancilla manserit, cum[u] eam, iuxta legem libertate a domino suo accepta, dimiserit[u] aliam accipiens, posteriorem dimittat[v].

21. Qui uxorem suam dimiserit velare, aliam non accipiat[8].

m) id est ux. 3. n) fornicaverit 3. o) neutram 3. p) *Capita* 14—16 *absunt a cod.* 3. q) patrias ut non legimus presbiteris ordinatis si boni *rell.* 2. r) Quicumque consobrina sua manens sua uxore careat 3. s) et 2. 3. t) possumus minime 3. u) *ita* 1; cum esset uxor eius et lib. a domino suo acc. dimiserit eam 2. 3. v) priorem accipiat *add.* 2; pr. acc. Simili modo de mulieribus sanccimus *add.* 3.

4) *Decret. Compend. c.* 9 *et* 21. 5) *Similiter Gregor. III. in epist.* (38) *anno* 739 *ad Bonifatium data. (Jaffé, biblioth. III. p.* 105.) *Cfr. Concil. Vernense cap.* 13. 6) *Cfr. Conc. Vern. cap.* 8. 9. 7) *Verba non genuina, etiamsi in tribus codicibus omnibus leguntur.* 8) *Cfr. supra c.* 4; *Decret. Compend. c.* 16.

17. PIPPINI AD LULLUM EPISTOLA.
755—768.

Exstat haec Pippini epistola ad Lullum Moguntinensem archiepiscopum scripta inter Bonifacii epistolas in codice Vindobonensi theolog. 259. *fol.* 60v. *(Jaffé, biblioth. rer. Germ. III.* 281. *inter Bonif. epistol.* 115*). Quo anno scripta sit non liquet, quum* tribu- 5
latio *in epistola commemorata ad complures Pippini annos referre liceat.*
(B. I, 185; *P. I,* 32*).*

Pippinus gratia Dei rex Francorum vir inluster domino sancto patri Lullo[a] episcopo.

Cognitum scimus sanctitati vestrae, qualem pietatem et misericordiam Deus fecit 10
presenti anno in terra ista. Dedit tribulationem pro delictis nostris, post tribulationem autem magnam atque mirabilem consolationem sive habundantiam fructus terrae, quae modo habemus. Et ab hoc atque pro alias causas nostras opus est nobis illi gratias agere, quia dignatus est servis suis consolare per eius misericordiam. Sic nobis videtur, ut absque ieiunio indicto unusquisque episcopus in sua parrochia letanias faciat, non 15
cum ieiunio, nisi tantum in laude Dei, qui talem nobis habundantiam dedit; et faciat unusquisque homo sua elimosina et pauperes pascat. Et sic previdere faciatis et ordinare de verbo nostro, ut unusquisque homo, aut vellet aut nollet, suam decimam donet. Valete in Christo.

a) LUL. *c.* 20

18. PIPPINI CAPITULARE AQUITANICUM.
768.

Traditur in codice Lugdunensi Batavorum Vossiano Q. 119. *fol.* 132. — *Capitulare a Pippino, sub fine regni eius ut videtur, constitutum a Karolo Magno confirmatum esse inscriptio nos docet. Aquitanicum idem esse quam maxime veri simile est, cum* 25
posteriori capitulari Aquitanico anno 789 *dato Karolus missis suis praecipiat, ut hoc Pippini edictum in Aquitania observari curent, praeterea etiam huius edicti praecepta terram spectare videantur a Romanis potissimum habitatam (c.* 10*) regisque ditioni recens subactam; nam anno demum* 768 *Waifario duce interfecto Aquitania denique debellata et Francorum regni provincia ordinata facta est.* *(B. deest; P. II,* 13.*)* 30

Incipiunt capitula quas bone memorie genitor Pipinus sinodaliter [instituit][a] et nos ab homnibus conservare volumus.

Ut illas eclesias Dei qui deserti sunt restaurentur tam episcopi quam abates vel illi laici homines qui exinde benefitium habent.

a) *Verbum in codice deest; supplevi e Karoli M. capitulari* 789. *capite primo.* 35

2. Ut illi episcopi, abbates, abbatissas sub ordine sancto vivant.

3. Ut quicquid episcopi, abbates vel abbatissas vel reliqui sacerdotes de rebus ecclesiarum ad eorum opus habent, quieto ordine possideant, sicut in nostra sinodo iam constitutum fuit[1]; et si quis exinde postea aliquid abtraxit, sub integritate reddat.

5 4. Ut ad illos pauperes homines magis non tollant nisi quantum legitime reddere debent.

5. Quicumque nostrum beneficium habet, bene ibi labored[b] et condirgat[b]; et qui hoc facere non vult, dimittat ipsum beneficium et teneant suas res proprias.

6. Quicumque in itinere pergit aut hostiliter vel ad placitum, nulla super suum 10 pare praendat, nisi emere aut praecare potuerit, excepto herba, aqua et ligna; si vero talis[c] tempus fuerit, mansionem nullus vetet.

7. Quicumque homo super suum parem, dum ad nos fuerit, aliquid abstraxerit aut exfortiaverit, secundum suam legem triplititer conponat.

8. Si aliquis homo ante nos se reclamaverit, licenciam habeat ad nos venire, et 15 nullus eum per fortia deteneat.

9. De illis beneficiis unde intentio est volumus, ut ipsi eos habeant quibus antea dedimus.

10. Ut omnes homines eorum legis habeant, tam Romani quam et Salici, et si de alia provincia advenerit, secumdum legem ipsius patriae vivat.

20 11. Ut omnes laici et seculares qui res ecclesiae tenent precarias inde accipiant.

12. Ut quicquid missi nostri cum illis senioribus patriae ad nostrum profectum vel sanctae ecclesiae melius consenserint, nullus contendere hoc praesumat[d].

b) labore det condirgat *c.* c) *Dubito an* hiemalis *corrigendum sit secundum Pippini Italiae regis capitulare Papiense a.* 787 *(infra Cap.* 93.*) in quo legitur cap. quarto:* et quando hibernum tempus 25 fuerit, nullus debeat mansionem vetare ad iterantes. d) Explicit capitula Pipini condam *add.* c.

1) *Huius synodi capita hodie non extare videntur; cfr. autem supra Cap. Suess.* 744, *cap.* 3.

IV.

KAROLI MAGNI CAPITULARIA.

19. KAROLI M. CAPITULARE PRIMUM.

769 vel paullo post.

Edidit hoc capitulare Baluzius e codice S. Vincentii Laudunensi, qui vel periit vel certe nobis ignotum est. Invenitur autem capitulare etiam in Benedicti capitularium collectione, libro scilicet tertio, c. 123—137, *in qua lectiones interdum fide praestant iis, quas Baluzius tradidit.*

Capita nostra 1. 3. 4. 6. 8 *e Karlmanni principis capitulari anno* 742 *dato ad verbum fere repetita et capitibus* 2. 5. 7 *vel illustrata vel suppleta sunt. Caput* 17 *desumtum est e concilio Parisiensi quinto, anno* 614 *habito canone* 4 *(Mansi X,* 540*), caput* 18 *e concilio Aurelianensi quinto, anno* 549 *habito canone* 14 *(Mansi IX,* 127*), ut fortasse haec duo capita sub fine capitularis posita, etiamsi apud Benedictum quoque prope Karoli capitulare nostrum (l. c.* 139. 140*) inveniuntur, a capitulari aliena habenda videantur. De capitis etiam duodecimi natura fortasse dubitari potest: nam si in reliquis omnibus de causis ecclesiasticis agitur, solo duodecimo, de quo plurimum a doctis disputatum est, de placitis saecularibus habendis statuitur.*

Quo anno capitulare datum fuerit, pro certo dici non potest, etiamsi tota ipsius indoles atque natura Karoli regni annos priores spectare videntur. Affirmare forsan quis posset respecto capitularis initio, ante Langobardos regno subactos idem conceptum esse: sed in capitulari etiam anno 789 *edito (infra C.* 22*) Karolus Francorum tantum rex nominatur.* *(B. I,* 189; *P. I,* 33.*)*

Karolus, gratia Dei rex regnique Francorum rector et devotus sanctae ecclesiae defensor atque adiutor[a] in omnibus. Apostolicae sedis hortatu, omniumque fidelium[a] nostrorum, et maxime episcoporum ac reliquorum sacerdotum, consultu 'servis[1] Dei

a) *ita in Benedicti collectione; codex Laudunensis contra secundum Baluzium:* adiutor in omnibus apostolicae sedis. Hortatu omnium fidelium nostrorum *rell. Lectio:* Hortatu omnium fidelium *sensu carere, altera autem:* Apostolicae sedis hortatu *optime rei convenire videtur. Ita etiam Liutprandus rex ao.* 723 *in Langobardorum edicto cap.* 33 *dicit:* Hoc autem ideo adfiximus, quia papa urbis Romae per suam epistolam nos adortavit, *nec minus epistolae duae papales anno* 769—770 *datae et in codice Carolino servatae (Jaffé, Biblioth. IV. pag.* 155—164, *epist.* 46. 47.*) Stephanum IV. Karoli et Karlmanni regum hortatorem ostendunt. Caeterum titulus regius:* ecclesiae defensor atque adiutor *in admonitione etiam generali anno* 789 *data recurrit, cum contra apostolicae sedis adiutorem regem se nominasse in alio Karoli documento non invenerim.*

1) *Capit. Karlmanni ao.* 742. *c.* 2.

per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum et in hostem pergere, omnino prohibemus, nisi illi tantummodo qui propter divinum ministerium, missarum scilicet solemnia adimplenda et sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt. Id est unum vel duos episcopos cum capellanis presbyteris[b] princeps secum habeat, et unusquisque praefectus unum presbyterum, qui[b] hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possit'.

2. Ut sacerdotes neque christianorum neque paganorum sanguinem fundant.

3. 'Omnibus[2] servis Dei venationes et silvaticas vagationes cum canibus, et ut accipitres et falcones non habeant, interdicimus'.

4. 'Statuimus[3], ut secundum canonicam cautelam omnes undecunque supervenientes ignotos episcopos vel presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus'.

5. Si sacerdotes plures uxores habuerint vel sanguinem christianorum vel paganorum fuderint aut canonibus obviaverint, sacerdotio priventur, quia deteriores sunt secularibus.

6. 'Decrevimus[4], ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem adhibeat, adiuvante grafione qui defensor ecclesiae est, ut populus Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias gentilitatis abiciat et respuat, sive profana sacrificia mortuorum sive sortilegos vel divinos sive phylacteria et auguria sive incantationes sive hostias immolatitias, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini, qui potius quam ad misericordiam sanctos suos ad iracundiam provocant'.

7. Statuimus, ut singulis annis unusquisque episcopus parrochiam suam sollicite circumeat, et populum confirmare et plebes docere et investigare, et prohibere paganas observationes divinosque vel sortilegos aut auguria, phylacteria, incantationes vel omnes spurcitias gentilium studeat.

8. 'Decrevimus[5] quoque iuxta sanctorum canones, ut unusquisque presbyter in parrochia habitans episcopo subiectus sit illi in cuius parrochia habitat, et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui, sive de baptismo sive de fide catholica sive de precibus et ordine missarum, episcopo reddat et[c] ostendat[c]. Et quandocunque iure canonico episcopus circumeat parrochiam populos ad confirmandos, presbyter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in coena Domini semper novum chrisma ab episcopo suo quaerat', et de vetere nullus baptizare praesumat, sed ardere in luminaribus ecclesiae[d] vetus non tardet.

9. Ut nemo accipiat ecclesiam infra parrochiam sine consensu episcopi sui, nec de una ad aliam transeat.

10. Ut de incestis et criminosis magnam[e] curam habeant sacerdotes[e], ne[f] in suis pereant sceleribus, et animae eorum a districto iudice Christo eis requirantur[f]. Similiter de infirmis et poenitentibus, ut morientes sine sacrati olei unctione et reconciliatione et viatico non deficiant[g].

b) *Hoc quoque loco Benedictus rectam, codex vero Laudunensis falsam lectionem servavit hanc:* presbyteris. Et unusquisque princeps unum presbyterum secum habeat, qui *rell.* c) et ost. *om. cod. Laud., adsunt verba apud Bened. et in Karlmanni capitulari.* d) *ita apud Bened.;* ecclesiae faciat *cod. Laud.* e) curam gerant sacerdotes magnam *Bened.* f) ne ..... requirantur *om. Bened., verba fortasse spuria.* g) transeant *Bened.*

2) *Capit. Karlmanni c.* 2 *cit. sub fine.* 3) *Cap.* 4. *cit.* 4) *Cap.* 5. *cit. paullisper sub fine mutatum.* 5) *Cap.* 3. *cit., fine tamen mutato.*

11. Ut ieiunium quatuor temporum et ipsi[h] sacerdotes observent et plebi denuntient observandum[h].

12. Ut ad mallum venire nemo tardet, primum[i] circa aestatem, secundo[k] circa autumnum. Ad alia vero placita, si necessitas fuerit vel denunciatio regis urgeat, vocatus venire nemo tardet. 5

13. Ut, quando denuntiatum fuerit pro rege vel pro fidelibus suis qualibet causa orationes facere, nemo ex hoc neglegens appareat.

14. Nullus sacerdos nisi in locis Deo dicatis, vel in itinere positus[l] in tabernaculis et mensis lapideis ab episcopo consecratis, missas celebrare praesumat. Quod si[m] praesumpserit, gradus sui periculo subiacebit. 10

15. Sacerdotes, qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum nec discere iuxta praeceptum episcoporum suorum pro viribus satagunt vel contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submovendi, quousque haec pleniter emendata habeant.

16. Quicunque autem a suo episcopo frequenter admonitus de sua scientia, ut discere curet, facere neglexerit, procul dubio et ab officio removeatur et ecclesiam quam 15 tenet amittat, quia ignorantes legem Dei eam aliis annuntiare et praedicare non possunt.

[17. Ut[6] nullus iudex neque presbyterum neque diaconum aut clericum aut iuniorem ecclesiae extra conscientiam pontificis per se distringat aut condemnare praesumat. Quod si quis[n] hoc[n] fecerit, ab ecclesia cui iniuriam inrogare dinoscitur tamdiu 20 sit sequestratus, quamdiu reatum suum cognoscat et emendet.

18. Ut[7] nullus episcoporum vel secularium cuiuscunque alterius episcopi sive ecclesiae sive privati res, aut regnorum divisione aut provinciarum sequestratione, competere aut retinere praesumat. Quod si quis hoc facere tentaverit, tamdiu sit ab omnium caritate suspensus et a communionis gratia sequestratus, quoadusque res ablatas 25 cum fructuum satisfactione restituat.]

h) ipse sacerdos observet et p. denuntiet o. *Bened.* i) unum *Bened.* k) et alterum *Bened.* l) positus *om. Bened.* m) qui *Ben.* n) *desunt apud Ben.*

6) *Concil. Paris. V. c.* 4. 7) *Concil. Aurelian. V. c.* 14.

---

20. CAPITULARE HARISTALLENSE. 30

779 mense Martio.

Capitulare secundum prologum mense Martio anni 779 *emissum, quo tempore Karolum in palatio Haristallio versatum fuisse probant Einhardi annales, traditur in codicibus* 1) *Sangallensi* 733. *pag.* 1. 2) *S. Pauli in Karinthia fol.* 155. 3) *Paris.* 4613. *fol.* 62[v]. 4) *Monacensi* 19416. 5) *Eporediensi* 34. *fol.* 1. 6) *Epored.* 33. 35 *fol.* 128. 7) *Ashburnham. Barrois* 214. *fol.* 46[v]. 8) *Montispessulano* 136. 9) *Lugdun. Batav. Q.* 119. *fol.* 138[v]. 10) *Mutin. I.* 2. *fol.* 158. 11) *Gothano* 84. 12) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. *fol. fere* 88. 13) *Paris.* 9654. *fol.* 26[v]. 14) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 29[v]. 15) *Vaticano inter codd. reg. Christ.* 520. *fol.* 102[v]. 16) *eiusdem collect.* 846. *fol.* 97[v]. 17) *Norimberg. biblioth. urban. fol.* 26[v]. 18) *Paris.* 4626. 40 *fol.* 46. 19) *Paris.* 4628 *A. fol.* 74[v]. 20) *Paris.* 10758. *pag.* 71. 21) *Vatic. inter*

codd. reg. Christ. 1036. *fol.* 46. *In codice Monacensi* 3853 *diversis locis leguntur capp.* 11. 23. 1—4. 8—10. 17. 21. *In codicibus plurimis capitulare capitibus* 24 *componitur, cum in multis caput nostrum* 17, *in aliis caput* 22 *binis capitibus divisum sit.*

Capitulare Haristallense in compluribus codicibus in Italia scriptis invenitur; in aliis italicis capita 1—13. 23 *multis modis mutata et glossis textui insertis adaucta leguntur, in codicibus scilicet* 1) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 60. 2) *Cavensi* 22. *fol.* 210 *et mutila in codicibus* 3) *Gothano* 84. 4) *Mutinensi I.* 2. *fol.* 177. *In codice* 5) *Vaticano inter reg. Christ. codd.* 263. *fol.* 230v *leguntur eiusdem formae capita* 3. 5. 8 *et initium capitis* 12 *et in codice denique* 6) *Monac.* 3853. *fol.* 293 *caput* 6. *Hanc mutatam formam, quae a iudicibus langobardicis concepta videtur et jam exstat in legum quadam collectione circa annum* 830 *a Lupo condita a latere genuini capitularis poni et verba vel mutata vel addita litteris obliquis typis imprimi curavi. Libri legum Langobardorum Papiensis dicti et Legum tomo nostro quarto a me editi collector tam genuinae quam glossatae capitularis formae usum fecit.* (*B. I,* 195; *P. I,* 36.)

Forma communis.

Anno[a] feliciter[b] undecimo regni domni nostri Karoli gloriosissimi regis in mense Martio factum capitulare, qualiter, congregatis in unum sinodali concilio episcopis, abbatibus virisque inlustribus comitibus, una cum piissimo domno nostro secundum Dei voluntatem pro causis oportunis consenserunt decretum.

1[c]. De metropolitanis[d], ut suffraganii episcopi eis secundum canones subiecti sint, et ea quae erga ministerium illorum emendanda cognoscunt, libenti animo emendent atque corrigant.

2. De episcopis, ubi praesens episcopi ordinati non sunt, sine tarditate ordinentur.

3. De monasteriis qui regulares fuerunt, ut secundum regulam vivant; necnon et monasteria puellarum ordinem sanctum[e] custodiant, et unaquaeque abbatissa in suo monasterio sine intermissione resedeat[1].

4. Ut episcopi de presbiteris[f] et clericis infra illorum parrochia potestatem habeant[g] secundum canones.

a) In Christi nomine *inscriptio in cod.* 1. In nomine domini nostri Jesu Christi 12. Incipit decretum Karoli preciosi regis Francorum (preciosissimo rege 18) 18—21. b) felicissimo 1. 3. c) *In cod.* 2. *capitibus fere omnibus rubricae anteponuntur contextus verbis fictae.* d) episcopis *add.* 2. 3. e) suum 15. 18. 19. f) diaconibus *add.* 1. g) distringendi *add.* 15. 18.

1) *Cfr. concil. Vern.* 755. *c.* 6.

Forma langobardica.

Anno feliciter undecimo regni Karoli gloriosissimi regis in mense Martio facto capitulare, qualiter, congregatis in unum sinodale concilium episcopis, abbatibus virisque illustribus comitibus, una cum piissimo domino nostro secundum Dei voluntatem pro causis oportunis consenserunt decretum.

1. De metropolitanis episcopis, ut *eorum* suffragani episcopi eis secundum canones subiecti sint, et ea quae erga ministerium illorum emendanda cognoscunt, libenti animo emendent atque corrigant.

2. De episcopis, ubi praesens episcopi ordinati non sunt, sine tarditate ordinentur.

3. De monasteriis qui regulares fuerunt, ut secundum regulam vivant; necnon[a] et monasteria puellarum ordinem sanctum custodiant, et unaquaeque abbatissa in suo monasterio sine intermissione resedeat.

4. Ut episcopi de presbiteris et clericis infra illorum parrochia *vel de suo ministerio* potestatem habeant secundum canones[b].

a) *deest* 1. 2. b) facere *add.* 1.

5. Ut episcopi de incestuosis hominibus emendandi licentiam habeant, seu et de viduis infra sua parrochia potestatem habeant ad[h] corrigendum[h].

6. Ut nulli liceat alterius clericum recipere aut ordinare in aliquo gradu.

7[i]. De decimis, ut unusquisque suam decimam donet, atque per iussionem pontificis[k] dispensentur.

8. Ut homicidas aut caeteros reos qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur.

9. Ut latrones de infra inmunitatem illi iudicis ad comitum placita praesentetur[2]; et qui hoc non fecerit, beneficium et honorem perdat. Similiter[l] et vassus noster, si hoc non adimpleverit, beneficium et honorem perdat[l]; et qui beneficium non habuerit, bannum solvat.

5. Ut episcopi de incestuosis hominibus emendandi licentiam habeant[c], seu et de viduis infra suam parrochiam potestatem[c] habeant ad corrigendum[d]. *Et si de ipsis incestuosis aliquis post iudicium episcopi in ipso incestu se iterum miserit, si alodem habuerit, ipso fisco regis[e] recipiat.*

6. Ut nulli liceat alterius clericum recipere nec ordinare in aliquo gradu[f], *sine dimissoria sui episcopi de cuius parrochia est*[f].

7. De decimis, ut unusquisque homo sua decima donet, et per iussionem *et consilium* episcopi *in cuius parrochia fuerit* dispensentur.

8. De homicidis et ceteris *malefactoribus*[g], qui legibus *aut pro pace facienda* morire debent: *nemo eos* ad excusationem in aecclesia *sua introire permittat; et si absque voluntate pastoris ibidem introierit, tunc ipse in cuius ecclesia est* nullum victum ei donet *nec alio dare permittat.*

9. Ut[h] latrones de infra emunitate illos iudices *et advocati* ad comitum placitum, *quando eis annuntiaverint*[i], praesentetur[k]. *Et si dixerit, quod illo latrone praesentare non potuisset, iurare*[l] *debet, quod illos praesentare non potuisset*[l], *postquam ei denuntiatum fuerit, nec pro nulla iustitia dilatando illi latroni non consentisset, nec pro causa dilatationis de sua potestatem vel de suo ministerio ipsum latronem non iactasset; et hoc iuret, ut per sua voluntate, si potest, ipsum latronem praesentare debeat ad iustitias faciendum;* et qui hoc non fecerit, beneficium et honorem perdat. Similiter et vassi *dominici ipsum exemplum exinde sustineant; et qui suprascripto sacramento sine periurio iurare non potuerit, si beneficium habuerit aut actum,*

h) ad. corr. *om.* 1. i) *Caput postponitur capiti* 9 *in cod.* 1. k) episcopi 2. l) Similiter ..... perdat *om.* 13. 14.; *sub fine capitis leguntur* 15. 18—21.; ben. et h. p. *om.* 1.

2) *Latrones in emunitatibus correpti ab earum iudicibus ad comitum placita praesententur.*

c) habeant — potestatem *om.* 1. 2. d) regendum 1. 2. e) nostro 2. f) g. nisi de suis hominibus clericum habuerit, nullatenus ad ordinandum ducere praesumat, nisi ad illum episcopum de cuius parochia est, in potestate habere debet (est, aut in cuius parrochia in p. h. d. 4.) 3. 4. 6. g) *Hinc inde omnia usque ad medium caput ultimum desunt* 3. 4. h) De latronibus *rubrica* 2. i) annuntiatum fuerit 2. k) *ita* 1. 2; praesentent *lib. leg. Lang.* l) iurare .... potuisset *exciderunt in* 1. 2; *supplevi verba e libro legis Langobardorum.*

per ipsum perdat; et si beneficium non habuerit, bannum *dominicum* solvat.

10. De eo qui periurium fecerit, nullam redemptionem, nisi manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso periurio, stent ad crucem; et si iurator vicerit, legem suam accusator emendet. Haec vero de minoribus causis observandum; de maioribus vero rebus aut de statu ingenuitatis secundum legem custodiant.

10. *Si*[m] *quis* periurium fecerit, nulla redemptionem *ei facere liceat,* nisi manum perdat. *Et si ille qui prius illum sacramentum iurat de illo periurio probatus fuerit, et aliquis de suos iuratores dixerit quod nesciens se periurasset, aut hoc apud iudicium Dei adprobet verum esse aut similiter manum perdat. De cuius causa periurium fecerit, sicut lex loci illius, ubi periurium factum est, a longo tempore fuit, de eorum pretium emendare studeat.*

11. *De furto vel* de minoribus causis *instituimus: si ille homo cuius causa iurata fuerit dicere voluerit, quod ille qui iuravit se sciens periurasset,* stent ad crucem. *Et si ille qui iuravit victus fuerit quod se periurasset, suprascripta sententia sustineat*[n]. *Et*[o] *si ille qui criminavit alium periurium non approbaverit,* legem suam *cui periuratum esse dixerit persolvat*[o]. De maioribus vero causis legem *quam a longo tempore habuerunt observentur.*

11. De[m] vindicta et iudicio[n] in latrones[m o] factum[p] testimonium episcoporum absque peccato comitis esse dicunt[q],[3] ita[r] tamen ut absque[r] invidia aut[s] occansione mala, et nihil aliud ibi interponatur nisi vera iustitia ad perficiendum. Et si per odium aut malo ingenio, nisi per iustitiam faciendam, hominem diffecerit, honorem suum perdat, et legibus contra quem iniuste fecit, secundum penam quam intulit, emendetur.

12. De[1] vindicta et iudicium in latronibus factum[p] testimonium episcoporum absque peccato comites[q] *facere possint, si ibi* nec invidia nec alia occasio mala nec iniusta non interposuerit, nisi vera iustitia ad perficiendum *et pacem confirmandum.* Ut si quis latro de uno furto *probatus fuerit, unum* oculum perdat; et si de duos furtos *probatus fuerit, oculum perdat et* nasum ei cappiletur; et si de tres furtos *probatus fuerit,* moriatur. *Et de his duabus furtis, unde oculum unum et nasum perdere debet, constituimus, ut dominus servi illius se-*

m) De testibus, *loco* De ... latrones, 2; De ... latrones *om.* 3. n) iuditium 13—18. o) latronibus 15. 16. 17. p) est *add.* 3. 19; facto episcoporum iuditio 12; facto testimonio episcopi 17. q) dicuntur 1. r) licet absque 2. 3; ita et ut absque 13—15; ita *l.* ut minus 17; ita ut absque 18. s) absque *add.* 1.

m) De periurium *rubr.* 2. n) subiaceat 2. o) Et .... persolvat *om.* 2. p) est *add.* 2 q) *deest* 2.

3) *Haec ita explicanda duco: latrones si in emunitate furati et per episcoporum testimonium convicti fuerint, recte a comite furti poenis, vel supplicio vel morte (cap. 23), puniri posse dicunt synodo hac congregati.*

1) Hoc caput ope capitum 11 et 23 conceptum est.

12. Capitula[4] vero quae bonae memoriae genitor noster[t] in sua placita constituit et[u] sinodus[u] conservare volumus[v].

13. De rebus vero ecclesiarum, unde nunc[w] census exeunt, decima et nona cum ipso censu sit soluta; et unde antea non exierunt, similiter nona et decima detur; atque de casatis quinquaginta solidum unum, et de casatis triginta dimidium solidum, et de viginti trimisse uno. Et de precariis, ubi modo sunt, renoventur, et ubi non sunt, scribantur[5]. Et sit discretio inter precarias de verbo nostro factas et inter eas quae spontanea voluntate de ipsis rebus ecclesiarum faciunt.

14. De truste[6] faciendo nemo praesumat[x].

15. De cerariis et tabulariis atque cartolariis, sicut a longo tempore fuit, observetur.

t) domnus pippinus rex *add.* 4. u) et sin. *om.* 4. 10—12. 15. 18. 21. v) volumus *om.* 3. w) modo 2. 3. x) *ita* 1; presumatur *omnes fere alii;* ad nos venienti mansionem vetare, et quae necessaria sunt sicut vicino suo ei vendat *add.* 10.

4) *Supra Cap.* 12—18. 5) *Cfr. Cap. Liptin.* 743. *c.* 2. *Cap. Pippini Aquitan.* 768, *c.* 11. 6) *Comitatus, armatorum turma; Mutinensis glossae auctor verbum pro hoste, exercitali expeditione, accepit.*

cundum legem cui furta facta fuerint solvere debeat; de tres vero furtis, unde morire debetur, mors illius furtas illas excludatur. Et si *comis sine culpa* per invidia aut iniusta occasione, nisi per iustitia *et pacem* faciendam, hominem diffecerit, honorem suum perdat et legibus contra quem iniuste fecit secundum poenam quam intulit emendet.

13. *De causa* vero quas bonae memoriae genitor noster *Pippinus* in sua placita et sinodos constituit conservare volumus.

14. De rebus vero aecclesiarum, *que usque nunc per verbo domni regis homines seculares in beneficium habuerunt, ut inantea sic habeant, nisi per verbo domni regis ad ipsas ecclesias fuerint revocatas. Et si* inde *usque* nunc *ad partem aecclesiae* decima et nona exivit, et nunc inantea faciat; et *insuper ad illas aecclesias* de L casatos solido uno reddat, de triginta medio solido, de XX tremisse uno; *et qui usque nunc alium censum dedit, inantea sicut prius fecit ita faciat.* Et unde usque nunc *nullum censum* exivit, *et ipsa res aecclesiae sunt, censentur,* et[r] ubi non sunt, scribantur[s]. Et sit discretio[t] inter precarias de verbo *dominico* factas et inter eas quas *episcopi et abbates et abbatisse eorum arbitrio vel dispositione* faciunt, *ut liceat eis, quandoquidem eis placuerit, res quas beneficiaverint ad partes ipsius aecclesiae recipere, facientes, ut unusquisque homo ad causa Dei in honore Deo fideliter et firmiter deserviat.*

---

r) *inde a hoc verbo caput exstat etiam in* 3. 4. s) retribuuntur 4. t) descriptio 2. 4.

16. De sacramentis per gildonia[y] invicem coniurantibus, ut nemo facere praesumat. Alio vero modo de illorum elemosinis aut de incendio aut de naufragio, quamvis[z] convenentias faciant, nemo in hoc iurare praesumat[z].

17. De iterantibus, qui ad palatium[a] aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta 5 nemo sit ausus adsalire. Et[b] nemo alterius erbam defensionis tempore tollere praesumat, nisi in hoste pergendum aut missus noster sit; et qui aliter facere praesumit, emendet.

18. De toloneis[c] qui iam antea forbanniti fuerunt[7], nemo tollat nisi ubi antiquo tempore fuerunt.

19. De mancipia quae vendunt, ut in praesentia episcopi vel comitis sit, aut in 10 praesentia archidiaconi aut centenarii aut in praesentia vicedomni aut iudicis comitis aut ante bene nota testimonia; et foris marca nemo mancipium vendat[8]. Et qui hoc fecerit, tantas vices bannos solvat quanta mancipias vendidit; et si non habet pretium, in wadio pro servo semetipsum[d] comiti donet usque dum ipsum bannum solvat.

15 20. De brunias[e], ut nullus foris nostro regno vendere praesumat.

21. Si comis in suo ministerio iustitias non fecerit, misso nostro de sua casa[f] soniare[g][9] faciat usque dum iustitiae ibidem factae fuerint; et si vassus noster iustitiam non fecerit, tunc et comis et missus[h] ad ipsius casa[i] sedeant et[k] de suo vivant[k] quousque iustitiam faciat.

20 22. Si quis pro faida precium recipere non vult, tunc ad nos sit transmissus, et nos eum dirigamus ubi damnum minime facere possit. Simili[l] modo et qui pro faida pretium solvere noluerit nec iustitiam exinde facere, in tali loco eum mittere volumus ut per[m] eum[m] maior damnum non crescat.

23. De latronibus ita precipimus observandum, ut pro prima vice[n] non mo-25 riatur, sed oculum perdat, de secunda vero culpa nasus[o] ipsius latronis abscidatur[o][p]; de tertia vero culpa, si non emendaverit, moriatur.

y) *ita* 1. 16. 17; ildonea 2; nihil doma 3; geldonia 4. 11—14; ghildunie 19; gilduniae 18. 20. z) quamvis *usque* praesumat *om.* 13. 14. a) placitum 15. 16. 18. 19. b) Novi capitis initium *in cod.* 1. *et nonnullis aliis.* c) *ita* 1; *alii* tholoneis, teloneis, theloneis. d) presentem *add.* 15. 18. 30 19; pro precio *add.* 13. 14. e) brunnias 15. 18. f) causa 1. 2. 12. 16—18 *et alii*; casa *vel* casas 3. 15. 19. g) sonare 1; cogitare 3. h) noster *add.* 15. 18. i) causa 18. k) et d. s. viv. *om.* 1. l) *Novi capitis initium* 2. 15—17. m) *ita* 1. 12. 15; pro eodem 2. 17 *aliique.* n) *ita* 1. 12. culpa *plurimi alii.* o) nasum perdat 2. 3. p) capuletur 15. 17.

7) *Cf. Pipp. capit.* 754—755. (*C.* 13.) *c.* 4. 8) *Cf. Capit. Liptin.* 743. *c.* 3. 9) *Francogallice* 35 soigner.

---

21. CAPITULARE EPISCOPORUM.

780?

Exstat capitulare in codicibus 1) *Epored.* 34. *fol.* 18. 2) *Epor.* 33. *fol.* 137[v]. 3) *Norimb. fol.* 28[v]. 4) *Paris.* 9654. *fol.* 26. 5) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 29[v]. 40 *In codicibus omnibus inter Karoli Magni constitutiones ponitur, in codice* 3. *tamquam* caput XXV. *subnectitur Haristallensi capitulari, similiter ut apud Benedictum (lib.* V. 107. *et in add. IV. c.* 143*). Hanc ob causam jam Sirmondus hoc capitulare anno* 779 *adscripsit, quippe quo exeunte annalibus Laureshamensibus testibus magna fames et mortalitas in Francia grassata sit, ad quas avertendas missas, ieiunia et preces facere*

populus hic iuberi videatur. Respecto sane epilogo ineunti potius anno 780 *hoc capitulare adscripserim et hoc pro coniectura satis probabili non pro certo putaverim, cum fames et tribulatio non raro Karoli regnum perturbaverint. Item in incerto reliquerim, an Karolus huic episcoporum capitulari deliberando interfuerit.*

(B. I, 199; *P. I,* 39.*)* 5

Capitulare[a] qualiter institutum est in hoc[b] episcoporum consensu: id est ut unusquisque episcopus tres missas et psalteria tria cantet, unam pro domno rege, alteram pro exercitu Francorum, tertiam pro presenti tribulatione; presbiteri vero unusquisque missas tres, monachi et monachae et canonici unusquisque[b] psalteria tria. Et biduanas omnes faciant, tam[c] episcopi, monachi et monachae atque canonici[c], atque eorum infra 10 casatum[d] homines, vel qui potentes[1] sunt. Et unusquisque episcopus aut abbas vel abbatissa, qui hoc facere potest[e], libram de argento in elemosinam donet, mediocres vero mediam libram, minores solidos quinque. Episcopi et abbates atque abbatissae pauperes famelicos quatuor pro isto inter se instituto[f] nutrire[g] debent usque tempore messium; et qui tantum non possunt, iuxta quod possibilitas est, aut[h] tres[h] aut duos 15 aut unum. Comites vero fortiores libram unam de argento aut valentem[i], mediocres mediam libram; vassus dominicus de casatis ducentis mediam libram, de casatis centum solidos quinque, de casatis quinquaginta aut triginta unciam unam. Et faciant biduanas atque[k] eorum homines in eorum casatis, vel qui hoc facere possunt; et qui redimere voluerit, fortiores comites uncias tres, mediocres unciam et dimidiam, minores 20 solidum unum. Et de pauperes famelicos, sicut supra scriptum est, et ipsi faciant.

Haec omnia, si Deo placuerit, pro domno rege et pro exercitu Francorum et praesente tribulatione missa sancti Iohannis sit completum.

a) *Abest capitularis inscriptio a codicibus omnibus; editiones anteriores praebent inscriptionem a Benedicto levita* (additio IV. c. 143) *fictam.* b) *deest* 4. 5. c) tam .... canonici *om.* 4. 5. d) casatos 2; 25 cassati 5. e) possunt 4. 5. f) consensu 2; nostro *add.* 3. g) pascere 3. h) *desunt* 4. 5. i) libram valentem 2; valent donet 3. k) *deest* 3.

1) *Firmi ad biduana ieiunia facienda.*

---

22. ADMONITIO GENERALIS.

789. m. Martio 23. 30

Traditur in codicibus 1) *Guelferbytano inter Helmstadienses* 496. 2) *Epored.* 34. *fol.* 3. 3) *Epor.* 33. *fol.* 124[v]. 4) *Sang.* 733. *pag.* 15. 5) *Paris.* 4613. *fol.* 73 *(omissis capp.* 9. 11. 26. 27). 6) *Paris.* 4628 *A. fol.* 59. 7) *Paris.* 10758. *pag.* 35. 8) *Monac.* 14468. *fol.* 98. 9) *Monac.* 19416. 10) *Mutin. cath. D. I.* 2. *fol.* 160. 11) *Goth.* 84. *fol.* 214. 12) *Guelferb. inter Blank.* 130. 52. *fol.* 73. 13) *Bruxell.* 8654—8672. 35 14) *Vindob. bibl. pal. can.* 128. *fol.* 92 *in quo post praefationis partem primam sequuntur c.* 37—54. 60—70, *praefationis pars altera, c.* 1—36, *omissis igitur c.* 55—59. 71. *usque ad finem.* 15) *Lugdun. Voss. Q.* 119. *fol.* 136, *in quo leguntur c.* 61—69. 71. 74. 81. 82. 1—5. 15. 16. 21. 22. 56.

'Admonitio' (praef. et c. 60*) 'una cum sacerdotibus et consiliariis' (praef.) a Karolo* 40 *concepta et ad 'omnes ecclesiasticae pietatis ordines seu saecularis potentiae dignitates'*

(praef.) emissa, haud dubie una cum 'legationis edicto' proxime in codicibus 2—11. 13. *sequenti et infra a nobis edito Aquisgrani data est, ut intellegi licet ex admonitionis verbis in praefatione scriptis: 'quapropter et nostros ad vos direximus missos, qui ex nostri nominis auctoritate una vobiscum corrigerent quae corrigenda essent'. 'Capitula* 5 *ex canonicis institutionibus' (praef.) in c.* 1—59. *a rege subiuncta excerpta sunt e canonum collectione Dionysiana, quam Hadrianus papa anno* 774. *Karolo Magno transmiserat; allegavi ipsam Dionysio-Hadrianam vulgo dictam collectionem secundum editionem a Francisco Pithoeo (Codex Canonum vetus ecclesiae Romanae. Paris.* 1684*) paratam; verba autem canonum allegatorum plene repetere, ut Sirmondus errore tantum* 10 *ductus eumque secuti alii editores repetierant, non ex re mihi visum est. W. E. Knitschky (in Zeitschrift für Kirchenrecht, edd. Dove et Friedberg. XIII. ao.* 1876. *pag.* 397—400*) putavit, Karolum regem non ex ipsa canonum collectione Hadriana, sed ex brevi quadam collectione in cod. Sang.* 679. *tradita hausisse. Mihi autem haec res ita se habere videtur, ut potius Sangallensis codicis collector eos ex Hadriana collectione canones plene ex-* 15 *scripserit, quos Karolus rex in admonitione nostra breviter allegaverat, paucis aliis canonibus sub fine additis.*

Ex hac admonitione haud dubie excerpta sunt quae a viro b. m. Merkel in Mon. Germ. tomo tertio pag. 495. 496. *sub numero II. edita leguntur. Admonitionis enim nostrae rubricam illic sequuntur summulae capitum nostrorum* 32 (1). 70 (2. 3). 71 (4). 2. 50. 20 42. 75 (5—8). *(B. I,* 209*; P. I,* 53*).*

Regnante domino nostro Iesu Christo in perpetuum. Ego Karolus, gratia Dei eiusque misericordia donante rex et rector regni Francorum et devotus sanctae[a] aeclesiae defensor humilisque adiutor, omnibus ecclesiasticae pietatis ordinibus seu saecularis potentiae dignitatibus in Christo domino, Deo aeterno, perpetuae pacis et beatitudinis[b] 25 salutem.

Considerans pacifico[c] piae mentis intuitu una cum sacerdotibus et consiliariis nostris abundantem in nos[d] nostrumque populum Christi regis clementiam, et quam necessarium est non solum toto corde et ore[e] eius pietati[e] agere gratias incessanter, sed etiam continua bonorum operum exercitatione eius insistere laudibus, quatenus qui 30 nostro regno tantos contulit honores, sua protectione nos nostrumque regnum in aeternum conservare dignetur: quapropter placuit nobis vestram rogare solertiam, o pastores ecclesiarum Christi et ductores[f] gregis eius et clarissima mundi luminaria, ut vigili cura et sedula ammonitione populum Dei ad[g] pascua vitae aeternae ducere studeatis, et errantes oves bonorum exemplorum seu adhortationum humeris intra ecclesiasticae fir- 35 mitatis muros reportare satagimini, ne lupus insidians aliquem canonicas sanctiones transgredientem vel paternas traditiones universalium conciliorum excedentem, quod absit, inveniens devoret. Ideo magno[h] devotionis studio ammonendi et adhortandi sunt immo conpellendi, ut firma fide et infatigabili perseverantia intra paternas sanctiones se conteneant: in quo opere et studio sciat certissime sanctitas vestra nostram vobis 40 cooperare diligentiam. Quapropter et nostros ad vos direximus missos, qui ex nostri nominis auctoritate una vobiscum corrigerent quae corrigenda essent. Sed et aliqua capitula ex canonicis institutionibus, quae magis nobis necessaria videbantur, subiunximus[1]. Ne aliquis, quaeso, huius pietatis ammonitionem esse praesumtiosam iudicet,

a) Dei *add.* 4. 5. b) beatissimis 4. 5. c) pacifici ac 4. 5. d) nos *om.* 4. 5. 11. e) ore 45 que pietate 4; ore quam pietatis 5. f) doctores 3—5. 10. 12. g) *sic* 3. 10; pro 4. 5; per *alii.* h) magnae 10. 11.

1) *Infra c.* 1—59.

qua nos errata corrigere, superflua abscidere, recta cohartare studemus, sed magis benivolo caritatis animo suscipiat. Nam legimus in regnorum libris,[2] quomodo sanctus Iosias regnum sibi a Deo datum circumeundo, corrigendo, ammonendo ad cultum veri Dei studuit revocare: non ut me eius sanctitate aequiparabilem faciam, sed quod nobis sunt ubique sanctorum semper exempla sequenda, et, quoscumque poterimus, ad studium bonae vitae in laudem et in gloriam domini nostri Iesu Christi congregare necesse est. Quapropter, ut praediximus, aliqua capitula notare iussimus, ut simul haec eadem vos ammonere studeatis, et quaecumque vobis alia necessaria esse scitis[i], ut et ista et illa aequali intentione praedicetis. Nec aliquid, quod vestrae sanctitati populo Dei utile videatur, omittite[k] ut pio studio non ammoneatis, quatenus ut et vestra sollertia et subiectorum oboedientia aeterna felicitate ab omnipotente Deo remuneretur.

1. Omnibus[l]. Sunt enim aliqui, qui culpis exigentibus ab episcopo proprio excommunicantur et ab aliis ecclesiasticis vel laicis praesumptiose in communionem accipiuntur: quod omnino sanctum Nicenum concilium[3] simul et Calcidonense[4] necnon et Antiochenum[5] atque Sardicense[6] fieri prohibent.

2. Episcopis. Item enim habetur in eodem concilio[7], ut eorum qui ad ordinandum veniunt fides et vita prius ab episcopo diligenter discutiatur, et sic ordinentur.

3. Omnibus. Item in eodem concilio[8] necnon et in Antiocheno[9] simul et in Calcidonense[10], ut fugitivi clerici et peregrini a nullo recipiantur nec ordinentur sine commendaticiis litteris et sui episcopi vel abbatis licentia.

4. Ad solos sacerdotes[m]. Item in eodem sinodo[11] interdictum est presbyteris et diaconibus vel omnibus qui in clero sunt mulierem[n] habere in domo sua propter suspicionem, nisi matrem aut sororem vel eas tantum personas quae suspiciones effugiunt.

5. Omnibus[o]. Item in eodem concilio[12] seu in decretis papae Leonis[13] necnon et in canonibus quae dicuntur apostolorum[14], sicut et in lege ipse Dominus praecepit, omnino omnibus interdictum est ad usuram aliquid dare.

6. Ad sacerdotes[p]. Auditum est aliquos presbyteros missam celebrare et non communicare: quod omnino in canonibus apostolorum[15] interdictum esse legitur. Vel quomodo dicere recte potest, si non communicaverit: 'sumpsimus, Domine, sacramenta?' Haec vero per singula capitula in statutis Nicoeni concilii[16] legere potestis seu in aliis sanctorum patrum synodalibus edictis.

7. Omnibus. In Antioceno concilio[17], quod his qui damnati sunt a synodo vel a suo episcopo et postea ministrare praesumunt praecipitur, ut nullus audeat ei communicare. Si quis vero ei communicat, simili sententia subiaceat sicut et damnatus.

8. Episcopis. Item in eodem concilio[18], ut ad metropolitanum episcopum suffragani episcopi respiciant, et nihil nove audeant facere in suis parrochiis sine conscientia et consilio sui metropolitani nec metropolitanus sine eorum consilio.

9. Sacerdotibus. Item in eodem concilio[19] simul et Acyronense[20], ut corepiscopi cognoscant modum suum et nihil faciant absque licentia episcopi in cuius parrochia habitant.

i) sciatis 4. 14. k) *sic* 9; amittere 5; omittatis 12. 14; *deest* 4; amittite *alii.* l) Episcopis omnibus 4. *Inscriptiones omittit* 11, *permultas om.* 1. m) *ita* 2. 10 et *alii; deest inscr.* 1; omnibus 4. 5. 14 *et alii.* n) non *add.* 4. 13. o) *deest* 1. p) Episcopis 4 *et alii.*

2) *Regum II. c.* 22. 23. 3) *Conc. Nicaen. c.* 5. 4) *Nihil hac de re in conc. Chalced.; Sangallensis collectio excerpit eiusdem concilii canonem* 8, *quo de communionis privatione statuitur.* 5) *c.* 2. 6. 6) *c.* 16. 7) *Conc. Nic. c.* 9. 8) *Conc. Nic. c.* 16. 9) *c.* 3. 10) *c.* 13. 11) *Conc. Nic. c.* 3. 12) *Conc. Nic. c.* 17. 13) *c.* 3. 14) *c.* 44. 15) *c.* 9. 16) *Nihil in ipsis hac de re.* 17) *c.* 4. 18) *Conc. Antioch. c.* 9. 19) *Conc. Antioch. c.* 10. 20) *Conc. Ancyr. c.* 12.

10. Omni[q] clero[q]. Item in eodem concilio[21], ut episcopus vel quilibet ex clero sine consilio vel litteris episcoporum vel metropolitani non audeant regalem dignitatem pro suis causis clamare, sed in commune episcoporum concilio causa eius examinetur[r].

5 11. Episcopis. Item in eodem concilio[22] simul et in Sardicense[23] necnon et in decretis Innocenti papae[24], ut nullus episcopus in alterius parrochia ordinationes aliquas audeat efficere vel negotia peragere quae ad eum non pertinent.

12. Episcopis[s]. Item in eodem concilio[25], ut episcopus eius ecclesiae curam habeat ad quam ordinatus est.

10 13. Episcopis[s]. Item in eodem concilio[26] necnon et in Calcidonense[27], ut provinciales episcopi cum suo metropolitano bis in anno propter causas ecclesiae concilia celebrent.

14. Episcopis[t]. In concilio Laudicense[28] necnon in Affricano[29] praecipitur, ut monachi et clerici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi causa.

15 15. Ad omnes[u]. Item in eodem concilio[30], ut a vespera usque ad vesperam dies dominica servetur.

16. Omnibus. Item in eodem concilio[31], ut ignota angelorum nomina nec fingantur nec nominentur, nisi illos quos habemus in auctoritate, id sunt Michahel, Gabrihel, Rafahel.

20 17. Clericis[v] et nonnanis[w]. Item in eodem concilio[32], quod non oporteat mulieres ad altare ingredi.

18. Sacerdotibus[x]. Item in eodem concilio[33], ut cauclearii[y], malefici, incantatores vel incantatrices fieri non sinantur.

19. Omnibus[z]. Item in eodem concilio[34] necnon et in Sardicense[35], quod non 25 oporteat in villolis vel in agris episcopos constitui.

20. Sacerdotibus[a]. Item in eodem concilio[36], ut canonici libri tantum legantur in ecclesia.

21. Clericis et monachis[b]. In concilio Calcidonense[37], ut non oporteat episcopos aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari: quia utrique deponendi sunt, et 30 qui ordinat et qui ordinatur, necnon et qui mediator est inter eos.

22[c]. Omnibus. Item de eadem re in canonibus apostolorum[38] legitur: quam heresim iam ipse princeps apostolorum in Simone mago terribiliter damnavit.

23. Omnibus. Item in eodem concilio[39] infra duo capitula necnon et in decretis Leonis papae[40], ut nec monachus nec clericus in secularia negotia transeat. Et ut 35 servum alterius nullus sollicitet ad clericalem vel monachicum ordinem sine voluntate et licentia domini sui[d].

24. Sacerdotibus. Item in eodem concilio[41] infra duo capitula necnon et in Sardicense[42], ut nec episcopi nec clerici non transmigrentur de civitate in civitatem.

25. Omnibus. Item in eodem synodo[43], ut nullus absolute ordinetur sine 40 pronuntiatione et stabilitate loci ad quem ordinatur.

q) Omnibus 12. r) urteili *in marg. add.* 1. s) *inscr.* om. 1. t) *deest* 1. u) Clericis 4. 5; *deest* 1. v) feminis 4. w) monachis 12. x) Omnibus 1. y) cauculearii 14; coclearii 4. 5. z) Episcopis 1. a) Omni clero 1. b) Episcopis et omni clero 1. c) *in codd.* 7. 8. 12. 14 *hoc caput iunctum est antecedenti.* d) promovere *add.* 10.

45 21) *Conc. Antioch. c.* 11. 12. 22) *Conc. Ant. c.* 13. 23) *Conc. Sard. c.* 18. 19. 24) *c.* 14. 9. 25) *Conc. Antioch. c.* 21. 26) *Conc. Ant. c.* 20. 27) *c.* 19. 28) *c.* 24. 29) *c.* 7. 30) *Conc. Laodic. c.* 29. 31) *ibid. c.* 35. 32) *ibid. c.* 44. 33) *ibid. c.* 36. 34) *ibid. c.* 57. 35) *c.* 6. 36) *Conc. Laod. c.* 59. 37) *c.* 2. 38) *c.* 30. 39) *Conc. Chalced. c.* 4. 9. 40) *c.* 1. 41) *Conc. Chalced. c.* 5. 10. 42) *Conc. Sard. c.* 1. 43) *Conc. Chalced. c.* 6.

26. Monachis et omni clero[e]. Item in eodem concilio[44], ut clerici et monachi in suo proposito et voto quod Deo promiserunt permaneant.

27. Sacerdotibus[f]. Item in decretis Innocenti papae[45] de eadem re, ut monachus, si ad clericatum proveatur[g], propositum monachicae professionis non ammittat.

28. Omnibus. Item in eodem concilio[46], ut, si clerici inter se negotium aliquod habuerint, a suo episcopo diiudicentur, non a secularibus. 5

29. Omnibus. Item in eodem concilio[47], ut nec clerici nec monachi conspirationes vel insidias contra pastorem suum faciant[h].

30. Omnibus. Item in eodem concilio[48], ut laici episcopos aut clericos non accusent, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio. 10

31. Omnibus. Item in eodem[49], ut loca quae semel Deo dedicata sunt ut monasteria sint, maneant perpetuo monasteria, nec possint ultra fieri saecularia habitacula.

32. Omnibus. In concilio Cartaginense[i][50]: primo omnium ut fides sanctae Trinitatis et incarnationis Christi, passionis et resurrectionis et ascensionis in celos diligenter omnibus predicetur. 15

33. Omnibus. Item in eodem[51] de prohibenda avaritia, ut nullus alienos fines usurpet vel terminos patrum transcendat.

34. Omnibus. Item in eodem[52] de his qui in periculo constituti sunt et convertunt se ad Deum, ut canonice requirant[k] reconciliacionem, et canonice reconcilientur.

35. Omnibus. Item in eodem[53], ut illi qui non sunt bonae conversationis et eorum vita est accusabilis, ut non audeant episcopos vel maiores natu accusare. 20

36. Omnibus. Item in eodem[54], ut qui excommunicato praesumtiose communicaverit excommunicetur et ipse.

37. Sacerdotibus. Item in eodem concilio[55] infra duo capitula, ut nullus presbyter[l] contra suum episcopum superbire audeat. 25

38. Omnibus. Item in eodem[56], ut clerici et[m] eclesiastici ordines[n], si culpam incurrerint, ut apud ecclesiasticos iudicentur, non apud saeculares.

39. Omnibus. Item in eodem[57], ut, qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat; si speciem aliam, eandem speciem quantum dederit accipiat.

40. Omnibus. In concilio Africano[58], ut virgines Deo sacratae a gravioribus personis diligenti custodia serventur. 30

41. Episcopis. Item in eodem[59], ut non liceat episcopo principalem cathedram suae parrochiae neglegere et ad aliquam ecclesiam in sua diocese magis frequentare.

42. Episcopis. Item in eodem[60], ut falsa nomina martyrum et incertae sanctorum memoriae non venerentur. 35

43. Omnibus. Item in eodem[61], ut nec uxor a viro dimissa alium accipiat virum vivente viro suo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

44. Episcopis. Item in eodem[62], ut probati a metropolitano iudices non spernantur.

45. Omnibus. Item in eodem[63] infra duo capitula, ut viles personae non 40

e) Monachis 4; Omnibus 9. 12; Sacerdotibus 2. 10. f) Omnibus 9. 12. g) probeatur 4; provehatur 14. h) non faciant 4. 5. i) Cardonense 7. k) *sic* 2—5; inquirant *alii.* l) aut diaconus *add.* 5. m) *et om.* 5. 12. n) ordinis 4. 5. 12.

44) *ibid. c.* 7. 45) *c.* 17. 46) *Conc. Chalc. c.* 9. 47) *Concil. Chalced. c.* 18. 48) *ibid. c.* 21. 49) *ibid. c.* 24. 50) *Prooemio.* 51) *Conc. Carth. c.* 5. 52) *ibid. c.* 7. 53) *ibid. c.* 8. 54) *ibid. c.* 9. 55) *ibid. c.* 10. 11. 56) *ibid. c.* 15. 57) *ibid. c.* 16. 58) *Conc. Afric. c.* 11. 59) *ibid. c.* 38. 60) *ibid. c.* 50. 61) *ibid. c.* 69. 62) *ibid. c.* 89. 63) *ibid. c.* 96. 97. 45

habeant potestatem accusandi. Et si in primo crimine victi sunt falsum dicere, in secundo non habeant potestatem dicendi.

46. Omnibus. Item in eodem[64], ut virgines non velentur ante viginti quinque annos, nisi rationabili necessitate cogente.

5 47. Omnibus. In concilio Gangarense[65], ut nulli liceat oblata, quae ad pauperes pertineant, rapere vel fraudare.

48. Omnibus sacerdotibus[o]. Item in eodem[66], ut ecclesiastica ieiunia sine necessitate rationabili non solvantur.

49. Sacerdotibus. In concilio Acyronense[67] inventum est in eos qui cum 10 quadrupedibus vel masculis contra naturam peccant: dura et districta penitentia. Quapropter episcopi et presbyteri, quibus iudicium penitentiae iniunctum est, conentur omnimodis hoc malum a consuetudine prohibere vel abscidere.

50. Episcopis. In concilio Neocaesariense[68], ut nullatenus presbyter ordinetur ante trigesimum aetatis suae annum, quia dominus Iesus non praedicavit ante trigesimum 15 annum.

51. Omnibus. In decretalibus Siricii papae[69], ut alterius sponsam nemo accipiat.

52. Episcopis, monachis, virginibus. Item eiusdem[70], ut monachi et virgines suum propositum omnimodis observent.

53. Omnibus. In decretalibus Innocenti papae[71], ut pax detur ab omnibus, 20 confectis Christi sacramentis.

54. Sacerdotibus. Item eiusdem[72], ut nomina publice non recitentur ante precem sacerdotalem.

55. Episcopis, sacerdotibus. Item eiusdem[73], ut nulli sacerdotum liceat ignorare sanctorum canonum instituta.

25 56. Episcopis. In decretis Leonis papae[74] sicut et in Sardicense concilio[75], ut episcopi alterius clericum ad se non sollicitent nec ordinent.

57. Episcopis. Item eiusdem[76], ut nullus episcopus servum alterius ad clericatus officium sine domini sui voluntate promovere praesumat; et hoc Gangarense concilium[77] prohibet.

30 58. Episcopis. Item eiusdem[78], ut si quis sacerdotum contra constituta decretalia praesumptiose agat et corrigi nolens, ab officio suo submoveatur.

59. Episcopis. In decretis Gelasii papae[79], ut nullus episcopus viduas velare praesumat.

60. Episcopis[p]. Haec enim, dilectissimi, pio studio et magna dilectionis in-35 tentione vestram unianimitatem ammonere studuimus, quae magis necessaria videbantur, ut sanctorum patrum canonicis institutis inhaerentes praemia cum illis aeternae felicitatis accipere mereamini. Scit namque prudentia vestra, quam terribili anathematis censura feriuntur qui praesumptiose contra statuta universalium conciliorum venire audeant. Quapropter et vos diligentius ammonemus, ut omni intentione illud horribile 40 execrationis iudicium vobis cavere studeatis, sed magis canonica instituta sequentes et pacifica unitate nitentes ad aeterna pacis gaudia pervenire dignemini[q]. Sunt[r] quoque aliqua[s] capitula quae nobis utilia huic praecedenti ammonitione subiungere visa sunt[r].

o) sac. *om.* 12. p) Item alia capitula 2. 7. 10, *in quibus hoc caput* 60. *pro novi capitularis prooemio, capita vero* 61. 62. *rell. pro capp.* 1. 2. *rell. habentur.* q) *sic* 2 — 5. 7. 10. 12; digni efficia-45 mini 1. 6. r) Sunt.... sunt *om.* 2. 7. 10. s) alia 5. 12.

64) *ibid. c.* 93. 65) *Conc. Gangr. c.* 8. 66) *ibid. c.* 19. 67) *Conc. Ancyr. c.* 15. 68) *Conc. Neocaes. c.* 11. 69) *c.* 4. 70) *Decret Syric. c.* 6. 71) *c.* 1. 72) *Decret. Innoc. c.* 2. 73) *Immo decret. Caelest. c.* 20. 74) *c.* 39. 75) *c.* 18. 19. 76) *Decret. Leon. c.* 1. 77) *c.* 3. 78) *Decret. Leon. c.* 5. 79) *c.* 13.

61. Omnibus. Primo omnium, ut fides catholica ab episcopis et presbyteris diligenter legatur et omni populo praedicetur, quia hoc primum praeceptum est domini Dei omnipotentis in lege[80]: 'audi, Israel, quia dominus Deus tuus Deus unus est. Et ut ille diligatur ex toto corde et ex tota mente et ex tota anima et ex tota virtute nostra'. 5

62. Omnibus. Ut pax sit et concordia et unianimitas cum omni populo christiano inter episcopos, abbates, comites, iudices et omnes ubique seu maiores seu minores personas, quia nihil Deo sine pace placet nec munus sanctae oblationis ad altare, sicut in euangelio[81] ipso Domino praecipiente legimus; quia et illud secundum mandatum est in lege[82]: 'diliges proximum tuum sicut te ipsum'; item in euangelio[83]: 10 'beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'. Et iterum[84]: 'in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem'. In hoc enim praecepto discernuntur filii Dei et filii diaboli; quia filii diaboli semper dissensiones et discordias movere satagunt: filii autem Dei semper paci et dilectioni student[85].

63. Omnibus. Ut quibus data est potestas iudicandi iuste iudicent, sicut scriptum 15 est[86]: 'iuste iudicate, fili hominum', non in muneribus, 'quia[87] munera excecant corda prudentium et subvertunt verba iustorum', non in adolatione, nec in consideratione personae, sicut in deuteronomio[88] dictum est: 'quod iustum est iudicate; sive civis sit ille sive peregrinus, nulla sit distantia personarum, quia Dei iudicium est'. Primo namque iudici diligenter discenda est lex a sapientibus populo conposita, ne per igno- 20 rantiam a via veritatis erret. Et dum ille rectum intellegat iudicium, caveat ne declinet, aut per adolationem aliquorum aut per amorem cuiuslibet amici aut per timorem alicuius potentis aut propter praemium a recto iudicio declinet; et honestum nobis videtur, ut iudices ieiuni causas audiant et discernant.

64. Omnibus. Item habemus in lege[89], Domino praecipiente: 'non periurabis 25 in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui', et[90] 'nec adsumes nomen domini Dei tui in vanum'. Ideo omnino ammonendi sunt omnes diligenter, ut caveant periurium, non solum in sancto euangelio vel in altare seu in sanctorum reliquiis, sed et in communi loquella; quia sunt aliqui qui per caritatem et veritatem iurant et cavent se a iuramento nominis Dei, et nesciunt quia idem est Deus quod est caritas et veritas, 30 dicente Iohanne apostolo[91], quia 'Deus caritas est'; item ipse Dominus in euangelio[92]: 'ego sum via et veritas'; ideo qui in veritate et caritate iurat, in Deo iurat. Item cavendum est, ne farisaica superstitione aliquis plus aurum honoret quam altare; ne dicat ei Dominus: 'stulte[93] et caece, quid est maius: aurum vel altare quod sanctificat aurum?' Sed et nobis honestum videtur, ut, qui in sanctis habeat iurare, hoc ieiunus 35 faciat cum omni honestate et timore Dei; et sciat, se rationem redditurum Deo uniuscuiusque iuramenti, ubicumque sit, sive intra aeclesiam, sive extra aeclesiam. Et ut parvuli qui sine rationabili aetate sunt non cogantur iurare, sicut Guntbodingi[t][94] faciunt. Et qui semel periuratus fuerit, nec testis sit posthaec nec ad sacramentum accedat nec in sua causa vel alterius iurator existat. 40

65. Omnibus. Item habemus in lege Domini[95] mandatum: 'non auguriamini'; et in deuteronomio[96]: 'nemo sit qui ariolos sciscitetur vel somnia observet vel ad auguria

t) *sic* 1. 14; buntgodingi 4; gundbodingi 12; gunbodingi 2; gunebodigni 9; gonebiidigni 10. 11; guneodigni 5.

80) *Deuteron.* 6, 4. 5. 81) *Matth.* 5, 23. 24. 82) *Levit.* 19, 18. 83) *Matth.* 5, 9. 45
84) *Ioh.* 13, 35. 85) *Cfr.* 1. *Ioh.* 3, 10. 86) *Zachar.* 8, 16. 87) *Deuteron.* 16, 19.
88) 1, 16. 17. 89) *Levit.* 19, 12. 90) *Exod.* 20, 7. 91) 1. *Ioh.* 4, 16. 92) *Ioh.* 14, 6.
93) *Matth.* 23, 19. 94) *Gundebada lege viventes, Burgundiones.* 95) *Levit.* 19, 26. 96) 18, 10. 11.

intendat'; item: 'ne sit maleficus nec incantator nec pithones consolator'. Ideo praecipimus, ut cauculatores nec incantatores nec tempestarii vel obligatores non fiant; et ubicumque sunt, emendentur vel damnentur.

Item de arboribus vel petris vel fontibus, ubi aliqui stulti luminaria vel alias 5 observationes faciunt, omnino mandamus, ut iste pessimus usus et Deo execrabilis, ubicumque inveniatur, tollatur et distruatur.

66. Omnibus. Item praedicari necesse est, quantum malum sit odium vel invidia, quia in lege[97] scriptum est: 'non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argues eum'; item Iohannes euangelista[98]: 'qui odit fratrem suum, homicida est'; item 10 in euangelio[99]: 'si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum', et cetera quae ibi leguntur. De avaritia autem apostolum legimus dicentem[1]: 'avaritia, quae est idolorum servitus, cavenda est'. Item de concupiscentia legitur[2], quod radix sit omnium malorum; et in lege[3]: 'non concupisces rem proximi tui'.

67. Episcopis[u], omnibus. Item ut homicidia infra patriam, sicut in lege[4] 15 Domini interdictum est, nec causa ultionis nec avaritiae nec latrocinandi non fiant; et ubicumque inventa fuerint, a iudicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur; et non occidatur homo, nisi lege iubente.

68. Omnibus. Item et furta et iniusta conubia necnon et falsa testimonia, sicut saepe rogavimus, prohibete diligenter, sicut et lex Domini prohibet[5].

20 69. Omnibus. Et hoc cum magno studio ammonete, ut filii honorent parentes suos; quia ipse Dominus dicit[6]: 'honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram quam dominus Deus tuus dabit tibi'.

70. Sacerdotibus. Ut episcopi diligenter discutiant per suas parrochias presbyteros, eorum fidem, baptisma et missarum celebrationes, ut et fidem rectam teneant 25 et baptisma catholicum observent et missarum preces bene intellegant, et ut psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur et dominicam orationem ipsi intellegant et omnibus praedicent intellegendam, ut quisque sciat quid petat a Deo; et ut 'Gloria Patri' cum omni honore apud omnes cantetur; et ipse sacerdos cum sanctis angelis et populo Dei communi voce 'Sanctus, Sanctus, Sanctus' decantet. Et omnimodis dicen-30 dum est presbyteris et diaconibus, ut arma non portent, sed magis se confidant in defensione Dei quam in armis.

71. Aliquid sacerdos, aliquid populus. Item placuit nobis ammonere reverentiam vestram, ut unusquisque vestrum videat per suam parrochiam, ut aecclesia Dei suum habeat honorem, simul et altaria secundum suam dignitatem venerentur, et 35 non sit domus Dei et altaria sacrata pervia canibus, et ut vasa sacrata Deo cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt vel cum honore serventur; et ut secularia nogotia vel vaniloquia in ecclesiis non agantur, quia domus Dei domus orationis debet esse, non spelunca latronum[7]; et ut intentos habeant animos ad Deum quando veniunt ad missarum sollempnia, et ut non exeant ante conpletionem benedictionis sacerdotalis.

40 72. Sacerdotibus. Sed et hoc flagitamus vestram almitatem, ut ministri altaris Dei suum ministerium bonis moribus ornent, seu alii canonice[v] observantiae ordines vel monachici[w] propositi congregationes[x]; obsecramus, ut bonam et probabilem habeant conversationem, sicut ipse Dominus in euangelio[8] praecipit: 'sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est',

45 u) deest 5. v) *sic* 2. 3; canonici *alii*. w) monachi 3—5. 9. 12. 14. x) consecratione 5.

97) *Levit.* 19, 17. 98) 1. *Ioh.* 3, 15. 99) *Matth.* 18, 15. 1) *Coloss.* 3, 5. 2) 1. *Timoth.* 6, 10. 3) *Exod.* 20, 17. 4) *Exod.* 20, 13. 5) *Exod.* 20, 14—16. 6) *Exod.* 20, 12. 7) *Cfr. Matth.* 21, 13. 8) *Matth.* 5, 16.

ut eorum bona conversatione multi protrahantur ad servitium Dei, et non solum servilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios adgregent sibique socient. Et ut scolae legentium puerorum fiant. Psalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per singula monasteria vel episcopia et libros catholicos bene emendate[y]; quia saepe, dum bene aliqui Deum rogare cupiunt, sed per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros non sinite eos vel legendo vel scribendo corrumpere; et si opus est euangelium, psalterium et missale scribere, perfectae aetatis homines scribant cum omni diligentia[z].

73. Sacerdotibus. Simul et hoc rogare curavimus, ut omnes ubicumque qui se voto monachicae vitae constrinxerunt monachice et regulariter omnimodis secundum votum suum vivant, secundum quod scriptum est[9]: 'vota vestra reddite domino Deo vestro', et iterum[10]: 'melius est non vovere, quam[a] non reddere'. Et ut ad monasteria venientes secundum regularem ordinem primo in pulsatorio probentur et sic accipiantur[b]. Et qui ex seculari habitu in monasterio veniunt, non statim foras ad ministeria monasterii mittantur antequam intus bene erudiantur. Et ut monachi ad saecularia placita non vadant. Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus ut illi canonice secundum suam regulam omnimodis vivant, et episcopus eorum regat vitam, sicut abbas monachorum.

74. Omnibus. Ut aequales mensuras et rectas et pondera iusta et aequalia omnes habeant, sive in civitatibus sive in monasteriis, sive ad dandum in illis sive ad accipiendum, sicut et in lege Domini praeceptum[11] habemus, item in Salamone[12], Domino dicente: 'pondus et pondus, mensuram et mensuram odit anima mea'.

75. Omnibus. Et hoc nobis competens et venerabile videtur, ut hospites, peregrini et pauperes susceptiones regulares et canonicas per loca diversa habeant: quia ipse Dominus dicturus erit in remuneratione magni diei: 'hospes[13] eram, et suscepistis me'; et apostolus hospitalitatem laudans, dixit[14]: 'per hanc quidam placuerunt Deo, angelis hospitio susceptis'.

76. Episcopis, abbatibus. Auditum est, aliquas abbatissas contra morem sanctae Dei ecclesiae benedictionis cum manus inpositione et signaculo sanctae crucis super capita virorum dare, necnon et velare virgines cum benedictione sacerdotali. Quod omnino vobis, sanctissimi patres, in vestris parrochiis interdicendum esse scitote.

77. Clericis. Ut illi clerici, qui se fingunt habitu vel nomine monachos esse, et non sunt, omnimodis videtur corrigendos atque emendandos esse, ut vel veri monachi sint vel veri canonici.

78. Omnibus. Item et pseudografia et dubiae narrationes, vel quae omnino contra fidem catholicam sunt et epistola pessima et falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes et in errorem alios mittentes quod de celo cecidisset[15], nec credantur nec legantur sed conburentur, ne in errorem per talia scripta populus mittatur. Sed soli canonici libri et catholici tractatus et sanctorum auctorum dicta legantur et tradantur.

79. Aliquid sacerdotibus, aliquid omnibus. Item ut isti mangones[16] et cotiones[c][17] qui sine omni lege vagabundi vadunt per istam terram, non sinantur

y) *ita* 4. 5. 14; emendent 3; emendatos *alii. In hoc verbo desinit codex* 14; *reliqua desiderantur.* z) aliquid 4. 5 10. a) vota *add.* 12. b) capiant 3—5. 12. c) cocciones 3. 10; cottiones 4; scottones 12.

9) *Deuteron.* 23, 21. 10) *Eccles.* 5, 4. 11) *Levit.* 19, 35. 36. 12) *Proverb.* 20, 10. 13) *Matth.* 25, 35. 14) *Ebr.* 13, 2. 15) *Idem Adalbertus (Capit. a.* 744. *c.* 2.*) dixerat circa annum* 744; *Jaffé, bibl. III.* 142. 16) *Fallaces, deceptores, etiam proxenetarum quoddam genus.* 17) *Francogall.* coquins; *vagi homines.*

vagare et deceptiones hominibus agere, nec isti nudi cum ferro, qui dicunt se data sibi poenitentia ire vagantes: melius videtur, ut si aliquid inconsuetum et capitale crimen conmiserint, ut in uno loco permaneant laborantes et servientes et paenitentiam agentes secundum quod sibi canonice inpositum sit.

5 80. Omni clero[d]. Ut cantum Romanum pleniter discant, et ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragatur, secundum quod beatae memoriae genitor noster Pippinus rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum tulit ob unanimitatem apostolicae sedis et sanctae Dei aeclesiae pacificam concordiam[18].

81. Omnibus[e]. Statuimus quoque secundum quod et in lege[19] Dominus prae-10 cipit, ut opera servilia diebus dominicis non agantur, sicut et bonae memoriae genitor meus in suis synodalibus edictis mandavit[20], id est quod nec viri ruralia opera exerceant nec in vinea colenda nec in campis arando, metendo vel foenum secando vel sepem ponendo nec in silvis stirpare vel arbores caedere vel in petris laborare nec domos construere nec in orto laborare; nec ad placita conveniant nec venationes exer-15 ceant. Et tria carraria opera licet fieri in die dominico, id est ostilia carra vel victualia vel si forte necesse erit corpus cuiuslibet ducere ad sepulcrum. Item feminae opera textilia non faciant nec capulent vestitos nec consuent vel acupictile faciant; nec lanam carpere nec linum battere nec in publico vestimenta lavare nec berbices tundere habeant licitum, ut omnimodis honor et requies diei dominicae servetur. Sed ad missarum sol-20 lempnia ad aeclesiam undique conveniant et laudent Deum in omnibus bonis quae nobis in illa die fecit.

82. Omnibus. Sed et vestrum videndum est, dilectissimi et venerabiles pastores et rectores ecclesiarum Dei, ut presbyteros quos mittitis per parrochias vestras ad regendum et ad praedicandum per ecclesias populum Deo servientem, ut recte et honeste 25 praedicent; et non sinatis nova vel non canonica aliquos ex suo sensu et non secundum scripturas sacras fingere et praedicare populo. Sed et vosmetipsi utilia, honesta et recta et quae ad vitam ducunt aeternam praedicate aliosque instruite, ut haec eadem praedicent.

Primo omnium praedicandum est omnibus generaliter, ut credant Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse Deum omnipotentem, aeternum, invisibilem, qui crea-30 vit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt, et unam esse deitatem, substantiam et maiestatem in tribus personis Patris et Filii et Spiritus sancti.

Item praedicandum est, quomodo Dei filius incarnatus est de Spiritu sancto et ex Maria semper virgine pro salute et reparatione humani generis, passus, sepultus et tertia die resurrexit et ascendit in celis; et quomodo iterum venturus sit in maiestate divina, iudicare 35 omnes homines secundum merita propria; et quomodo impii propter scelera sua cum diabulo in ignem aeternum mittentur, et iusti cum Christo et sanctis angelis suis in vitam aeternam.

Item diligenter praedicandum est de resurrectione mortuorum, ut sciant et credant in iisdem corporibus premia meritorum accepturos.

Item cum omni diligentia cunctis praedicandum est, pro quibus criminibus depu-40 tentur cum diabulo in aeternum supplicium. Legimus enim, apostolo[21] dicente: 'manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, inmunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, irae, rixae, dissensiones, haereses, sectae, invidiae, homicidia, ebrietates, comessationes et his similia: quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non 45 possidebunt[f]'. Ideo haec eadem quae magnus praedicator ecclesiae Dei singillatim nomi-

d) Omnibus clericis 7. e) Episcopis omnibus 4. f) consequentur 12; consecuntur neque possidebunt 5.

18) *Cfr. Karoli epist. generalem* 786—800; *infra C.* 30. 19) *Exod.* 20, 8—10. 20) *Conc. Vern.* 755. *c.* 14. 21) *Galat.* 5, 19—21.

navit cum omni studio prohibete, intellegentes quam sit terribile illud quod dixit: 'qui talia agunt, regnum Dei non consequentur'.

Sed omni instantia ammonete eos de dilectione Dei et proximi, de fide et spe in Deo, de humilitate et patientia, de castitate et continentia, de benignitate et misericordia, de elimosinis et confessione peccatorum suorum, et ut debitoribus suis secundum dominicam orationem sua debita dimittant: scientes certissime, quod qui talia agunt regnum Dei possidebunt.

Et hoc ideo diligentius iniungimus vestrae caritati, quia scimus temporibus novissimis pseudodoctores esse venturos, sicut ipse Dominus in euangelio[22] praedixit, et apostolus Paulus ad Timotheum[23] testatur. Ideo, dilectissimi, toto corde praeparemus nos in scientia veritatis, ut possimus contradicentibus veritati resistere, et divina donante gratia verbum Dei crescat et currat et multiplicetur in profectum sanctae Dei ecclesiae et salutem animarum nostrarum et laudem et gloriam nominis domini nostri Iesu Christi. Pax praedicantibus, gratia oboedientibus, gloria domino nostro Iesu Christo. Amen[f].

f) *in cod.* 1. *tamquam subscriptio subnexa est legationis edicti quod sequitur inscriptio.*

22) *Matth.* 24, 11. 23) 1. Timoth. 4, 1.

---

23. DUPLEX LEGATIONIS EDICTUM.

789. m. Martio 23.

Exstat in codicibus 1) *Eporediensi* 34. *fol.* 13. 2) *Epored.* 33. *fol.* 133[v]. 3) *Sangall.* 733. *pag.* 64. 4) *Paris.* 4613. *fol.* 82. *(omissis c.* 8. 32—34*)* 5) *Paris.* 9654. *fol.* 9. 6) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 11[v]. 7) *Monac.* 3853. *fol.* 290[v] *(in quo excerpta tantum sunt c.* 2. 4. 6. 10. 15. 16. 18. 20. 23. 25. 30—34. 36) 8) *Monac.* 14468. *fol.* 110. 9) *Monac.* 19416. 10) *Mutin. cath. D. I,* 2. *fol.* 168. 11) *Gothan.* 84. *fol. fere* 218. 12) *Bruxell.* 8654—8682. 13) *Lugdun. Voss. Q.* 119. *fol.* 136 *(in quo leguntur nonnisi cap.* 22—24. 26—28. 30. 31. 34*)* 14) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52, *in quo folio fere* 87 *et fol.* 134. *excerpta sunt capp.* 17—20. *et capp.* 26. 27.

Capitula 1—16. *monastica sunt et regulae S. Benedicti ratione habita concepta, capitula contra* 17—37. *generalia. Inscriptio haud dubie ad utrumque capitum ordinem pertinet; in codicibus* 4. 10—12. *una numerorum serie omnia triginta septem capitula iuncta apparent, quem numerandi modum in editione nostra secuti sumus.*

(B. I. 241; *P. I,* 67.*)*

Anno[a] dominicae incarnationis DCCLXXXVIIII[b]. indictione XII. anno XXI[c]. regni nostri actum est huius legationis edictum in Aquis palatio publico. Data[d] est haec carta die X[e]. Kalendas Aprilis.

a) *In codd.* 1—4. 8—12 *hoc legationis edictum continuo subnectitur admonitioni generali, ut verba* Anno dominicae *rell. tam pro admonitionis subscriptione quam pro edicti inscriptione haberi possint; in codd.* 5—7 *edictum solum traditur, eique inscripta sunt verba* Anno dom. *rell., in codd. Par.* 4628 *A et* 10758, *et in cod. Guelf. inter Blank* 130. 52 *sola admonitio sine verbis* Anno dominicae *rell. invenitur; in cod. sane Guelf. inter Helmst.* 496 *ipsam admonitionem tamquam subscriptio verba* Anno dominicae *rell. sequuntur. Haud dubie autem verba pro inscriptione contra unius Helmstadensis codicis auctoritatem habenda sunt, cum capitula quae sequuntur, memoriae causa in usum missorum scripta, vere* legationis edictum *efficiant, capita contra quae in plurimis codicibus antecedunt* admonitionem generalem *contineant. In cod.* 7 *inscriptio ita abbreviatur:* Anno incarnationis DCCLXXXVIII. VIII. Kl. april. in aq̄ palat. b) DCCLXXVIIII. *cod.* 2; DCCLVIII. *c.* 4; DCCLXXXVIII. *c.* 7. 10. c) vigisimo 2; XX. *codd.* 3. 9; *deest* 11. d) Datum 2. 3; Factum 4. e) XIIII. *cod.* 4.

1. De monachis gyrovagis vel sarabaitis[f] [1].

2. De anachoritis[1]: melius est ut hortentur in congregatione permanere, quam animus eorum aliubi ambulare temptet.

3. Ut[2] non parvipendentes sint pastores animarum sibi commissarum, nec maiorem 5 curam habeant de lucris terrenis quam de animabus sibi commissis.

4. De[g] [3] oboedientia quae abbati[g] exhiberi debet, et ut absque murmuratione fiat[h].

5. De[4] decanis et praepositis: ut eorum mutatio secundum regulam fiat.

6. De[5] cellerariis monasterii: ut non avari mittantur[i], sed tales[i] quales regula praecipit.

10 7. Ut[6] ubi corpora sanctorum requiescunt aliud oratorium habeatur, ubi fratres secrete possint orare.

8[k]. De[7] eulogiis.

9. De[8] susceptione hospitum: sicut regula continet.

10. De[9] vestimentis monachorum: ubi superfluum est, abscidatur; et ubi minus, 15 augeatur.

11. De[10] noviter venientibus ad conversationem[l]: ut secundum regulam probentur, et non antea suscipiantur nisi sicut regula iubet; et nullus cogatur invitus promittere. Et de oboedientia et de stabilitate permanendi, sicut regula habet.

12. De[11] filiis nobilium qui offeruntur.

20 13. De[12] ordinando[m] abbate[m].

14. De[13] fratribus in via directis.

15. Ut nullus abbas pro susceptione monachi praemium non[n] quaerat.

16. Ut disciplina monachis regularis imponatur non secularis, id est non orbentur nec mancationes alias habeant nisi ex auctoritate regulae.

---

25 17. Ut[o] comites[o] pupillorum et orfanorum causas primum audiant; et in venationem non vadant illo die quando placitum debent custodire nec ad pastum.

18. De sacramentis fidelitatis causa, quod nobis et filiis nostris iurare debent, quod his verbis contestari debet: 'Sic promitto ego ille partibus domini mei Caroli regis et filiorum eius, quia fidelis sum et ero diebus vitae meae sine fraude et malo 30 ingenio'.

19. De monasteriis minutis ubi nonnanes sine regula sedent, volumus ut in unum locum congregatio fiat regularis, et episcopus praevideat ubi fieri possint. Et[14] ut nulla abbatissa foras monasterio exire non praesumat sine nostra iussione nec sibi subditas facere permittat; et earum claustra sint bene firmata, et nullatenus ibi winileo- 35 dos[p] [15] scribere vel mittere praesumant: et de pallore earum propter sanguinis[q] minuationem[r].

f) sarabatos 3. g) De abbatum oboedientia quae 3. h) faciant 3. i) sed tales mitt. 5. 6. 8; tales *om.* 3. 4. k) *cap. deest* 4. l) conversionem 5. 6. 9. m) ordinatis abbatibus 4. n) non *om.* 5. 6. 8. o) Primum comitem 4. p) *ita* 6. 8. 9. 12; winileodes 5; winileudos 2. 3; 40 veníleudus 11; ubi melius dis 4. q) sanguinem 3. 4. r) *ita* 2. 5. 6. 9; minutionem 12; novationem 3. 4.

1) *Reg. Bened.* 1. 2) *Reg. Bened.* 2 *sub fine.* 3) *ibid.* 5. 4) *ibid.* 21. 5) *ibid.* 31. 6) *ibid.* 52. 7) *ibid.* 54. 8) *ibid.* 53. 9) *ibid.* 55. 10) *ibid.* 58. 11) *ibid.* 59. 12) *ibid.* 64. 13) *ibid.* 67. 14) *Cfr. supra Concil. Vern.* 755. *c.* 6. 15) *Cantica sodalicia et vulgaria.*

20. De tabulis vel codicibus requirendis, et ut nullus in psalterio vel in euangelio vel in aliis rebus sortire praesumat, nec divinationes aliquas observare.

21. Ut nullus glorietur per iniustam[s] rationem aut conquirere aliquid aut continere.

22. Ut illae disciplinae, quae propter legem conservandam sunt constitutae, propter praemium non dimittantur. 5

23. Ut audiant episcopi baptisterium presbyterorum, ut secundum morem Romanum baptizent[16].

24. De calciamentis[t] secundum Romanum usum.[17]

25. Ut in diebus festis vel dominicis omnes ad ecclesiam veniant; et non invitent presbyteros ad domus suas ad[u] missam faciendam[u]. 10

26. Omnino[v] prohibendum est omnibus ebrietatis malum, et istas coniurationes[18] quas faciunt per sanctum Stephanum aut per nos aut per filios nostros prohibemus. Et praecipimus, ut episcopi vel abbates non vadant per casas miscendo.

27. De eo quod missi nostri providere debent, ne forte aliquis clamor super episcopum vel abbatem seu abbatissam vel comitem seu super qualemcumque gradum sit, 15 et nobis renuntiare.

28. De iniustis teloneis.

29. De manu leprosi.

30. Ut monachi et qui in sacerdotali gradu constituti sunt ad secularia negotia non transeant. De reliquis tonsoratis detur spatium usque in synodum nostrum. 20

31. Ut episcopi et abbates et abbatissae cupplas[w] canum non habeant nec falcones nec accipitres nec ioculatores.

32. De pauperibus in plateis vel in quadruviis iacentibus: ut ad ecclesiam veniant et illorum confessiones donent.

33. Ut super altaria teguria fiant vel laquearia. 25

34. Ut cloccas non baptizent nec cartas per perticas appendant[x] propter grandinem[19].

35. Ut missi nostri provideant beneficia nostra quomodo sunt condricta[y][20], et nobis renuntiare[z] sciant[z].

36. De leprosis: ut se non intermisceant alio populo.

37. Et omnino missis nostris praecipimus, ut bona quae aliis per verbum nostrum 30 docent facere factis in se ipsis ostendant.

s) iusta 4; iustitae 5. 6. t) sacramentis 4. u) missas ad faciendas 5. 6. v) De coniuratione bibendi *praefiguntur* 6. w) cuppla 3; coppla 4. x) pendant 5. 6. 8. 9. y) condirecta 3; conderata 4. z) renuntiata sunt 4.

16) *Cfr. Concil. Mogunt.* 813. *c.* 4. 17) *Cfr. Einh. vita Karoli M. c.* 23: calceis Romano more 35 formatis induebatur. 18) *Societates vel gildoneae ad comessationes praecipue faciendas initae nomine et auspiciis S. Stephani, cuius dies (*26 *m. Decembris) incidit in festum paganicum* Julfest *dictum, vel nomine regis vel filiorum regis. Cfr. etiam Cap. Haristall.* 779 *c.* 16. 19) *Ne campanarum baptisma propter grandinem avertendam fiat et ne cartae quibus signa vel verba magica inscripta sunt in arboribus vel perticis appendantur.* 20) *Cfr. Cap. Aquit.* 768 *c.* 5.

24. BREVIARIUM MISSORUM AQUITANICUM.

789.

Exstat, mutilum ut videtur, in cod. Lugdun. Batav. Voss. Q. 119. *fol.* 135.

Legatis in Aquitaniam missis brevi hoc memoratorio, quod alias dicitur, a Karolo iniungitur, ut anteriorum capitularium praecepta, potissimum Pippini patris quoddam edictum, observari faciant et de rebus in memoratorio breviter indicatis regi referant. Breviarium Pippini edicto (768) *vicennio fere esse posterius, capite probatur secundo; quamobrem anno* 789 *recte adscribitur, quo et missos per regnum universum ablegatos et sacramenti fidelitatis regi praestandi formulam noviter vel conceptam vel publice edictam esse pro certo scimus.* (*B. deest; P. II,* 14).

Incipit breviarium de illa capitula quae domnus rex in Equitania Mancione[a] et Eugerio[a] missis suis explere [iussit[b] et[b]] sacramentum fidelitatis[c] iurare[c][1].

De illo edicto quod domnus et genitor noster Pipinus instituit et nos in postmodum pro nostros[d] missos conservare et implere iussimus[2] vel de nostros edictos[3], quomodo fuerunt custoditi.

2. De illa restauratione ecclesiarum[4]: illi qui res eorum habent per istos XX. annos, quid egere inde aut quare non sunt.

3. Ut si aliquid[e] de illas res ecclesiae, quas eo tempore possidebant, quando illa patria sub nostris manibus posuit, postea minimatum vel abstractum fuit exinde[5].

4. Ut episcopi, abbatis vel coenobie sanctorum sub ordine sancto esse redebuissent, propter quid non sunt[6].

5. Ut ad illos pauperes nova aliqua consuetudo inposita fuit postea[7].

6. Quomodo illis beneficiis habent condrictos provideant vel suos proprios[8].

7. Ut qui[f] ostiliter ad nos perget, quomodo debeat agere[9].

8. Ut dum in hoste aut in aliqua utilitate nostra aliquis[g] fuerit, et de suis res aliquit exforciaverit vel disvestiverit[10].

9. De illis beneficiis intentiosis[11].

10. De missis nostris, quicquid apud illis seniores consensaverit[12].

11. Ut decima de omnia secundum iussionem episcopi dispensentur, et omnes dent[13].

12. De illis latronibus, homicidiis de infra inmonitate[14].

13. De vindicta latronibus aliquae vel occasione[15].

14. De rebus ecclesiae nono et decimo vel de causis[h] censatis[h] precarias renovare debet[16].

a) mancione teugerio *c.* b) *desunt verba in codice.* c) fidelitati einráe *c.* d) nos *c.* e) aliquis *c.* f) quod *c.* g) aliquit *c.* h) casis censitis?

1) *Cfr. Legationis edictum* 789 *c.* 18. 2) *Pippini cap. Aquitan.* 768. 3) *Praesertim Cap. ao.* 779 *editum.* 4) *Pippini edictum c.* 1. 5) *Pip. cap. Aquit.* 768 *c.* 3. 6) *ibidem* 2. 7) *ibid.* 4. 8) *ibid.* 5. 9) *ibid.* 6. 10) *ibid.* 7. 11) *ibid.* 9. 12) *ibid.* 12. 13) *Capit.* 779 *c.* 7. 14) *ibid. c.* 8. 9. 15) *ibid.* 11. 16) *ibid.* 13.

15. De truste non faciendo[17].
16. De gellonia[18].
17. De collectas super iterantibus[19] vel de pontibus aut navigiis[20] qui orationis causa vadunt.
18. De herba defensionis tempore[i] [19]. . . . .

i) *Finis paginae; folium insequens hodie excisum est.*

17) *Capit.* 779. *c.* 14. 18) *ibid.* 16. 19) *ibid.* 17. 20) *Cfr. Pipp. capit.* 754. 755 *c.* 4.

---

25. CAPITULARE MISSORUM.

792 vel 786.

Exstant capitula in unico codice Parisiensi 4613. *fol.* 68. *numeris LVIII—LXI numerata et proxime subiuncta capitulari cum Italiae episcopis intra annos* 790 *et* 800 *deliberato (infra C.* 95.*), quocum parum recte in editionibus anterioribus commixta sunt. Quo anno data sint non omnino liquet: conturbium enim capite primo commemoratum tam de Thuringorum seditione anno* 786 *commota quam de Pippini Karoli regis filii ex concubina Himiltrude geniti coniuratione anno* 792 *facta, de qua conferre iuvat documentum quoddam Karoli ao.* 797, *die* 31. *Martii datum, (Bouquet, recueil V. p.* 758*) intellegi licet. Anno sane* 792 *capitula tribuenda videntur spectanti locum, quo ipsa in capitulorum serie chronologice ut videtur digestorum inveniuntur in codice Parisiensi. Mere italica haec capita esse non affirmaverim, etiamsi codex capitularis exemplar quoddam missis in Italiam ablegatis datum servasse videtur: nam capita omnia in Parisiensi codice scripta in Italia vigorem habuisse non dubium est. Karoli, non Pippini Italiae regis nomine haec capitula missis tradita fuisse credendum est. Inscriptio et caput* 1 *unum capitulum efficiunt in codice; item capita* 2. 3. 4. *uno capite in codice coniuncta leguntur. Codex Parisiensis cum textum admodum corruptum semper praebeat, hoc quoque capitulare intellectu interdum difficile est.* *(B. I,* 540. *c.* 35; *P. I,* 51. *c.* 6.*)*

De singulis capitulis quibus domnus rex missis suis praecepit, quomodo[a] illa[a] sacramenta debeant audire et facere.

Quam ob rem istam sacramenta sunt necessaria, per ordine ex antiqua consuetudine explicare faciant[b], et quia modo isti infideles homines magnum conturbium in regnum domni Karoli regi voluerint terminare et in eius vita consiliati sunt et inquisiti dixerunt, quod fidelitatem[1] ei non iurasset.

2. Quomodo illum sacramentum iuratum esse debeat ab episcopis et abbatis sive[c] comitibus vel bassis regalibus necnon vicedomini, archidiaconibus adque canonicis[2].

a) *ita correxi,* qui nulla *c.; cfr. autem cap.* 2. b) faciunt *c.* c) sine *c.*

1) *Cfr. Legationis edictum* 789 *c.* 18. 2) *Quomodo sacramentum a proceribus hic dictis praestandum sit, non edicitur: missi hac de re ab ipso rege verbis instructi fuisse videntur, id quod in multis missorum capitulis intellegendum est.*

3. Clerici qui monachorum nomine non pleniter conversare[d] videntur et ubi regula sancti Benedicti secundum ordinem tenent, ipsi in verbum tantum et in veritate promittant[e], de quibus specialiter abbates[f] adducant domno nostro[3].

4. Deinde advocatis et vicariis, centenariis sive fore censiti presbiteri[4] atque cunctas 5 generalitas populi, tam puerilitate annorum XII quamque de senili, qui ad placita venissent et iussionem adimplere seniorum et conservare possunt, sive pagenses[g], sive episcoporum et abbatissuarum vel comitum homines[h], et reliquorum homines[h], fiscilini quoque et coloni et ecclesiasticis adque servi, qui honorati beneficia et ministeria tenent vel in bassallatico honorati sunt cum domini sui et caballos, arma et scuto et lancea 10 spata et senespasio habere possunt: omnes iurent. Et nomina vel numerum de ipsis qui iuraverunt ipsi[i] missi[i] in brebem secum adportent; et comites similiter de singulis centinis[k] semoti[k], tam de illos qui infra pago nati sunt et[l] pagensales fuerint, quamque et de illis qui aliunde in bassalatico commendati sunt. Et si fuerint aliquis qui per ingenio fugitando de comitatu ad aliud comitatu se propter ipsum sacramentum distu- 15 lerit aut per superbia iurare noluerint, semoti per brebem renuntiare sciant, et tales aut per fideiussores mittant aut[m] si[m] ipsi fideiussores non habuerint qui in praesentia domni regis illos abducant, sub custodia servent[n]; aut si in illo vicinio habitare voluerint, sicut caeteri iurent. Et si fugitivum quis devenerint[5], domno regi nuntiatum fiant per ipsos missos.

20 5. Explicare debent ipsi missi, qualiter domni regi dictum est, quod multi se conplangunt legem non habere conservatam, et quia omnino voluntas domni regis est, ut unusquisque homo suam legem pleniter habeat conservata; et si alicui contra legem factum est, non est voluntas nec sua iussio. Verumtamen si comis aut missus vel quislibet homo hoc fecit, fiat annuntiatum domni regi, quia ipse plenissime haec emen- 25 dare vult. Et per singulos inquirant, quale habeant legem ex nomine[o]. Et nullatenus sine comite de ipso pago istam legationem perficiant, excepto si ille comis in alia utilitate domni regis non fuerit aut aliqua infirmitates eum non detenuerit [quod[p] ibi esset, non habeat].

6[q]. *Ut parata ser*vitia habeant ipsi missi una cum *comitibus qui in e*orum mini- 30 steriis fuerint, ut omnes *generaliter h*oc anno veniant hostiliter in solatio *domni regis* sicut sua fuerit iussio, et pacem in tran*situ custodia*nt infra patria; qui per epistolas suas de *voluntate sua il*lis significare vult, quando vel ubi *debeant in*ter se coniungi.

d) conservare *c.* e) permittant *c.* f) abbas *c.* g) palenses *c.* h) hominum *c.* i) ipsis missis *c.* k) *ita coniecit Sickel, (cfr. infra:* semoti per brebem), centini esse noti *c.* 35 l) et *om. c.* m) *ita correxi;* et, *om. si, c.* n) servetur *c.* o) natione *emendat Waitz.* p) *verba sub fine posita vel mutila vel prorsus corrupta videntur.* q) *Folii parte in codice dissecta desunt septem linearum initia; lacunas supplere studuit Pertzius, cuius coniecturas partim satis probabiles litteris obliquis indicavi.*

3) *De fide a regularibus et monachis promittenda missi abbates specialiter regi referre iubentur.* 40 4) *Clerici extra (foras) congregationes et monasteria viventes qui distinguuntur a personis capite* 3 *dictis; fortasse legendum est 'forenses presbyteri', uti legitur in capitulari Baiwarico circa a.* 810 *edito cap.* 2. 5) *Si quis fuga evaserit.*

26. CAPITULATIO DE PARTIBUS SAXONIAE.

775 – 790.

Traditur capitulare in unico codice Vaticano inter Palatinos 289 *numerato, fol.* 60.

Quo anno editum sit, inter viros doctos minime constat: nam alii anno 777 *(a Richthofen), alii anno* 780, *alii a.* 782 *(Waitz), alii a.* 785 *(Pertz, Merkel et multi alii), alii anno* 788 *capitulare adscribunt, quibus annis Karolus placitum in diversis Saxoniae locis habuit. Nihilo vero cogi videmur, ut capitulare in ipsa Saxonia ortum esse pro certo statuamus, cum praesertim alterum illud Karoli capitulare Saxonicum anno* 797 *non in Saxonia sed Aquisgrani potius promulgatum sit. Quo anno et loco nostra capitulatio edita fuerit, in incerto relinquendum esse duco idque tantum affirmaverim, ipsam anteriorem esse altero Saxonico capitulari et intra annos fere* 775 *et* 790, *cum Saxonia nondum esset debellata et pacificata, vel in Saxonia vel in alia Francorum regni parte fuisse ortam. Amplissimum annotationum apparatum ad capitulare nostrum in Legum tomo quinto pag.* 34—46 *editum praebuit vir doctissimus Karolus a Richthofen.* *(P. I,* 251; *P. I,* 48.*)*

Capitulatio[a] de partibus Saxonie.

Constitute[b] sunt[b] primum de maioribus capitulis. Hoc placuit omnibus, ut ecclesiae Christi, que[c] modo construuntur in Saxonia et Deo sacratae sunt, non minorem habeant honorem sed maiorem et excellentiorem quam vana habuissent idolorum.

2. Si quis confugiam fecerit in ecclesiam, nullus eum de ecclesia per violentiam expellere praesumat, sed pacem habeat usque dum ad placitum praesentetur, et propter honorem Dei sanctorumque ecclesiae ipsius reverentiam concedatur ei vita et omnia membra. Emendet[d] autem causam in quantum potuerit et ei fuerit iudicatum; et sic ducatur ad praesentiam domni regis, et ipse eum mittat ubi clementiae ipsius placuerit[2].

3. Si quis ecclesiam per violentiam intraverit et in ea per vim vel furtu aliquid abstulerit vel ipsam ecclesiam igne cremaverit, morte moriatur.

4. Si quis sanctum quadragensimale ieiunium pro despectu christianitatis contempserit et carnem comederit, morte moriatur; sed tamen consideretur a sacerdote, ne forte causa necessitatis hoc cuilibet proveniat ut carnem commedat[3].

5. Si quis episcopum aut presbyterum sive diaconum interficerit, similiter capite punietur.

6. Si quis a diabulo deceptus crediderit secundum morem paganorum, virum aliquem aut feminam strigam esse et homines commedere[4], et propter hoc ipsam incen-

a) Capitula quae *emendat P; sed emendatione non opus est, cum* 'capitulatio' *pro* 'capitulari' *occurrat etiam in cod. Paris.* 3859, *in quo capitulis praefiguntur verba* 'Incipit capitulatio de diversis consiliis atque sententiis' *(Maassen, Geschichte d. Quellen d. kanon. Rechts* I. p. 841), *itemque in documento italico ao.* 806 *scripto (edito apud Troya, della condizione de' romani vinti, Registr. Farf. num.* 200): 'sicuti edicti pagina capitulationis domini Haistulphi continet'. b) *verba* constitute sunt *in codice iunguntur cum antecedentibus inscriptionis verbis.* c) quo *c.* d) emendat *c.*

1) *Fana templa paganorum dicuntur etiam in lege Fris. tit. V. et add. sapient. XI., quibus locis de eorum quoque honore similiter atque in sequenti hoc capite* 3. *de ecclesiis statuitur.* 2) *Cfr. capit. Haristallense* 779. *c.* 22. 3) *Cfr. Capit. episcoporum* 780 (?): vel qui potentes sunt... vel qui hoc facere possunt. 4) *Cfr. edict. Rothari c.* 376*; aliter L. Sal. emend.* 67, 3.

derit vel carnem eius ad commedendum dederit vel ipsam commederit, capitali[e] sententiae punietur.

7. Si quis corpus defuncti hominis secundum ritum[5] paganorum flamma consumi fecerit et ossa eius ad cinerem redierit, capitae punietur.

5 8. Si quis deinceps in gente Saxonorum inter eos latens non baptizatus se abscondere voluerit et ad baptismum venire contempserit paganusque permanere voluerit, morte moriatur.

9. Si quis hominem diabulo sacrificaverit et in hostiam more paganorum daemonibus obtulerit, morte moriatur.

10 10. Si quis cum paganis consilium adversus christianos inierit vel cum illis in adversitate christianorum perdurare voluerit, morte moriatur; et quicumque hoc idem fraude contra regem vel gentem christianorum consenserit, morte moriatur.

11. Si quis domino regi infidelis apparuerit, capitali sententia punietur.

12. Si quis filiam domini sui rapuerit, morte morietur.

15 13. Si quis dominum suum vel dominam suam interficerit, simili modo punietur[6].

14. Si vero pro his mortalibus criminibus latenter commissis aliquis sponte ad sacerdotem confugerit et confessione data ageri poenitentiam voluerit, testimonio sacerdotis de morte excusetur.

15. De minoribus capitulis consenserunt omnes. Ad unamquamque 20 ecclesiam curte et duos mansos terrae pagenses ad ecclesiam recurrentes condonant, et inter centum viginti homines, nobiles et ingenuis similiter[f] et litos[f], servum et ancillam eidem ecclesiae tribuant.

16. Et hoc Christo propitio placuit, ut undecumque census aliquid ad fiscum pervenerit, sive in frido sive in qualecumque banno et in omni redibutione ad regem 25 pertinente, decima pars ecclesiis et sacerdotibus reddatur.

17. Similiter secundum Dei mandatum praecipimus, ut omnes decimam partem substantiae et laboris suis ecclesiis et sacerdotibus donent: tam nobiles quam ingenui similiter et liti, iuxta quod Deus unicuique dederit christiano, partem Deo reddant.

18. Ut in dominicis diebus conventus et placita publica non faciant, nisi forte pro 30 magna necessitate aut hostilitate cogente, sed omnes ad ecclesiam recurrant ad audiendum verbum Dei et orationibus vel iustis operibus vacent. Similiter et in festivitatibus praeclaris Deo et ecclesiae conventui deserviant et secularia placita demittant.

19. Similiter placuit his decretis inserere, quod omnes infantes infra annum baptizantur; et hoc statuimus, ut si quis infantem intra circulum anni ad baptismum offerre 35 contempserit sine consilio vel licentia sacerdotis, si de nobile generi fuerit centum viginti solidos fisco conponant, si ingenuus sexaginta, si litus triginta.

20. Si quis prohibitum vel inlicitum coniugium sibi sortitus fuerit, si nobilis solidos sexaginta, si ingenuus triginta, si litus quindecim.

21. Si quis ad fontes aut arbores vel lucos votum fecerit aut aliquit more gen- 40 tilium obtulerit et ad honorem daemonum commederet, si nobilis fuerit solidos sexaginta, si ingenuus triginta, si litus quindecim. Si vero non habuerint unde praesentaliter persolvant, ad ecclesiae servitium donentur usque dum ipsi solidi solvantur.

22. Iubemus ut corpora christianorum Saxanorum ad cimiteria ecclesiae deferantur et non ad tumulus paganorum.

45 23. Divinos et sortilegos ecclesiis et sacerdotibus dare constituimus.

e) capitali *corr.* capitis *c.* f) similiter. et litos *distinguitur in cod.*

5) *Tac. Germ.* 27. 6) *Edict. Rothari c.* 13.

24. De latronibus et malefactoribus, qui de una comitatu ad alium confugium fecerint, si quis eos receperit in suam potestate et septem[g] noctibus secum detenuerit, nisi ad praesentandum[h], nostrum bannum solvat. Similiter si comis eum absconderit et ad iustitiam faciendam praesentare noluerit et ad hoc excusare non potest, honorem suum perdat. 5

25. De pignore: ut nullatenus alterum aliquis pignorare praesumat; et qui hoc fecerit, bannum persolvat.

26. Ut nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro iustitia reclamandi aliquis praesumat; et si aliquis hoc facere conaverit, nostrum bannum persolvat.

27. Si quis homo fideiussorem invenire non potuerit, res illius in forbanno mit- 10 tantur usque dum fideiussorem praesentet. Si vero super bannum in domum suum intrare praesumpserit, aut solidos decem aut unum bovem pro emendatione ipsius banni conponat, et insuper unde debitor exstitit persolvat. Si vero fideiussor diem statutum non observaberit, tunc ipse tantum damni incurrat quantum manus sua fideiussoris exstitit; ille autem qui debitor fideiussori exstitit duplum restituat, pro eo quod fideius- 15 sorem in damnum cadere permisit.

28. De praemiis et muneribus: ut munera super innocente nullus accipiat; et si quis hoc facere praesumpserit, nostrum bannum solvat. Et si, quod absit, forte comis hoc fecerit, honorem suum perdat.

29. Ut universi comites pacem et concordiam ad invicem habere studeant; et si 20 forte inter eos aliqua discordia aut conturbium ortum fuerit, aut nostrum solatium vel perfectum pro hoc non demittant.

30. Si quis comitem interficerit vel de eius morte consilium dederit, hereditas illius ad partem regis eveniat et in ius eius redicatur.

31. Dedimus potestatem comitibus bannum mittere infra suo ministerio de faida 25 vel maioribus causis in solidos LX; de minoribus vero causis comitis bannum in solidos XV constituimus.

32. Si cuilibet homini sacramentum debet aliquis, aframeat[7] illum ad ecclesiam sacramenta ad diem statutum; et si iurare contempserit, fidem faciat, et solidos quindecim componat qui iactivus[i][8] apparuit, et deinceps causam pleniter emendare faciat. 30

33. De periuris, secundum legem[9] Saxonorum sit.

34. Interdiximus ut omnes Saxones generaliter conventus publicos nec faciant, nisi forte missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit; sed unusquisque comes in suo ministerio placita et iustitias faciat. Et hoc a sacerdotibus[10] consideretur, ne aliter faciat. 35

g) VI[tem] *c.* h) praesentendum *c.* i) *ita correxi;* inactivus *c.*

7) *adhramiat (rite promittat) ille sacramentum; cfr. L. Sal. emend.* 49. 8) *Contumax in judicio; francogallice* jétif. *Cfr. L. Sal. emend.* 52. 9) *Consuetudinem; cfr. autem scripta lex Sax. c.* 21.22. 10) *Cfr. supra c.* 4.14.19.

27. CAPITULARE SAXONICUM.

797. Oct. 28.

Traditur capitulare Aquisgrani in palatio datum in codicibus 1) *Monasteriensi Westfalorum olim Corbeiensi pag.* 28 *et* 2) *Vaticano inter Palatinos n.* 289. *fol.* 62.
5 *Etiamsi Vaticanus saeculi noni codex Corbeiensi saeculo decimo scripto antiquior est, textus in codice olim Corbeiensi traditus tamen magis sincerus mihi visus est. Nam in Vaticano capitulare nostrum compluribus verbis auctum apparet, quae additamentorum glossarumve naturam ferentia postea demum in textum recepta mihi videntur; ipsa verba uncis includi curavi. Amplissimo notarum apparatu capitulare nostrum instruxit Caro-*
10 *lus a Richthofen in Legum tomo quinto p.* 85—93.

(B. I, 275; *P. I,* 75.*)*

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCXCVII[a] et XXX ac XXV[b] regnante domno Carolo praecellentissimo rege, convenientibus in unum Aquis palatii in eius obsequio venerabilibus episcopis et abbatibus seu inlustris viris comitibus, V. Kalendas Novembris, simulque congregatis Saxonibus de diversis pagis, tam de West-
15 falahis[c] et Angariis[d] quam et de Oostfalahis[e], omnes unianimiter consenserunt et aptificaverunt, ut de illis capitulis pro quibus Franci, si regis bannum transgressi sunt, solidos sexaginta conponunt, similiter Saxones solvent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint. Hec sunt capitula: primum ut ecclesiae, viduae orfanitet minus potentes iustam et quietam pacem habeant; et ut raptum et fortiam[f 1] nec incendium infra patriam quis
20 facere audeat praesumptive; et de exercitu nullus super bannum domini regis remanere praesumat.

2. Si quis supradicta octo[g] capitula transgressus fuerit, [omnes[h] statuerunt et aptificaverunt] ut Saxones similiter sicut et Franci sexaginta solidos conponant.

3. Item placuit omnibus Saxonibus, ut ubicumque Franci secundum legem solidos
25 XV solvere debent[2], ibi nobiliores Saxones solidos XII, ingenui V, liti IIII conponant[3].

4. Hoc etiam statuerunt, ut qualiscumque causa infra patriam cum propriis vicinantibus[4] pacificata fuerit, ibi solito more ipsi pagenses solidos duodecim pro districtione recipiant, et pro wargida[5], quae iuxta consuetudinem eorum solebant facere, hoc concessum habeant. Si autem in presentia missorum regalium causae definitae fuerint, pro
30 iamdicta wargida suprascriptos solidos duodecim ipsi pagenses habeant concessos, et pro hoc quia missus regalis ex hac re fatigatus fuerit, alios duodecim solidos inde recipiat ad partem regis. Si autem ipsa causa ad palatium in praesentia regis ad definiendum fuerit producta, tunc utrique solidi duodecim, id est pro wargida et quod[i] vicinis debuit conponere, eo quod infra patriam diffinita ratio non fuerit, ad partem regis faciant
35 conponere, quod sunt solidi viginti quatuor. Nam si fuerit aliquis qui in patria iuxta quod sui convicini iudicaverint seque pacificare noluerit et ad palatium pro huius rei

a) DCCXCIV. 1. b) XXV. 1; XXII. 2, *recte* XXIV, *quae nota ad Langobardorum regni Karolini annos spectat.* c) uuesterfalis 1. d) angrariis 2. e) osterfalis 1. f) furtum 1. g) IIII. 1. h) *desunt* 1; *suppleta sunt verba e capitularis exordio.* i) quia 1.

40 1) *Vim; cfr. octo banni in capitulari Baiwarico* 801—813. 2) *Cfr. supra Cap. de part. Sax.* c. 31. 3) *Compositiones duodecim, sex et trium solidorum legendae videntur. Cfr. infra c.* 5; *supra Cap. de part. Sax. c.* 19—21; *lex Sax. c.* 36. 4) *In ordinario pagi iudicio.* 5) *Condemnatio.*

causa venerit, et ibi ei fuerit iudicatum quod iustum iudicium iudicassent, in prima vice, ut supra dictum est, solidos viginti quatuor ad partem regis conponat; et si tunc inde rediens se pacificare et iustitiam facere rennuerit et iterum pro ipsa causa ad palatium fuerit convocatus et diiudicatus, bis viginti quatuor solidos conponat; si vero necdum[k] correptus tertia vice pro eadem re ad palatium remeaverit, triplam compositionem exinde faciat ad partem regis.

5. Si quis de nobilioribus ad placitum mannitus venire contempserit, solidos quatuor conponat, ingenui duos, liti unum.

6. De presbiteris statuerunt, quod si aliquid eis aut eorum hominibus quis contrarium facere aut tollere praesumpserit contra iustitiam, omnia in duplum restituat eis et conponat.

7. De missis regis statuerunt, ut si ab eis aliquis interfectus evenerit, in triplum eum conponere debeat qui hoc facere praesumpserit. Similiter quicquid aut eorum hominibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant restaurare et secundum eorum ewa conponere.

8. De incendio convenit, quod nullus infra patriam praesumat facere propter iram aut inimicitiam aut qualibet malivola cupiditate, excepto si talis fuerit rebellis qui iustitiam facere noluerit et aliter districtus esse non poterit et ad nos, ut in praesentia nostra iustitiam reddat, venire dispexerit, condicto commune placito simul ipsi pagenses veniant: et si unianimiter consenserint, pro districtione illius causa incendatur; tunc de ipso placito commune consilio facto secundum eorum ewa fiat peractum, et non pro qualibet iracundia aut malivola intentione, nisi pro districtione nostra. Si aliter quis[l] incendium[l] facere ausus fuerit, sicut superius[6] dictum est, solidos sexaginta conponat.

9. Item placuit, ut quandoquidem voluit domnus rex propter pacem [et[m] propter faidam] et propter maiores causas bannum fortiorem statuere una cum consensu Francorum et fidelium Saxonum, secundum quod ei placuerit, iuxta quod causa exigit et oportunitas fuerit, solidos sexaginta multiplicare in duplum, et solidos centum sive usque ad mille conponere faciat qui eius mandatum transgressus fuerit.

10. De malefactoribus qui vitae periculum secundum ewa Saxonum incurrere debent placuit omnibus, ut qualiscumque ex ipsis ad regiam potestatem confugium fecerit, aut[n] in illius sit potestate utrum [interficiendum[o] illis] reddatur, aut una cum consensu eorum habeat licentiam ipsum malefactorem cum uxore [et[p] familia] et[q] omnia sua foris patriam facere[r] et[r] infra sua regna [aut[s] in marcu, ubi sua fuerit voluntas] collocare, et habeant ipsum quasi mortuum.

11. Illud notandum est quales[7] debent solidi esse Saxonum: id est bovem annoticum utriusque sexus autumnali tempore, sicut [in[t] stabulum] mittitur, pro uno solido; similiter et vernum tempus, quando [de stabulo[u]] exiit, et deinceps, quantum aetatem auxerit, tantum in pretio crescat. De avena[v] vero Bortrinis[8] pro solido uno scapilos[9] quadraginta donant, et de sigale[w] viginti; septemtrionales autem[x] pro solidum scapilos triginta de avena et sigale[w] quindecim. Mel vero pro solido Bortrensi[y] sigla una[y] et medio donant; septemtrionales autem duos[z] siclos[z] de melle pro uno solido donent. Item ordeum mundum sicut et sigale pro uno solido donent. In argento[a] duodecim denarios solidum faciant[10]. Et in aliis speciebus[a] ad istum pretium omnem aestimationem [conpositionis[b] sunt].

k) *deest* 1. l) *desunt* 2. m) *desunt* 1; *cfr. Cap. de part. Sax. c.* 31. n) ut 2. o) *desunt* 1. p) *desunt* 1. q) secum *add.* 1. r) *desunt* 1. s) *desunt* 1. t) *desunt* 1. u) *desunt* 1. v) *ita correxit Gaupp;* annona 2; *deest* 1. w) sigule 2. x) aut 2 et 1. y) B. s. una *om.* 1. z) II. ricla 1. a) In argento XV. et indé speciebus 1. b) *desunt* 1.

6) *c.* 1.2. 7) *Cfr. Lex. Saxon. c.* 66. 8) *Westfalahi: 'Bortrini iidem sunt, quos appellarunt Romani Bructeros'. Carolus a Richthofen.* 9) *Scheffel.* 10) *Cfr. L. Rib.* 36, 11.12.

28. SYNODUS FRANCONOFURTENSIS.

794 mense Junio.

Referunt annales, Karolum anno 794 *aestatis initio (Kalendis Juniis dicunt Mosellani annales M. G. Scriptt. XVI,* 498.*), quando et generalem populi sui conventum habuerit, concilium episcoporum ex omnibus regni sui provinciis in villa Franconofurt congregasse; in quo concilio et Felicianam de adoptione Christi haeresin condemnatam, et synodum ante paucos annos Constantinopoli habitam a pontificibus reiectam et Tassilonem in regis gratiam receptum esse item annalium auctores tradunt. Quibus de rebus in hoc concilio tractatum vel definitum sit, capitula quae sequuntur docent, quae plurimis partibus narrationis potius vel rerum indicis quam constitutionum vel canonum naturam praebent. Quae capitibus his* 11—54 *vel statuuntur vel commemorantur, maximam in partem iam anno* 789 *a Karolo rege vel in admonitione generali vel in legationis duplici edicto similiter ordinata erant: sed concilii verba non solum ex admonitione et edicto sed etiam ex ipsis canonibus et Benedicti regula, quorum ope anno* 789 *Karolus admonitionem et edictum confecerat, hausta sunt, ut potissimum collegi potest e capitibus his* 40. 41. 44. 48. 50. 51.

Capitula post Paulini patriarchae confutationem haereseos Felicianae, item anno 794 *Franconofurti conceptam, leguntur in codicibus* 1) *Paris.* 10758. *pag.* 25 *et* 2) *Paris.* 4628A. *fol.* 55, *itemque in recentiori secundi codicis apographo Paris.* 4631. *Capita* 12—14 *transierunt etiam in cod. Guelferbyt. inter Blankenb.* 130. 52, *folio fere* 88, *ubi cum aliis diversis recensentur inter* iussa Karoli per universum regnum episcopis, abbatibus, presbiteris pertinentia. *(B. I,* 263; *P. I,* 71.*)*

Coniungentibus, Deo favente, apostolica auctoritate[1] atque piissimi domni nostri Karoli regis iussione anno XXVI. principatus sui cunctis regni Francorum seu Italiae, Aquitaniae, Provintiae episcopis ac sacerdotibus synodali concilio, inter quos ipse mitissimus sancto interfuit conventui[2]. Ubi in primordio capitulorum exortum est de impia ac nefanda erese Elipandi[a] Toletane sedis episcopi et Felicis Orgellitanae eorumque sequacibus qui male sentientes in Dei filio adserebant adoptionem[3]: quam omnes qui supra[b] sanctissimi patres et respuentes una voce contradixerunt atque hanc heresim funditus a sancta ecclesia eradicandam statuerunt[4].

2. Allata est in medio questio de nova Grecorum synodo quam de adorandis imaginibus Constantinopolim fecerunt[5], in qua scriptum habebatur, ut qui imagines[c] sanctorum ita ut deificam trinitatem servitio aut adorationem non inpenderent, anathema

a) eliphandi 2. b) s. dicti sunt 2. c) imaginibus *corr.* 2.

1) Adfuerunt etiam in eadem synodo et legati sanctae Romanae ecclesiae, Theophylactus ac Stephanus episcopi, vicem tenentes eius a quo missi sunt, Hadriani papae. *Ann. Einh.* 2) Praecipiente et praesidente piissimo et gloriosissimo domno nostro Carolo rege. *Synodica concilii Franconof. initio. Mansi XIII. pag.* 884. 3) *Documenta contra hanc adoptianorum doctrinam Francononofurti data et emissa omnia congessit Mansi XIII. inde a pag.* 863—926. 4) *Formulam dogmatis a synodo definiti praebent Ann. Lauresh. et chron. Moissiac. ad an.* 794. *M. G. Script. I. p.* 36 *et* 301. 5) *Concilium oecumenicum septimum, Nicaenum secundum vulgo dictum, anno* 787 *Nicaeae habitum, Constantinopoli finitum. Mansi XII et XIII.*

iudicaverunt[6]: qui[d] supra sanctissimi patres nostri omnimodis adorationem[e] et servitutem rennuentes contempserunt atque consentientes condempnaverunt.

3. His peractis[f] de Tasiloni[7] definitum est capitulum, qui dudum Baioariae dux fuerat, sobrinus videlicet domni Karoli regis. In medio sanctissimi adstetit concilii, veniam rogans pro commissis culpis, tam quam tempore domni Pippini regis adversus eum et regni Francorum commiserat, quam et quas postea sub domni nostri piissimi Karoli regis, in quibus fraudator fidei suae extiterat: indulgentiam ut ab eo mereretur accipere, humili petitione visus est postulasse, demittens videlicet puro animo iram atque omnem scandalum de parte sua, quaeque in eo perpetrata fuisset et sciebat. Necnon omnem iustitiam et res proprietatis, quantum illi aut filiis vel filiabus suis in ducato Baioariorum legitime pertinere debuerant, gurpivit atque proiecit et, in postmodum omni lite calcanda, sine ulla repetitione indulsit, et[g] filiis ac filiabus suis in illius misericordia commendavit. Et idcirco domnus noster, misericordia motus, praefato Tasiloni gratuitu animo et culpas perpetratas indulsit et gratia pleniter concessit et in sua aelemosina eum in amore dilectionis visus est suscepisse, ut securus Dei misericordia existeret inantea. Unde tres breves ex hoc capitulo uno tenore conscriptos fieri praecepit: unum in palatio retinendum, alium praefato Tasiloni, ut secum haberet in monasterio, dandum, tertium vero in sacri palacii capella recondendum fieri iussit.

4. Statuit piissimus domnus noster rex, consentienti sancta synodo, ut nullus homo, sive ecclesiasticus sive laicus sit, ut nunquam carius vendat annonam, sive tempore abundantiae sive tempore caritatis, quam modium publicum et noviter statutum, de modio de avena denario uno, modio ordii denarius duo, modio sigalo denarii tres, modio frumenti denarii quatuor. Si vero in pane vendere voluerit, duodecim panes de frumento, habentes singuli libras duas, pro denario dare debeat, sigalatius quindecim aequo pondere pro denario, ordeaceos viginti similiter pensantes, avenatios viginti quinque similiter pensantes. De vero anona publica domni regis, si venundata fuerit, de avena modius II pro denario, ordeo den. I, sigalo den. II, frumento modius denar. III. Et qui nostrum habet beneficium, diligentissime praevideat, quantum potest Deo donante, ut nullus ex mancipiis ad illum pertinentes beneficium famen moriatur; et quod superest illius familiae necessitatem, hoc libere vendat iure praescripto.

5. De denariis autem certissime sciatis nostrum edictum, quod in omni loco, in omni civitate et in omni empturio similiter vadant isti novi[8] denarii et accipiantur ab omnibus. Si autem nominis nostri nomisma habent et mero sunt argento, pleniter pensantes, si quis contradicit eos in ullo loco in aliquo negotio emptionis vel venditionis: si ingenuus est homo, quindecim solidos conponat ad opus regis; si servilis conditionis, si suum est illud negotium proprium, perdat illud negotium aut flagelletur nudus ad palam[h] coram populo; si autem ex iussione sui domini fecerit, tunc ille dominus solidos quindecim componat, si ei adprobatum fuerit.

6. Statutum est a domno rege et sancta synodo, ut episcopi iustitias faciant in suis parroechiis. Si non oboedierit aliqua persona episcopo suo de abbatibus, presbiteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis et caeteris clericis vel etiam aliis in eius parrochia, venient ad metropolitanum suum, et ille diiudicet causam cum suffraganeis suis. Comites quoque nostri veniant ad iudicium episcoporum. Et si aliquid est quod episcopus

d) quam 2. e) et orationem 1. f) peragratis 1. g) *adde* cum. h) palum *corrig. videtur.*

6) *Cfr. libri Carolini de impio imaginum cultu, praesertim III.* 27; *sed tam synodus Franconofurtensis quam librorum Carolinorum auctor non recte iudicavit de iis quae Nicaeae de imaginum cultu vere dicta sunt. Hefele, Conciliengeschichte III. p.* 705 *(ed. altera).* 7) *Capitis damnato sed in monasterium misso in conventu Ingelheimensi; cfr. ann. Lauriss.* 788. 8) *Cfr. capit. Mantuan.* 781 *(infra C.* 89*) c.* 9.

metropolitanus non possit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant accusatores cum accusatu cum litteris metropolitano, ut sciamus veritatem rei[i].

7. Definitum[9] est a domno rege et sancta synodo, ut episcopus non migret de civitate in civitate, sed curam habeat ecclesiae suae; similiter presbyter et diaconus 5 maneat in suas ecclesias canonicae[10].

8. De altercatione Ursione[k] Viennensis episcopi et advocato Elifanto[l] Arelatensis episcopi lectae sunt epistolae beati Gregorii, Zosimi, Leonis et Simmachi, quae difinierunt eo quod Viennensis ecclesia quattuor suffraganeas habere sedes deberet, quibus illa quinta praemineret; ad Arelatensis ecclesia novem[m] suffraganeas habere deberet, quibus 10 ipsa praemineret. De Tarentasia vero et Eberduno sive Aquis[11] legatio facta est ad sedem apostolicam; et quicquid per pontificem Romanae ecclesiae definitum fuerit, hoc teneatur.

9. Definitum est etiam ab eodem domno rege sive a sancta synodo, ut Petrus episcopus[12] contestans coram Deo et angelis eius iuraret cum duobus aut tribus sicut 15 sacrationem suscepit, aut certe cum suo archiepiscopo, quod ille in mortem regis sive in regno eius non consiliasset[13] nec[n] ei infidelis fuisset[n]. Qui episcopus[o], dum[o] cum quibus iuraret non invenisset, elegit sibi ipse, ut suus homo ad Dei iudicium iret, et ille[14] testaretur absque reliquiis et absque sanctis euangeliis, solummodo coram Deo, quod ille innocens exinde esset, et secundum eius innocentiam Deus adiuvaret illum 20 suum hominem, qui ad illum iudicium exiturus erat et exivit. Tamen eius homo ad iudicium Dei, neque per regis ordinationem neque per sancta synodo censuram, sed spontanea voluntate, qui etiam a Domino liberatus, idoneus exivit. Clementia tamen regis nostri praefato episcopo gratiam suam contulit et pristinis honoribus eum ditavit nec passus, eum esse sine honore, quem prospexit de composito crimine nihil male 25 meruisse.

10. Definitum[p] quidem a domno rege et a sancta synodo esse[q] dinoscitur[q], ut Gaerbodus[15], qui se episcopum esse dicebat et sui ordinationis testes non habuit, qui tamen episcopalia a Magnardo metropolitano episcopo[16] consecutus[r] est, qui etiam professus est diaconus[s] et presbiterum non secundum canonicam ordinationem ordinatum 30 esse, ut ab eodem gradu episcopatus quod de se habere dicebat deponeretur a praedicto metropolitano sive a conprovincialibus episcopis.

11. Ut[17] monachi ad saecularia negotia neque ad placita exercenda non exeant, nisi ita faciant sicut ipsa regula praecepit.

12. Ut reclusi non fiant[t] nisi quos ante episcopus provintiae atque abbas compro-35 baverint, et secundum eorum dispositionem in reclusionis loco ingrediantur.

13. Ut abbas cum suis dormiat monachis secundum regulam sancti Benedicti[18].

14. Ut cellerarii in monasteriis avari non elegantur, sed tales electi[u] sint[u] quales regula sancti Benedicti[19] docet.

i) ei 1; eius 2; rei *iam corr. Sirm.* k) usione 1; uisione 2; Ursus *alias dicitur.* l) eliphanto 2. 40 m) *Codd.* 1. 2. *verbum* novem *pro novi capitis numero ponunt et quae sequuntur numerant* X. XI. *rell.* n) nec... fuisset *om.* 2. o) dum episcopus 1. p) est *add.* 1. q) *desunt* 2. r) *ita corr. Sirm.;* coniunctus *vel* convinctus *codd.* 1. 2. s) diaconos 2. t) faciant 1. u) eligendi sunt 2.

9) *Cfr. Admon. gen.* 789, *c.* 9. 10) *Conc. Nicaen.* 15. *Antioch.* 21. 11) *Moustier en Tarentaise, Embrun, Aix; cfr. Hefele, Conciliengeschichte II.* 590 *(ed. alt.)* 12) *Virodunensis.* 13) *Anno* 45 *scilicet* 785 *cum Hartrado comite; cfr. Gesta episcop. Virodunens. c.* 14. *(M. G. Scriptt. IV.* 44.*)* 14) *Ipse episcopus.* 15) *Ignotus.* 16) *Rotomagensi; infra cap. miss., Rotom.* 802. 17) *Cfr. legat. edict.* 789. *c.* 30. 18) *Reg. Bened.* 22. 19) *l. c.* 31; *cfr. leg. ed.* 789. *c.* 6.

15. De[20] monasterio ubi corpora sanctorum sunt: ut habeat oratorium intra claustra ubi peculiare officium et diuturnum fiat.

16. Audivimus enim, quod[v] quidam abbates cupiditate ducti praemia pro introeuntibus in monasterio requirunt[21]. Ideo placuit nobis et sancta synodo: pro suscipiendis in sancto ordine fratribus nequaquam pecunia requirantur, sed secundum regulam sancti Benedicti[22] suscipiantur.

17. Ut abba in congregatione non elegatur, ubi iussio regis fuerit, nisi per consensu episcopi loci illius.

18. Ut[23] abbates, qualibet culpa a monachis commissa, nequaquam permittimus coecare aut menbrorum debilitate ingerere, nisi regularis disciplina subiaceat.

19. Ut[24] presbyteri, diaconi, monachi et clerici tabernis ad bibendum non ingrediantur.

20. Ut[25] episcopum canones et regulam non liceat ignorare.

21. Ut[26] dies dominica a vespera usque ad vesperam servetur.

22. Quod[27] non oporteat in villolis nec in vicis episcopos ordinare.

23. De[28] servis alienis: ut a nemine recipiantur neque ab episcopis sacrentur sine licentia dominorum.

24. De[29] clericis et monachis: ut in suo proposito permaneant.

25. Ut decimas et nonas sive census omnes generaliter donent qui debitores sunt ex beneficia et rebus ecclesiarum secundum priorum capitularum[30] domni regis; et omnis homo ex sua proprietate legitimam decimam ad ecclesiam conferat. Experimento enim[w] didicimus in anno[31] quo illa valida famis inrepsit, ebullire[32] vacuas anonas a daemonibus devoratas et voces exprobrationis auditas.

26. Ut domus ecclesiarum et teguinenta ab eis fiant emendata vel restaurata qui beneficia exinde habent[33]. Et ubi repertum fuerit per veraces homines, quod lignamen et petras sive tegulas, qui in domus ecclesiarum fuerint et modo in domo sua habeat, omnia in ecclesia fiant restaurate unde abstracte fuerunt.

27. De clericis[34]: nequaquam de ecclesia ad aliam ecclesiam transmigrentur neque recipiantur sine conscientia episcopi et litteras commendatitias de cuius diocesia fuerunt, ne forte discordia exinde veniat in ecclesia. Et ubi modo tales reperti fuerint, omnes ad eorum ecclesiam redeant, et nullus eum post se retinere audeat, postquam episcopus aut abbas suus eum recipere voluerit. Et si forte senior ignorat, ubi suum requirere debet clericum, cum quo fuerit ipse eum sub custodia retineat et non permittat eum vacare aliubi, usque dum domino suo restituatur.

28. Ut[35] non absolute ordinentur.

v) ut 1. w) enim *om.* 1.

20) *Reg. Ben.* 52. *Legat. ed.* 789. *c.* 7. 21) *Leg. ed.* 789. *c.* 15. 22) *c.* 59. 23) *Legat. ed.* 789. *c.* 16. 24) *Admon. gener.* 789. *c.* 14. 25) *ibid. c.* 55. *Decret. Caelest.* 20. 26) *Admon. gen.* 789. *c.* 15. 27) *ibid. c.* 19. *Conc. Sardic. c.* 6. 28) *Admon. gener. c.* 23. 29) *ibid. c.* 27. 30) *Cap. Harist.* 779. *c.* 13; *cfr. etiam epist. in Ital. emissa* 790—800. 31) *Anno ut videtur* 793, *ad quem in annal. Mosellanis, et similiter in Lauresham. et Moissiac. referuntur verba:* Famis vero quae anno priori caepit in tantum excrevit, ut non solum alias immunditias verum etiam ut homines homines, fratres fratres ac matres filios comedere coegit. Ostensa autem eodem anno in ipso regno per diversa loca verno tempore falsa annona per campos et silvas atque paludes innumera multitudo, quam videre et tangere poterant sed comedere nullus. *M. G. Scriptt. XVI.* 498. 32) *Cum abundantia erumpere, germ. aufschiessen.* 33) *Cfr. breviar. miss. Aquitan.* 789. *c.* 2. 34) *Admon. gen.* 789. *c.* 24. 35) *ibid.* 25.

29. Ut unusquisque episcopus sibi subditos bene doceant et instruant; ita ut in domo Dei semper digni inveniantur qui canonice possint fieri electi.

30. De[36] clericis ad invicem altercantibus aut contra episcopum suum agentibus, sicut canones docent, ita omnimodis peragant. Et si forte inter clericum et laicum fue- 5 rit orta altercatio, episcopus et comes simul conveniant et unanimiter inter eos causam diffiniant secundum rectitudinem.

31. De[37] coniurationibus et conspirationibus, ne fiant; et ubi sunt inventae, destruantur.

32. Ut[38] monasteria secundum canonicam institutionem fiant custodita.

10 33. Ut[39] fides catholica sanctae trinitatis et oratio dominica atque symbolum fidei omnibus praedicetur et tradatur.

34. De[40] avaricia et cupiditate calcanda.

35. De[41] hospitalitate sectanda.

36. De[42] criminosis: ut non habeant vocem accusandi maiores natu aut epi- 15 scopos suos.

37. De[43] reconciliatione tempore necessitatis.

38. De presbyteris qui contumaces fuerint contra episcopos suos: nequaquam communicentur cum clericis qui in capella regis habitant, nisi reconciliati fuerint ab episcopo suo, ne forte canonica excommunicatio super eos exinde veniat.

20 39. Si[44] presbyter in criminale opere fuerit deprehensus, ad episcopum suum ducatur et secundum canonicam institutionem constringatur. Et si forte negare voluerit, et accusator comprobationem dare non potuerit, et coram episcopo definitum esse nequiverit, tunc ad universali concilio illorum ratio deferatur.

40. De[45] puellis quae a parentibus privatae fuerint: sub episcoporum et pres- 25 byterorum praevidentia gravioribus feminis commendentur, sicut canonica docet auctoritas.

41. Ut[46] nullus episcopus propriam sedem amittat aliubi frequentando aut in propriis rebus suis manere audeat amplius quam tres ebdomadas. Et propinqui vel heredes episcopi res quae ab episcopo sunt adquisitae aut per comparationes aut per tradi- 30 tiones, postquam episcopus fuerit ordinatus, nequaquam post eius obitum hereditare debeant; sed ad suam ecclesiam catholice. Illas autem quam prius habuit, nisi traditionem ad ecclesiam ex eis fecerit, heredibus et propinquis succedant.

42. Ut[47] nulli novi sancti colantur aut invocentur, nec memoria eorum per vias erigantur; sed hii soli in ecclesia venerandi sint qui ex auctoritate passionum aut vitae 35 merito electi sint.

43. De[48] arboribus et lucis destruendis canonica observetur auctoritas.

44. Ut[49] electi iudices de utriusque partibus non spernantur.

45. De eorum testibus canonica sit observatio. Et[50] parvuli non trahantur ad sacramentum, sicut Guntbadingi faciunt.

40 46. De[51] virginibus, quo tempore velandi sint vel quibus occupationibus ante annos viginti quinque, si necessitas compellit, ea quaerantur quae in canone scripta sunt.

47. De abbatissis quae canonice aut regulariter non vivunt episcopi requirant et[x] regi adnuntient, ut ab honore priventur.

x) ut 1.

45 36) *ibid.* 28. 37) *ibid.* 29; *conc. Chalc. c.* 18. 38) *ibid.* 31. 39) *ibid.* 32. 40) *ibid.* 33; *conc. Carth. c.* 5. 41) *ibid.* 75. 42) *ibid.* 35. 43) *ibid.* 34. 44) *ibid.* 38. 45) *ibid.* 40; *conc. Afric. c.* 11. 46) *ibid.* 41. 47) *ibid.* 42. 48) *ibid.* 65. 49) *ibid.* 44. 50) *ibid.* 64. 51) *ibid.* 46; *conc. Afric.* 93.

48. De[52] oblationibus quae in ecclesia vel in usus pauperum conferuntur canonica observetur norma; et non ab aliis dispensentur nisi cui episcopus ordinaverit.

49. De[53] presbyteris ante tricesimo aetatis anno non ordinandis.

50. Ut[54] confectis[y] sacris mysteriis[y], in missarum solemniis omnes generaliter pacem ad invicem praebeant. 5

51. De[55] non recitandis nominibus antequam oblatio offeratur.

52. Ut nullus credat, quod nonnisi in tribus linguis Deus orandus sit, quia in omni lingua Deus adoratur et homo exauditur, si iusta petierit.

53. Ut[56] nulli episcoporum et sacerdotum liceat sacris canonis ignorare.

54. De ecclesiis quae ab ingenuis hominibus construuntur: licet eas tradere, vendere, tantummodo ut ecclesia non destruatur, sed serviuntur cotidie honores. 10

55. Dixit etiam domnus rex in eadem synodum, ut a sede apostolica, id est ab Adriano pontifici, licentiam habuisse, ut Angilramnum archiepiscopum[57] in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas. Deprecatus est eadem synodum, ut eo modo, sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum episcopum[58] habere debuisset; quia et de eodem, sicut et de Angilramnum, apostolicam licentiam habebat. Omnis synodus consensit, et placuit eis eum in palatium esse debere propter utilitates ecclesiasticas. 15

56. Commonuit etiam ut Aliquinum[z][59] ipsa sancta synodus in suo consortio sive in orationibus recipere dignaretur, eo quod esset vir in ecclesiasticis doctrinis eruditus. Omnis namque synodus secundum ammonitionem domni regis consensit et eum in eorum consortio sive in orationibus receperunt. 20

y) confecta sacra mysteria 1. z) aquilinum 2.

52) *ibid.* 47; *conc. Gangr. c.* 7. 53) *ibid.* 50. 54) *ibid.* 53; *decret. Innocent.* 1. 55) *ibid.* 54. 56) *ibid.* 55; *cfr. supra c.* 20. 57) *Mettensem, mortuum anno* 791. 58) *Coloniensem.* 59) *Alcuinum qui huic synodo e Britannia legatus interfuit.* 25

---

29. KAROLI EPISTOLA DE LITTERIS COLENDIS.

780—800.

Edita est ex unico saeculi XII. codice S. Arnulfi Mettensis E. 19. *primo a Sirmondo in Galliae conciliis II. p.* 121, *postremo a Philippo Jaffé in bibliotheca rerum germanicarum IV.* 343. *Epistolae verbis sub fine positis collegendum videtur, ut iam primus editor notavit, ipsam ad regni Francorum metropolitanos datam fuisse a rege: monasterii autem Fuldensis e metropolitani potestate exempti abbati hoc epistolae exemplar in Mettensi codice servatum transmissum fuisse videtur, verbis sub fine positis non, ut opus fuerat, a notario mutatis. Ductus monachi Engolismensis dicti de vita Karoli Magni verbis (Ademar hist. II.* 8. *Mon. Germ. Scriptt. IV.* 117*):* Rex Carolum iterum a Roma a. 787 artis grammaticae et computatoriae magistros secum adduxit in Franciam ubique studium litterarum expandere iussit, *iam Sirmondus hanc epistolam anno* 787 *adscripsit eumque alii editores secuti sunt. Quod argumentum parum firmum videtur; id tantum pro certe dixerim, epistolam datam esse intra annos* 780 *et* 800, *cum Baugulfus Fuldensi monasterio abbas praefuerit inde ab anno* 780 *usque ad a.* 802, *et* 30 35 40

Karoli titulus, qui in epistolae initio obvenit, anno 801 *anteriorem epistolam demonstret. Verba quae sub fine leguntur:* Et nullus monachus foris monasterio iudiciaria teneat nec per mallos et publica placita pergat *ab epistola omnino aliena sunt et vix pro genuinis haberi possunt.* *(B. I,* 201; *P. I,* 52.*)*

5 Karolus, gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, Baugulfo abbati et omni congregationi, tibi etiam commissis fidelibus oratoribus nostris in omnipotentis Dei nomine amabilem direximus salutem.

Notum igitur sit Deo placitae devotioni vestrae, quia nos una cum fidelibus nostris consideravimus utile esse, ut[a] episcopia et monasteria nobis Christo propitio ad guber-10 nandum commissa praeter regularis vitae ordinem atque sanctae religionis conversationem etiam in litterarum meditationibus eis qui donante Domino discere possunt secundum uniuscuiusque capacitatem docendi studium debeant impendere, qualiter, sicut regularis norma honestatem morum, ita quoque docendi et discendi instantia ordinet et ornet seriem verborum, ut, qui Deo placere appetunt recte vivendo, ei etiam placere non 15 negligant recte loquendo. Scriptum est enim: 'Aut ex verbis tuis iustificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis'[1]. Quamvis enim melius sit bene facere quam nosse, prius tamen est nosse quam facere. Debet ergo quisque discere quod optat implere, ut tanto uberius quid agere debeat intelligat anima, quanto in omnipotentis Dei laudibus sine mendaciorum offendiculis cucurrerit lingua. Nam cum omnibus hominibus vitanda sint 20 mendacia, quanto magis illi secundum possibilitatem declinare debent, qui ad hoc solummodo probantur electi, ut servire specialiter debeant veritati. Nam cum nobis in his annis a nonnullis monasteriis saepius scripta dirigerentur, in quibus, quod pro nobis fratres ibidem commorantes in sacris et piis orationibus decertarent, significaretur, cognovimus in plerisque praefatis conscriptionibus eorundem et sensus rectos et sermones 25 incultos; quia, quod pia devotio interius fideliter dictabat, hoc exterius propter negligentiam discendi lingua inerudita exprimere sine reprehensione non valebat. Unde factum est, ut timere inciperemus, ne forte, sicut minor erat in scribendo prudentia, ita quoque et multo minor esset quam recte esse debuisset in sanctarum scripturarum ad intelligendum sapientia. Et bene novimus omnes, quia, quamvis periculosi sint errores 30 verborum, multo periculosiores sunt errores sensuum. Quamobrem hortamur vos litterarum studia non solum non negligere, verum etiam humillima et Deo placita intentione ad hoc certatim discere, ut facilius et rectius divinarum scripturarum mysteria valeatis penetrare. Cum autem in sacris paginis schemata, tropi et caetera his similia inserta inveniantur, nulli dubium est, quod ea unusquisque legens tanto citius spiritualiter 35 intelligit, quanto prius in litterarum magisterio plenius instructus fuerit. Tales vero ad hoc opus viri eligantur, qui et voluntatem et possibilitatem discendi et desiderium habeant alios instruendi. Et hoc tantum ea intentione agatur, qua devotione a nobis praecipitur. Optamus enim vos, sicut decet ecclesiae milites, et interius devotos et exterius doctos castosque bene vivendo et scholasticos bene loquendo, ut, quicunque 40 vos propter nomen Domini et sanctae conversationis nobilitatem ad videndum expetierit, sicut de aspectu vestro aedificatur visus, ita quoque de sapientia vestra, quam in legendo seu cantando perceperit, instructus omnipotenti Domino gratias agendo gaudens redeat. Huius itaque epistolae exemplaria ad omnes suffragantes tuosque coepiscopos et per universa monasteria dirigi non negligas, si gratiam nostram habere vis. [Et nullus mona-45 chus foris monasterio iudiciaria teneat, nec per mallos et publica placita pergat. Legens valeat.]

a) per *add. Jaffé.*

1) *Matthaeus XII,* 37.

30. KAROLI EPISTOLA GENERALIS.

786—800.

Paulus diaconus, qui per annos 782 *ad* 786 *in Karoli aula regia in Francia versatus est, iubente rege patrum catholicorum sermones qui in ecclesiis legerentur excerpserat et collegerat. Quam collectionem hac epistola generali, quae sequitur, clericis Karolus commendat. Data epistola apparet ante Karolum imperatorem coronatum, ut epistolae initium docet, et post Paulum in Casinense suum monasterium reversum, ut prodere videntur versus hexametri quibuscum homiliarium Paulus regi transmisit; nam in iis (Mon. Germ. Poetae latini I,* 68*) collectionem se confecisse dicit*

en iutus patris Benedicti mira patrantis
auxilio meritisque piis, vestrique fidelis
abbatis dominique mei.

Epistolam hanc non anno iam 782, *uti Pertzio visum est, datam esse inde quoque coniicere licet, quod veteris et novi testamenti libros* iam pridem *se correxisse in hac epistola dicit Karolus. Nam Alcuinus bibliorum corrector demum inde ab anno* 781 *in Karoli aula vixit.*

Servatur epistola in codicibus homiliarii Paulini; editio nostra confecta est ope codicum 1) *Carlsruhensis olim Augiensis et* 2) *Lugdunensis Batavorum olim Vossiani n.* 4. *(B. I,* 203; *P. I,* 44.*)*

Karolus, Dei fretus auxilio rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, religiosis lectoribus nostrae ditioni subiectis.

Cum nos divina semper domi forisque clementia sive in bellorum eventibus sive pacis tranquillitate custodiat, etsi rependere quicquam eius beneficiis tenuitas humana non praevalet, tamen, quia est inaestimabilis misericordiae Deus noster, devotas suae servituti benigne adprobat voluntates. Igitur quia curae nobis est, ut nostrarum ecclesiarum ad meliora semper proficiat status, oblitteratam pene maiorum nostrorum desidia reparare vigilanti studio litterarum satagimus officinam, et ad pernoscenda[a] studia liberalium artium[a] nostro etiam quos possumus invitamus exemplo. Inter quae iam pridem universos veteris ac novi instrumenti[b] libros, librariorum imperitia depravatos, Deo nos in omnibus adiuvante, examussim correximus[1]. Accensi praeterea venerandae memoriae Pippini genitoris nostri exemplis, qui totas Galliarum ecclesias romanae traditionis suo studio cantibus decoravit[2], nos nihilominus solerti easdem curamus intuitu praecipuarum insignire serie lectionum. Denique quia ad nocturnale officium compilatas quorundam casso labore, licet recto intuitu, minus tamen idonee repperimus lectiones, quippe quae et sine auctorum suorum vocabulis essent positae et infinitis vitiorum anfractibus scaterent, non sumus passi nostris in diebus in divinis lectionibus inter sacra officia inconsonantes perstrepere soloecismos, atque earundem lectionum in melius

a) p. sacrorum librorum studia *Homiliarii Paulini editio anni* 1481. b) *sic codd.* 1. 2 *et editio Baluz.;* testamenti, *coniectura ut videtur, Pertz.*

1) *Alcuinus abbas Karoli regis praecepto vetus novumque testamentum se emendasse dicit in episola quadam in Jaffaei biblioth. VI, p.* 529 *edita.* 2) *Cfr. Cod. Carol. epist.* 41. *(Jaffé, biblioth. IV. p.* 139*) et supra Admonit. generalis* 789. *c.* 80.

reformare tramitem mentem intendimus. Idque opus Paulo diacono, familiari clientulo nostro, elimandum iniunximus, scilicet ut, studiose catholicorum patrum dicta percurrens, veluti e latissimis eorum pratis certos quosque flosculos legeret, et in unum quaeque essent utilia quasi sertum aptaret. Qui nostrae celsitudini devote parere desiderans, 5 tractatus atque sermones diversorum catholicorum patrum perlegens et optima quaeque decerpens, in duobus voluminibus per totius anni circulum congruentes cuique festivitati distincte et absque vitiis nobis obtulit lectiones. Quarum omnium textum nostra sagacitate perpendentes, nostra eadem volumina auctoritate constabilimus[c] vestraeque religioni in Christi ecclesiis tradimus ad legendum.

10 c) stabilivimus 1.

---

31. CAPITULUM IN PAGO CENOMANNICO DATUM.

800. aestate.

Exstat capitulum in codice Parisiensi 5577. *fol.* 164 *post Alcuini opera; in Benedicti etiam capitulorum collectione (I.* 303*) exhibetur inscriptum verbis* Ex capitulis domni Karoli. *Capitulum* in Caenomanico pago *datum non immerito aestati anni* 800 *adscriptum est, quo tempore Karolus rex inde a Rotomago Turones perrexit et haud dubie in pago etiam Cenomannico versatus est. Etiamsi de capituli origine dubitatum est, non est cur contra codicis nostri et Benedicti auctoritatem hoc capitulum Karoli esse negemus.* 20 *(B. deest; P. I,* 82.*)*

Capitulum domni Caroli.

Pro nimia reclamatione, quae ad nos venit de hominibus ecclesiasticis seu fiscalinis qui non erant adiurnati[1], quando in Caenomanico pago fuimus, visum est nobis una cum consultu fidelium nostrorum statuere, ut, quicumque de praedictis hominibus 25 quartam facti[2] teneret, cum suis animalibus seniori suo pleniter unum diem cum suo aratro in campo dominico araret, et postea nullum servicium ei manuale[a] in ipsa ebdomada a seniore suo requireretur. Et qui tanta animalia non haberet ut in uno die hoc explere valeret, perficeret praedictum opus in duobus diebus; et qui solummodo invalida, ita ut per se non possent arare, quattuor animalia haberet, cum eis sociatis 30 aliis araret uno die in campo senioris, et unum diem postmodum in ipsa ebdomadae opera manuum faceret. Et qui nihil ex his facere poterat neque animalia haberet, per tres dies seniori suo manibus a mane usque ad vesperum operaretur, et senior suus ei amplius non requireret. Diversis namque modis hec agebantur; a quibusdam tota ebdomada operabatur, a quibusdam dimidia, et a quibusdam duo dies. Idcirco haec 35 statuimus, ut nec[b] familia se a praedictis operibus subtrahere posset, neque a senioribus amplius eis exquireretur. Et qui minus quartae obtime de terra haberet, secundum

a) *ita correxi (cfr. infra:* manuum opera, manibus operari); annuale *c.* b) ne *c.*

1) *Adcitati; francog.* adjourné. 2) *Factus agri est modus.*

estimationem sui telluris opera faceret. Haec Adalardo comiti palatio nostro[3] ad eorum satisfactionem una cum aliis fidelibus nostris praecipere nostra vice et publice adnuntiare iussimus.

3) *Einhardi annales ad annum* 824 *commemorant 'Adalhardum comitem palatii qui iunior vocabatur', et fortasse Adalardum comitem palatii in capitulo nostro dictum tamquam seniorem respiciunt.* 5

---

32. CAPITULARE DE VILLIS.

800 vel ante?

Legitur in unico codice Guelferbytano inter Helmstadienses 254. *fol.* 12v, *inscriptum verbis* Incipit capitulare de villis et curtis imperialibus. *Ex eodem codice capitulare ediderunt primus Hermannus Conring tamquam additamentum ad Leonis tertii papae* 10 *epistolas in ipso codice scriptas anno* 1647, *deinde Eccardus anno* 1729 *in commentariorum de rebus Franciae orientalis tomo secundo pg.* 911 *sqq., emendatius postea ao.* 1799 *Bruns (Beiträge zu den deutschen Rechten des Mittelalters pag.* 8. *sqq.), denique codice accuratissime collato Pertz, cuius lectionem editionibus reliquis adhibitis equidem secutus sum. Alii scriptores non pauci textum capitularis multis rationibus celeberrimi* 15 *repetierunt et commentariis illustraverunt, (nominare sufficit Tresenreuter, specimen inaugurale iuris Germanici de villis regum Francorum ad capitulare de villis imperialibus quod Carolo M. tribuitur illustrandum Altdorfii* 1758, *Kinderling apud Bruns l. c. p.* 359 *sqq. et Anton, 'Geschichte der teutschen Landwirthschaft' ao.* 1799 *tom. I. p.* 177 *sqq.), inter quos excellit Guérard, cuius 'explication du capitulaire des villis', lecta in acade-* 20 *mia Parisiensi ao.* 1852 *editur in 'Memoires de l'institut impérial de France, académie des inscriptions et belles lettres'* 1857 *tom. XXI, parte prima pag.* 165—309. *Post Guerardum de capitulari nostro disseruerunt potissimum A. Thaer in 'Fuehling, landwirthschaftliche Zeitung' XXVII.* 4. (*Aprili* 1878) *et de rebus botanicis anno* 1856 *Ernst Meyer in 'Geschichte der Botanik' tomo III, p.* 396 *sqq.* 25

De capitularis aetate dubitari potest. Pertzius, Eccardum secutus, anno 812 *idem adscripsit, neque negari potest, ipsius praecepta curamque rebus fiscalibus hoc capitulari dicatam postremos potissimum Karoli imperii annos spectare videri aliudque capitulare post annum* 800 *datum (infra Cap.* 77*) in quibusdam (cfr. capp.* 8. 10. 18. 19*) nostri esse simile. Contrarium sane est, quod in capitibus* 16. 47. 58 *reginae mentio fit, et Liutgardis regina* 30 *quae ultima fuit Karoli uxor anno* 800 *die* 4. *m. Junii mortua est, quam ob causam iam Conringius, quem Baluzius et Guerard secuti sunt, ante hoc tempus capitulare datum esse censuit. Quod mihi quoque verisimile videtur, consideranti etiam, quod non ultimis tantum regni annis sed anterioribus quoque (cfr. Legat. edictum* 789 *c.* 35*) rerum regalium ordinationi Karolus curam adhibuit. Attamen capitularis aetas non omnino certa mihi* 35 *videtur: a Karolo idem esse editum non sane negaverim, cum praesertim codex quoque Guelferbytanus ipsius imperatoris aetate scriptus esse videatur.*

Constitutionis capitula fortasse in codice nostro non recto ordine recensita sunt. Nam quod capite 44 *legitur:* et quod reliquum fuerit nobis per brevem sicut supra diximus innotescant *nonnisi ad capitis loco* 55 *positi verba:* et quod reliquum fuerit nobis 40 per brevem innotescant *referri potest. Item c.* 50 *cum capitibus* 14. 15 *cohaerere videtur, finemque capitularis fuisse in capite* 63, *epilogi naturam ferente, coniecerim.*

Codex Guelferbytanus non raro correctus apparet: primam lectionem numerus 1. *in notis indicat. Annotationibus quas capitulari addere placuit non commentarios scribere sed rariora verba breviter explicare volui.* (*B. I,* 331; *P. I,* 181.)

Volumus ut villae nostrae, quas ad opus nostrum serviendi institutas habemus, sub integritate partibus nostris deserviant et non aliis hominibus.

2. Ut familia nostra bene conservata sit et a nemine in paupertate missa.

3. Ut non praesumant iudices nostram familiam in eorum servitium ponere, non corvadas[1] non materia[2] cedere nec aliud opus sibi facere cogant, et neque ulla dona ab ipsis accipiant, non caballum non bovem non vaccam non porcum non berbicem non porcellum non agnellum nec aliam causam, nisi buticulas[3] et ortum[4], poma, pullos et ova.

4. Si familia nostra partibus nostris aliquam fecerit fraudem de latrocinio aut alio neglecto, illud in caput conponat[5]; de reliquo vero pro lege recipiat disciplinam vapulando, nisi tantum pro homicidio et incendio, unde frauda[6] exire potest. Ad reliquos autem homines iustitiam eorum, qualem habuerint, reddere studeant, sicut lex est; pro frauda[a] vero nostra, ut diximus, familia vapuletur. Franci[7] autem qui in fiscis aut villis nostris[b] commanent, quicquid commiserint, secundum legem eorum emendare studeant, et quod pro frauda dederint, ad opus nostrum veniat, id est in peculio aut in alio praetio[8].

5. Quando iudices nostri labores nostros facere debent, seminare aut arare, messes colligere, fenum secare aut vindeamiare, unusquisque in tempore laboris ad unumquemque locum praevideat ac instituere faciat quomodo factum sit, ut bene salva sint. Si intra patriam non fuerit et in quale loco iudex venire non potuerit, missum bonum de familia nostra aut alium hominem bene creditum causas nostras providendi[c] dirigat, qualiter ad profectum veniant; et iudex diligenter praevideat, ut fidelem hominem transmittat ad hanc causam providendam.

6. Volumus ut iudices nostri decimam ex omni conlaboratu pleniter donent ad ecclesias quae sunt in nostris fiscis, et ad alterius ecclesiam nostra decima data non fiat, nisi ubi antiquitus institutum fuit. Et non alii clerici habeant ipsas[d] ecclesias, nisi nostri aut de familia aut de capella nostra.

7. Ut unusquisque iudex suum servitium pleniter perficiat, sicut ei fuerit denuntiatum; et si necessitas evenerit quod plus servire debeat, tunc conputare faciat si servitium debeat multiplicare vel noctes[9].

8. Ut iudices nostri vineas recipiant nostras, quae de eorum sunt ministerio, et bene eas faciant et ipsum vinum in bona mittant vascula et diligenter praevidere faciant, quod nullo modo naufragatum sit[10]; aliud[e] vero vinum[e] peculiare conparando emere faciant, unde villas dominicas condirigere possint. Et quandoquidem plus de ipso vino conparatum fuerit quod ad villas nostras condirigendum mittendi opus sit, nobis innotescat, ut nos commendemus qualiter nostra fuerit exinde voluntas. Cippaticos[11] enim de vineis nostris ad opus nostrum mittere faciant. Censa de villis nostris qui vinum debent, in cellaria[f] nostra[f] mittat.

a) fauda *c.* b) *supra lineam additum.* c) prouidendo 1. d) *supra lineam adscriptum.* e) alio u. uino 1. f) cellario nostro 1.

1) *Operae agrestes; francog.* corvées; *germ.* Frondienste. 2) *Lignum, silva.* 3) *Potus, francog.* bouteille 4) *Hortorum fructus.* 5) *Capitale solvat, damnum emendet.* 6) *Haud dubie pro freda vel fredo.* 7) *Ingenui.* 8) *Cfr. L. Ribuar.* 36, 11. 9) *Servientes vel dies.* 10) *Deperdatur, prodigatur.* 11) *Francog.* cep; *germ.* Fächser, Absenker.

9. Volumus ut unusquisque iudex in suo ministerio mensuram modiorum, sextariorum — et situlas[12] per sextaria octo — et corborum[13] eo tenore habeant sicut et in palatio habemus[14].

10. Ut maiores nostri et forestarii, poledrarii[15], cellerarii, decani, telonarii vel ceteri ministeriales rega[15] faciant et sogales[16] donent de mansis eorum, pro manuopera vero eorum ministeria bene praevideant. Et qualiscumque maior habuerit beneficium, suum vicarium mittere faciat, qualiter et manuopera et ceterum servitium pro eo adimplere debeat.

11. Ut nullus iudex mansionaticos[17] ad suum opus nec ad suos canes super homines nostros atque in forestes[18] nullatenus prendant.

12. Ut nullus iudex obsidem nostrum in villa nostra commendare faciat.

13. Ut equos emissarios, id est waraniones, bene praevideant et nullatenus eos in uno loco diu stare permittant, ne forte pro hoc pereat. Et si aliquis talis est, quod bonus non sit aut veteranus sit, si vero mortuus fuerit, nobis nuntiare faciant tempore congruo, antequam tempus veniat ut inter iumenta mitti debeant.

14. Ut iumenta nostra bene custodiant et poledros[19] ad tempus segregent; et si pultrellae[20] multiplicatae fuerint, separatae fiant et gregem per se exinde adunare faciant.

15. Ut poledros nostros missa sancti Martini[21] hiemale ad palatium omnimodis habeant.

16. Volumus ut quicquid nos aut regina unicuique iudici ordinaverimus aut ministeriales nostri, sinescalcus et butticularius[22], de verbo nostro aut reginae ipsis iudicibus ordinaverit, ad eundem placitum sicut eis institutum fuerit impletum habeant; et quicumque per neglegentiam dimiserit, a potu se abstineat postquam ei nuntiatum fuerit, usque dum in praesentia nostra aut reginae veniat et a nobis licentiam quaerat absolvendi. Et si iudex in exercitu aut in wacta[23] seu in ambasiato vel aliubi fuerit et iunioribus eius aliquid ordinatum fuerit et non conpleverint[g], tunc ipsi pedestres ad palatium veniant et a potu vel carne se abstineant, interim quod rationes deducant propter quod hoc dimiserunt; et tunc recipiant sententiam, aut in dorso aut quomodo nobis vel reginae placuerit.

17. Quantascumque villas unusquisque in ministerio habuerit, tantos habeat deputatos homines qui apes ad nostrum opus praevideant.

18. Ut ad farinarias nostras pullos et aucas habeant iuxta qualitatem farinarii vel quantum melius potuerint.

19. Ad scuras nostras in villis capitaneis pullos habeant non minus C et aucas non minus XXX, ad mansioniles[24] vero pullos habeant non minus L, aucas non minus quam XII.

20. Unusquisque iudex fructa semper habundanter faciat omni anno ad curtem venire, excepto visitationes eorum per vices tres aut quattuor seu amplius dirigant.

g) conplacuerint *c.*

12) *Situla, octo sextarios continens, germ.* Seidel. 13) *Mensura frumentaria.* 14) *Cfr. infra in additam. Brevium exempla de reb. eccles. et fiscal. c.* 24. 15) *Rigam vel rigas facere saepe legitur in Irminonis polyptycho pro arare certam terrae mensuram; riga = angl.* ridge, *francog.* raie, *germ.* reihe, furche. 16) *Sues.* 17) *Mansionaticos prendere = habitationes exigere; cfr. Karoli ad Pippin. fil. epistola* 806—810. 18) *Forenses (homines extraneos) emendat Guérard.* 19) *Pullos equinos, francog.* poulains. 20) *Pullae equinae, francog.* pouliches. 21) 11. *Novembr.* 22) *Hincmari de ordine palatii c.* 23. 23) *Custodia (finium) seu in servitio dominico.* 24) *Opponuntur villis capitaneis; cfr. infra in additam. brevia de reb. fiscal. c.* 25.

21. Vivarios in curtes nostras unusquisque iudex ubi antea fuerunt habeat, et si augeri potest, augeat; et ubi antea non fuerunt et modo esse possunt, noviter fiant.

22. Coronas de racemis, qui vineas habuerint non minus tres aut quattuor habeant[25].

5 23. In unaquaeque villa nostra habeant iudices vaccaritias, porcaritias, berbicaritias, capraritias, hircaritias quantum plus potuerint et nullatenus sine hoc esse debent. Et insuper habeant vaccas ad[h] illorum servitium perficiendum commendatas per servos nostros, qualiter pro servitio ad dominicum opus vaccaritiae[i] vel carrucae[i] nullo modo minoratae sint. Et habeant, quando servierint ad carnes[k] dandum, boves cloppos[26] 10 non languidos et vaccas sive caballos non scabiosos aut alia peccora non languida. Et ut diximus, pro hoc vaccaritias vel carrucas[l] non minorent.

24. Quicquid ad discum[27] nostrum dare debet, unusquisque iudex in sua habeat plebio[28], qualiter bona et optima atque bene studiose et nitide omnia sint conposita quicquid dederint. Et unusquisque II habeat de annona pastos[29] per singulos dies ad 15 suum servitium, ad mensam nostram quando servierit; et reliqua dispensa[30] similiter in omnibus bona sit, tam farina quam et peculium.

25. De pastione[31] autem Kal. Septemb. indicare faciant, si fuerit an non.

26. Maiores vero amplius in ministerio non habeant nisi quantum in una die circumire aut previdere potuerint.

20 27. Casae nostrae indesinenter foca et wactas[32] habeant, ita ut salvae sint. Et quando missi vel legatio ad palatium veniunt vel redeunt, nullo modo in curtes dominicas mansionaticas[33] prendant, nisi specialiter iussio nostra aut reginae fuerit. Et comes de suo ministerio vel homines[34] illi qui antiquitus consueti fuerunt missos aut legationes soniare[35], ita et modo inantea et de parveridis et omnia eis necessaria solito 25 more soniare faciant, qualiter bene et honorifice ad palatium venire vel redire possint.

28. Volumus ut per annos singulos intra quadragesima, dominica in palmis quae Osanna dicitur, iuxta ordinationem nostram argentum de nostro laboratu, postquam cognoverimus de praesenti anno quantum sit nostra laboratio, deferre[m] studeant.

29. De clamatoribus ex hominibus nostris unusquisque iudex praevideat, ut non 30 sit eis necesse venire ad nos proclamare et dies quos servire debet per neglegentiam non dimittat perdere. Et si habuerit servus noster forinsecus iustitias ad querendum, magister[36] eius cum omni intentione decertet pro eius iustitia; et si aliquo loco minime eam accipere valuerit, tamen ipso servo nostro pro hoc fatigare non permittat, sed magister eius per semetipsum aut suum missum hoc nobis notum facere studeat.

35 30. Volumus unde servire debent ad opus nostrum, ex omni conlaboratu eorum servitium segregare faciant, et unde carra in hostem carigare[n][37] debent, similiter segregent, tam per domos quam et per pastores, et sciant quantum ad hoc mittunt[38].

h) ad *supplet Guérard.* i) vaccaritias vel carrucas *c.* k) *ita emendat Guérard;* canes *c.* l) carrugas 1. m) deferendum 1. n) caregare 1

40 25) *Vinearum dominicarum cultores non minus quam tres vel quatuor racemorum coronas conservare faciant in usum regium.* Guérard. 26) *Claudos; francog.* écloppés. 27) *Mensam.* 28) *Munere, officio; germ.* Pflicht (plicht?); *cfr. infra c.* 42. 29) *Francog.* repas; *germ.* malzeit. 30) *Germ.* Speise; *francog.* nourriture. 31) *Porcorum in silvis pascio; cfr. Chloth. II. edictum* 614, *c.* 23. 32) *Vigiles; cfr. supra c.* 16. 33) *Supra c.* 11. 34) *Agentes publici; cfr. Marculf. form. I,* 11. 45 *Cfr. etiam Cap. de exerc. prom.* 808, c. 7. 35) *Francog.* soigner, *curare.* 36) *Cfr. infra c.* 57 37) Charger. 38) *Ut de diversis servitiorum et redditum generibus tam ad palatia quam ad hostem praestandorum rationes separatae fiant.*

31. Ut hoc quod ad provendarios[39] vel genitias[40] dare debent simili modo unoquoque anno separare faciant et tempore oportuno pleniter donent et nobis dicere sciant, qualiter inde faciunt vel unde exit.

32. Ut unusquisque iudex praevideat, quomodo sementem bonum et optimum semper de conparatu[o][41] vel aliunde habeat.

33. Post ista omnia[42] segregata et seminata atque peracta, quicquid reliquum fuerit exinde de[p] omni conlaboratu usque ad verbum nostrum salvetur, quatenus secundum iussionem nostram aut venundetur aut servetur.

34. Omnino praevidendum est cum omni diligentia, ut quicquid manibus laboraverint aut fecerint, id est lardum[43], siccamen[44], sulcia[45], niusaltus[46], vinum, acetum, moratum[47], vinum coctum, garum[48], sinape, formaticum[49], butirum, bracios[50], cervisas, medum[51], mel, ceram, farinam, omnia cum summo nitore[52] sint facta vel parata.

35. Volumus ut de berbicibus crassis soccia[q][53] fiat sicut et de porcis; et insuper habeant boves saginatos in unaquaeque villa non minus quam duos aut ibidem ad socciandum[r] aut ad nos deducendum.

36. Ut silvae vel forestes nostrae bene sint custoditae; et ubi locus fuerit ad stirpandum, stirpare faciant et campos de silva increscere non permittant; et ubi silvae debent esse, non eas permittant nimis capulare atque damnare; et feramina nostra intra forestes bene custodiant; similiter acceptores et spervarios ad nostrum profectum praevideant; et censa nostra exinde diligenter exactent. Et iudices, si eorum porcos ad saginandum in silvam nostram miserint vel maiores nostri aut homines eorum, ipsi primi illam decimam[54] donent ad exemplum bonum proferendum, qualiter in postmodum ceteri homines illorum decimam pleniter persolvent[s].

37. Ut campos et culturas nostras bene conponant et prata nostra ad tempus custodiant.

38. Ut aucas pastas et pullos pastos ad opus nostrum semper, quando servire debent aut ad nos transmittere, sufficienter habeant.

39. Volumus ut pullos et ova quos servientes vel mansuarii reddunt per singulos annos, recipere debeant; et quando non servierint, ipsos venundare faciant.

40. Ut unusquisque iudex per villas nostras singulares etlehas[55], pavones, fasianos, enecas[56], columbas, perdices, turtures pro dignitatis causa omnimodis semper habeant.

41. Ut aedificia intra curtes nostras vel sepes in circuitu bene sint custoditae, et stabula vel coquinae atque pistrina seu torcularia studiose praeparatae fiant, quatenus ibidem condigne ministeriales nostri officia eorum bene nitide peragere possint[57].

o) conparata 1. p) *deest c.* q) socia 1. r) sociandum. 1. s) persoluant 1.

39) *Qui terram non habent sed victum (praebenda, germ.* proeve *in medio aevo) ex opere dominico recipiunt; cfr. infra c.* 50. 40) Γυναικεῖα, *in quibus mulieres operantur.* 41) *Emtum.* 42) *Quae dicuntur capp.* 30—32. 43) *Francog.* lard, *germ.* Speck. 44) *Caro fumo siccata*, Rauchfleisch *et* Schinken. 45) *Germ.* Sülze? *Francog.* saucisse? Wurst? 46) *Caro recens* (neu) *salita;* Pökelfleisch. 47) *Vin de mûres;* Maulbeerwein, *ita confectum secundum cod. Paris Suppl. lat.* 1319. *fol* 229. *(saec. IX.):* Morato quomodo facias: ius morae campestris modia 4, mel modium 1. Commiscis, recondis in vas pigato et si volueris, mittes cenamo, gariofile, costum et spicanardi tantum. 48) *Garum est liquor piscium salsus, mixtum herbarum et fructuum succis diversis. Cfr. Isidor etym. XX,* 3.19. 49) *Francog.* fromage. 50) Malt, Malz. 51) *Germ.* Meth; *francog.* hydromel. 52) *Supra c.* 24. 53) *Germ.* Fett, Talg; *francog.* graisse. 54) *Decimam porcorum in silvas dominicas missorum; Cfr. Chloth. II. praeceptio, c.* 11. *Chloth. II. edictum* 614, *c.* 23. 55) *Verbum aut corruptum aut ignotum; Guérard proponit emendationem 'alites'. Conjecit etiam quis, verbum glossam continere germanicam ad 'singulares' scriptam:* etliche. 56) *Anates.* 57) *Cfr. supra c.* 24.34.

42. Ut unaquaeque villa intra cameram lectaria, culcitas, plumatios[t], batlinias[58], drappos ad discum, bancales, vasa aerea, plumbea, ferrea, lignea, andedos[59], catenas, cramaculos[60], dolaturas[u][61], secures id est cuniadas[62], terebros id est taradros[63], scalpros[64] vel omnia utensilia ibidem habeant, ita ut non sit necesse aliubi hoc quaerere aut
5 commodare. Et ferramenta, quod in hostem ducunt, in eorum habeant plebio[65] qualiter bona sint et iterum quando revertuntur in camera mittantur.

43. Ad genitia[66] nostra, sicut institutum est, opera ad tempus dare faciant, id est linum, lanam, waisdo[67], vermiculo[68], warentia[69], pectinos laninas[v][70], cardones[71], saponem, unctum, vascula vel reliqua minutia quae ibidem necessaria sunt.

10 44. De quadragesimale[72] duae partes ad servitium nostrum veniant per singulos annos, tam de leguminibus quamque et de piscato seu formatico, butirum, mel, sinape, aceto, milio[73], panicio[74], herbulas siccas vel virides, radices, napos insuper, et ceram[w] vel saponem atque cetera minutia; et quod reliquum fuerit nobis per brevem, sicut supra[75] diximus, innotescant et nullatenus hoc praetermittant[x], sicut usque nunc fecerunt, quia
15 per illas duas partes volumus cognoscere de illa tertia quae remansit.

45. Ut unusquisque iudex in suo ministerio bonos habeat artifices, id est fabros ferrarios et aurifices vel argentarios, sutores, tornatores, carpentarios, scutarios, piscatores, aucipites id est aucellatores, saponarios, siceratores[76], id est qui cervisam vel pomatium sive piratium vel aliud quodcumque liquamen ad bibendum aptum fuerit facere sciant,
20 pistores, qui similam[77] ad opus nostrum faciant, retiatores qui retia facere bene sciant, tam ad venandum quam ad piscandum sive ad aves capiendum, necnon et reliquos ministeriales quos ad numerandum longum est.

46. Ut lucos nostros, quos vulgus brogilos[78] vocat, bene custodire faciant et ad tempus semper emendent et nullatenus exspectent, ut necesse sit a novo reaedificare.
25 Similiter faciant et de omni aedificio.

47. Ut venatores nostri et falconarii vel reliqui ministeriales, qui nobis in palatio adsidue deserviunt, consilium in villis[y] nostris[y] habeant, secundum quod nos aut regina per litteras nostras iusserimus, quando ad aliquam utilitatem nostram eos miserimus, aut siniscalcus et buticularius de nostro verbo eis aliquid facere praeceperint[79].

30 48. Ut torcularia in villis nostris bene sint praeparata; et hoc praevideant iudices, ut vindemia nostra nullus pedibus praemere praesumat sed omnia nitida et honesta sint.

49. Ut genitia[80] nostra bene sint ordinata, id est de casis, pislis[81], teguriis id est screonis[82]; et sepes bonas in circuitu habeant et portas firmas qualiter opera nostra bene peragere valeant.

35 50. Ut unusquisque iudex praevideat, quanti poledri in[83] uno stabulo stare

t) plumatias 1. u) dolaturias 1. v) laminas 1. w) cetera 1. x) permittant c. y) uillas nostras 1.

58) *Germ.* Bettlinnen. 59) Feuerbock, chenet. 60) Kesselhaken. 61) Hobeleisen. 62) *Francog.* cognée. 63) *Franc.* tarières, *germ.* Bohr. 64) Schabeisen? *Glossa quaedam ad*
40 *Brev. de reb. fisc. c.* 29: bursa. 65) *Cfr. supra c.* 24. 66) *Cfr. supra c.* 31. 67) *Germ.* Waid (Farbeholz), *francog.* guède. 68) *Francog.* vermeil; *tinctura quaedam rubra.* 69) *Francog.* garance, *herba quaedam rubra.* 70) *Francog. et germ.* Carde, Karde. 71) Chardon, Distel. 72) Fastenspeise, Maigre. 73) Millet, Hirse. *Panicum miliaceum.* 74) Panic cultivé, Fenchelhirse. 75) *Cap.* 55? 76) *Isidor. orig. XX,* 3. 16: Sicera est omnis potio quae extra vinum ine-
45 briare potest. 77) *Germ.* Semmel. 78) *Francog.* breuil; *germ.* Brühl; *locus muro circumdatus ad animalia custodienda.* 79) *Cfr. supra c.* 16. 27. 80) *Cfr. supra c.* 31. 43. 81) *Pisae vel pisilia, camerae caminis instructae.* 82) *Camerae in quibus mulieres hieme vespertino tempore versabantur; gall.* escrène. 83) *Cfr. supra c.* 14.

debeant et quanti poledrarii cum ipsis esse possint. Et ipsi poledrarii qui liberi sunt et in ipso ministerio beneficia habuerint de illorum vivant beneficiis; similiter et fiscalini qui mansas habuerint inde vivant, et qui hoc non habuerit, de dominica accipiat provendam[84].

51. Praevideat unusquisque iudex, ut sementia nostra nullatenus pravi homines subtus terram vel aliubi abscondere possint et propter hoc messis rarior fiat. Similiter et de aliis maleficiis[85] illos praevideant, ne aliquando facere possint.

52. Volumus ut de fiscalis vel servis nostris sive de ingenuis qui per fiscos aut villas nostras commanent diversis hominibus plenam et integram, qualem habuerint, reddere faciant iustitiam.

53. Ut unusquisque iudex praevideat, qualiter homines nostri de eorum ministerio latrones vel malefici nullo modo esse possint.

54. Ut unusquisque iudex praevideat, quatenus familia nostra ad eorum opus bene laboret et per mercata vacando non eat.

55. Volumus ut quicquid ad nostrum opus iudices dederint vel servierint aut sequestraverint, in uno breve conscribi faciant, et quicquid dispensaverint, in alio; et quod reliquum fuerit, nobis per brevem innotescant.

56. Ut unusquisque iudex in eorum ministerio frequentius audientias teneat et iustitiam faciat et praevideat qualiter recte familiae nostrae vivant.

57. Si aliquis ex servis nostris super magistrum suum nobis de causa nostra aliquid vellet dicere, vias ei ad nos veniendi non contradicat. Et si iudex cognoverit, quod iuniores illius adversus eum ad palatium proclamando venire velint, tunc ipse iudex contra eos rationes[z] deducendi ad palatium venire faciat[z], qualiter eorum proclamatio in auribus nostris fastidium non generet. Et sic volumus cognoscere, utrum ex necessitate an ex occansione veniant.

58. Quando catelli nostri iudicibus commendati fuerint ad[a] nutriendum, ipse iudex[a] de suo eos nutriat aut iunioribus suis, id est maioribus et decanis vel cellerariis ipsos commendare faciat, quatenus de illorum causa eos bene nutrire faciant, nisi forte iussio nostra aut reginae fuerit, ut in villa nostra ex nostro eos nutriant; et tunc ipse iudex hominem ad hoc opus mittat qui ipsos bene nutriat, et segreget unde nutriantur, et non sit illi homini cotidie necessitas ad scuras recurrere.

59. Unusquisque iudex quando servierit per singulos dies dare faciat de cera libras III, de sapone sextaria VIII, et super hoc ad festivitatem sancti Andreae[86], ubicumque cum familia nostra fuerimus, dare studeat de cera libras VI; similiter mediante quadragesima[87].

60. Nequaquam de potentioribus hominibus maiores fiant, sed de mediocribus qui fideles sint.

61. Ut unusquisque iudex quando servierit suos bracios[88] ad palatium ducere faciat; et simul veniant magistri qui cervisam bonam ibidem facere debeant.

62. Ut unusquisque iudex per singulos annos[89] ex omni conlaboratione nostra quam cum bubus quos bubulci nostri servant, quid de mansis qui arare debent, quid de sogalibus, quid de censis, quid de fide[b] facta[90] vel freda, quid de feraminibus in

z) rationes deducere ad palatium veniendi faciat *legendum esse censet Guérard.* a) ad .... iudex *om. editio Pertzii; exstant verba apud Brunsium, qui ea sub fine capitis antecedentis a librario scripta esse dicit.* b) fida *c.*

84) *Cfr. supra c.* 31. 85) *Incantationes et magice; francog.* maléfice; *cfr. Admonitio gen.* 789. *c.* 64. 86) 30. *Novembr.* 87) *Francog.* Mi-carême; *germ.* Mittfasten. 88) *Cfr. supra c.* 34. 89) *Supplendum est 'quid'.* 90) *De debitis solvendis fides (solennis sponsio) fiebat; cfr. Lex. Sal. emend.* 52, *Capit. de exercitu promovendo* 808, *c.* 2. 5.

forestis nostris sine nostro permisso captis, quid de diversis conpositionibus, quid de molinis, quid de forestibus, quid de campis[c], quid de pontibus vel navibus, quid de liberis hominibus et centenis qui partibus fisci nostri deserviunt, quid de mercatis, quid de vineis, quid de illis qui vinum solvunt, quid de feno, quid de lignariis et faculis[91],
5 quid de axilis[92] vel aliud materiamen, quid de proterariis[93], quid de leguminibus, quid de milio et panigo[94], quid de lana, lino vel canava, quid de frugibus arborum, quid de nucibus maioribus vel minoribus, quid de insitis ex diversis arboribus, quid de hortis, quid de napibus, quid de wiwariis, quid de coriis, quid de pellibus, quid de cornibus, quid de melle et cera, quid de uncto et siu[95] vel sapone, quid de morato[96], vino cocto,
10 medo et aceto, quid de cervisa, de vino novo et vetere, de annona nova et vetere, quid de pullis et ovis vel anseribus id est aucas, quid de piscatoribus, de fabris, de scutariis vel sutoribus; quid de huticis[d][97] et confinis[98] id est scriniis, quid de tornatoribus vel sellariis, de ferrariis et scrobis, id est fossis ferrariciis vel aliis fossis plumbariciis, quid de tributariis, quid de poledris et pultrellis habuerint — omnia seposita,
15 distincta et ordinata ad nativitatem Domini nobis notum faciant, ut scire valeamus quid vel quantum de singulis rebus habeamus.

63. De his omnibus supradictis nequaquam iudicibus nostris asperum videatur si hoc requirimus; quia volumus ut et ipsi simili modo iunioribus eorum omnia absque ulla indignatione requirere studeant, et omnia quicquid homo in domo sua vel in villis
20 suis habere debet, iudices nostri in villis nostris habere debeant.

64. Ut carra nostra quae in hostem pergunt basternae[99] bene factae sint, et operculi bene sint cum coriis cooperti, et ita sint consuti, ut, si necessitas evenerit aquas ad natandum, cum ipsa expensa quae intus fuerit transire flumina possint, ut nequaquam aqua intus intrare valeat et bene salva causa nostra, sicut diximus, transire
25 possit. Et hoc volumus, ut farina in unoquoque carro ad spensam nostram missa fiat, hoc est duodecim modia de farina; et in quibus vinum ducunt, modia XII ad nostrum modium mittant; et ad unumquodque carrum scutum et lanceam, cucurum et arcum habeant.

65. Ut pisces de wiwariis[100] nostris venundentur et alii mittantur in locum, ita
30 ut pisces semper habeant; tamen quando nos in villas non venimus, tunc fiant venundati et ipsos ad nostrum profectum iudices nostri conlucrare faciant.

66. De capris et hircis et eorum cornua et pellibus nobis rationes deducant, et per singulos annos niusaltos[1] crassos nobis inde adducant.

67. De mansis absis et mancipiis adquisitis, si aliquid super se habuerint quod
35 non habeant ubi eos collocare possint, nobis nuntiare faciant.

68. Volumus ut bonos barriclos[2] ferro ligatos, quos in hostem et ad palatium mittere possint, iudices singuli praeparatos semper habeant, et buttes ex coriis[3] non faciant.

69. De lupis omni tempore nobis adnuntient, quantos unusquisque conpraehenderit et ipsas pelles nobis praesentare faciant; et in mense Maio illos lupellos perquirant
40 et conpraehendant, tam cum pulvere[4] et hamis quamque cum fossis et canibus.

c) cambis *(brauhaus* et *backhaus)* fortasse legendum est; *cfr. Brevia ad describ. res eccles. et fiscal. c.* 24. *infra in additamentis ad Kar. M. capitularia.* d) buticis *legit Bruns.*

91) *Facibus.* 92) *Axibus, scindulis.* 93) *Verbum omnino dubium.* 94) *Cfr. supra c.* 44. 95) *Germ.* seife? *francog.* suif *(germ.* talg*)?* 96) *Cfr. supra c.* 34. 97) *Francog.*
45 huche, *germ.* backtrog. 98) *Francog.* coffre. 99) *Carrorum genus hic descriptum; carra pellibus insuta fuisse videntur, ne res in iis positae perirent in fluminibus transeundis.* 100) *Cfr. supra c.* 21, 62. 1) *Cfr. supra c.* 34. 2) *Dolia magna, francog.* barrigue. 3) *Germ.* schlauch, *francog.* outre. 4) *Venefico.*

70[5]. Volumus quod in horto omnes herbas habeant: id est lilium[6], rosas[7], fenigrecum[8], costum[9], salviam[10], rutam[11], abrotanum[12], cucumeres[13], pepones[14], cucurbitas[15], fasiolum[16], ciminum[17], ros marinum[18], careium[19], cicerum italicum[20], squillam[21], gladiolum[22], dragantea[23], anesum[24], coloquentidas[25], solsequiam[26], ameum[27], silum[28], lactucas[29], git[30], eruca alba[31], nasturtium[32], parduna[33], puledium[34], olisatum[35], petresilinum[36], apium[37], levisticum[d][38], savinam[39], anetum[40], fenicolum[41], intubas[42], diptamnum[43], sinape[44], satureiam[45], sisimbrium[46], mentam[47], mentastrum[48], tanazitam[49], neptam[50], febrefugiam[51], papaver[52], betas[53], vulgigina[54], mismalvas[55], malvas[56], carvitas[57], pastenacas[58], adripias[59], blidas[60], ravacaulos[61], caulos[62], uniones[63], britlas[64], porros[65], radices[66], ascalonicas[67], cepas[68], alia[69], warentiam[70], cardones[71], fabas maiores[72], pisos Mauriscos[73], coriandrum[74], cerfolium[75], lacteridas[76], sclareiam[77]. Et ille hortulanus habeat super domum suam Iovis barbam[78]. De arboribus volumus quod habeant pomarios diversi generis, pirarios diversi generis, prunarios diversi generis, sorbarios[79], mespilarios[80], castanearios[81], persicarios[82] diversi generis, cotoniarios[83], avellanarios[84],

e) leiusticum *c.*

5) *In herbis hic dictis explicandis littera K. Kindlinger, littera A. Anton, littera M. Meyer indicat.* 6) *Lilium candidum M.* 7) *Rosa centifolia M.* 8) *Trigonella foenum graecum M;* bockshorn *K;* steinklee *A;* 9) *Balsamita vulgaris M;* kostwurz *A.* 10) *Salvia officinalis M.* 11) *Ruta graveolens M.* 12) *Artemisia Abrotanum M;* everitze *K;* stabwurz *A.* 13) *Cucumis sativus M.* 14) *Cucumis melo M.* 15) *Cucurbita pepo;* kürbis *M.* 16) *Faseolus vulgaris M;* vietzbohne *K.* 17) *Cuminum cyminum M;* gartenkümmel *K.* 18) *Rosmarinus officinalis M.* 19) *Carum Carvi M;* wiesenkümmel *K;* karbe *A.* 20) *Cicer arietinum M.* 21) *Scilla maritima M;* meerzwiebel *K.* 22) *Iris germanica M;* schwertel *K.* 23) *Artemisia dracunculus M;* dragun *K;* schlangenwurz *A.* 24) anis. 25) *Momordica Elaterium (?) M;* wilder kürbis *K.* 26) *Cichorium intybus M; Heliotropium K.* 27) *Ammi maius M;* baerkümmel *A.* 28) *Anthriscus cerefolium (?) M.* 29) *Lactuca sativa M.* 30) *Nigella sativa M;* schwarzkümmel *K.* 31) *Eruca sativa M;* weisser gartensenf *K.* 32) *Lepidium satirum M;* kresse *A.* 33) *? K. M.* 34) *Mentha pulegium M;* flöhkraut *K.* 35) *Smyrnium olusatrum M;* rosseppich *K.* 36) *Apium petroselinum M.* 37) *Apium graveolens M.* 38) *Levisticum officinale M;* liebstöckel *K.* 39) *Iuniperus sabina M; sadebaum A.* 40) *Anethum graveolens M;* dill *A.* 41) *Anethum fenicolum M;* fenchel *A.* 42) *Cichorium endivia M; cfr. not.* 26. 43) *Dictamnus albus M;* weisswurz *K.* 44) *Sinapis nigra M.* 45) *Satureia hortensis M;* bohnenkraut *K.* 46) *Mentha aquatica M;* weisse münze 47) *Mentha crispa M;* gartenmünze *A.* 48) *Mentha silvestris M;* rossmünze *K.* 49) *Tanacetum vulgare M;* wurmkraut *K.* 50) *Nepeta cataria M.* 51) *Erythrea centaurium M;* klein tausendgüldenkraut *K.* 52) *Papaver somniferum M.* 53) *Beta vulgaris M.* 54) *Asarum Europaeum M;* haselwurz *K.* 55) *Althaea officinalis M;* wetterrose *K. Secunda manus glossam adiecit:* 'ibischa id est alteas'*; eadem glossa legitur in brevibus rerum fiscalium infra editis c.* 35. 56) *Alcea rosea M.* 57) *Daucus carota (?) M.* 58) *Pastinaca sativa M.* 59) *Atriplex hortense M;* schiessmelde *K.* 60) *Blitum capitatum M;* erdbeermelde *K.* 61) *Brassica caulorapa M;* kohlrabi *K.* 62) *Brassica oleracea M.* 63) *Allium fictulosum M;* zwiebel *K.* 64) *Allium schoenoprasum M;* schnittlauch *K.* 65) *Allium porrum M;* loch, porrhe *K.* 66) *Raphanus sativus M;* rettich *K.* 67) *Allium ascalonicum M;* chalotten *K.* 68) *Allium cepa M.* 69) *Allium sativum M;* knoblauch *K.* 70) *Rubia tinctorum M;* färberröthe *K*; *cfr. cap.* 43. 71) *Dipsacus fullonum M;* kardendistel *K; cfr. cap.* 43. 72) *Vicia faba M;* saubohne *K.* 73) *Vicia Narbonensis vel Pisum arvense M.* 74) *Coriandrum sativum M.* 75) *Scandix cerefolium M*; kerbel *A.* 76) *Euphorbia lathyris M;* springwurz *A.* 77) *Salvia sclarea M.* 78) *Sempervivum tectorum M.* 79) *Sorbus domestica M;* eberesche *A.* 80) *Mespilus germanica M.* 81) *Castanea vesca M.* 82) *Amygdalus persica M.* 83) *Cydonia vulgaris M;* quittenbaum *A.* 84) *Corylus avellana M.*

amandalarios[85], morarios[86], lauros[87], pinos[88], ficus[89], nucarios[90], ceresarios[91] diversi generis. Malorum nomina: gozmaringa, geroldinga, crevedella, spirauca, dulcia, acriores, omnia servatoria[92]; et subito comessura; primitiva[93]. Perariciis[94] servatoria trium et quartum genus, dulciores et cocciores et serotina.

Explicit capitulare dominicum[95].

85) *Amygdalus communis M.* 86) *Morus nigra M;* Maulbeerbaum. 87) *Laurus nobilis M.* 88) *Pinus cembra M.* 89) *Ficus carica M.* 90) *Iuglans regia M.* 91) *Prunus cerasus M.* 92) Daueraepfel. 93) Frühaepfel. 94) *Verba postrema corrupta et ad pirorum genera referenda videntur. Caeterum Guerard adnotat verba inde a* Malorum nomina *a capitulari esse aliena.* 95) *Additae sunt hae glossae ad capitulare non pertinentes:* Hamedii, id sunt coniuratores, quos nos geidon dicimus. Metani, id sunt propinqui. Solsaticum, id est abiecticium; solsativit, id est abiectivit. Leudus eius iacet finitus, id est weregildus. Concapulavit, id est concidit, forheo. Livorasset, id est vulnerasset.

---

33. CAPITULARE MISSORUM GENERALE.

802 initio.

Exstat in unico codice Parisiensi 4613. *fol.* 91., *qui, uti semper, sic in hoc quoque capitulari textum praebet admodum corruptum et intellectu interdum difficilem; caput* 27 *etiam in codice quodam Reatino inter canones receptum est.*

Primo et secundo capitulo narratur, Karolum imperatorem missos in universum regnum direxisse, qui secundum cuncta subsequentia *capitula iustitiam reddi curent omnesque liberos duodecim annis maiores fidelitatis sacramentum iam imperatori ut antea regi iurare faciant. Capitibus tertio et sequentibus usque ad nonum huius sacramenti vis et argumentum illustrantur, et deinde (c.* 10—39*) Karoli praecepta sequuntur missis iniuncta, primo (c.* 10—24*) ecclesiastica, deinde mundana (c.* 25—39*). Caput ultimum epilogum continet bene congruentem cum capite primo, ut non dubitari possit, quadraginta haec capita unum tantum efficere capitulare, quo aeque atque in Franconofurtensi anno* 794 *dato partim narratur partim in missorum usum iussa imperatoris constituuntur.*

Capitulare non multo post Karolum imperatorem coronatum esse editum capite secundo patet; ut anno 802 *idem adscribamus, annalibus Laureshamensibus cogi videmur, in quibus ad ipsum annum referuntur haec (Scriptt. I.* 38*):* Eo anno demoravit domnus Caesar Carolus apud Aquis palatium quietus cum Francis sine hoste; sed recordatus misericordiae suae de pauperibus qui in regno suo erant et iustitias pleniter abere non poterant, noluit de infra palatio pauperiores vassos suos transmittere ad iusticias faciendum propter munera, sed elegit in regno suo archiepiscopos et reliquos episcopos et abbates cum ducibus et comitibus qui iam opus non abebant super innocentes munera accipere, et ipsos misit per universum regnum suum ut ecclesiis, viduis, orfanis et pauperibus et cuncto populo iustitiam facerent. *Haec enim verba scripta videntur ope capitis nostri primi, quod, cum initium eius sit:* Serenissimus igitur, *fortasse mutilum in codice traditur. Caeterum in annalibus etiam S. Amandi (Scr. I.* 14.*) ad annum* 802 *notatur, Karolum statuisse,* ut ei omnes generaliter fidelitatem iurarent. *(B. I,* 361; *P. I,* 91.*)*

Primum cap. De legatione a domno imperatore directa. Serenissimus igitur et christianissimus domnus imperator Karolus elegit ex optimatibus suis prudentissimis et

sapientissimos viros, tam archiepiscopis quam et reliqui episcopis simulque et abbates venerabiles laicosque religiosos, et direxit[a] in universum regnum suum, et per eos cunctis subsequentibus[1] secundum rectam legem vivere concessit. Ubi autem aliter quam recte et iuste in lege aliquit esse constitutum, hoc diligentissimo animo exquirere iussit et sibi innotescere: quod ipse donante Deo meliorare cupit. Et nemo per ingenium suum vel astutiam perscriptam legem, ut multi solent, vel sibi suam iustitiam marrire[2] audeat vel prevaleat, neque ecclesiis Dei neque pauperibus nec viduis nec pupillis nullique homini christiano. Sed omnes omnino secundum Dei praeceptum iusta viverent rationem iusto iudicio, et unusquisque in suo proposito vel professione uniamimiter permanere ammonere: canonici[3] vita canonica absque turpis lucris negotio pleniter observassent, sanctemoniales[4] sub diligenti[b] custodia vitam suam custodirent, laici[5] et seculares recte legibus suis uterentur absque fraude maligno, omnem in invicem in caritate et pace perfecte viverent. Et ut ipsi missi diligenter perquirere, ubicumque aliquis homo sibi iniustitiam factam ab aliquo reclamasset, sicut Dei omnipotentis gratiam sibi[c] cupiant custodire et fidelitate sibi promissa conservare; ita ut omnino in omnibus ubicumque, sive in sanctis ecclesiis Dei vel etiam pauperibus, pupillis et viduis adque cuncto populo legem pleniter adque iustitia exhiberent secundum voluntatem et timorem Dei. Et si tale aliquit esset quod ipsi per se cum comitibus provincialibus emendare et ad iustitiam reducere nequivissent, hoc absque ulla ambiguitate cum brebitariis suis ad suum referent[d] iudicium; et per nullius hominis adulationem vel praemium, nullius quoque[e] consanguinitatis[e] defensione vel timore potentum rectam iustitia via inpediretur ab aliquo.

2. De fidelitate promittenda domno imperatori. Precepitque, ut omni homo in toto regno suo, sive ecclesiasticus sive laicus, unusquisque secundum votum et propositum suum, qui antea fidelitate sibi regis nomine promisissent[6], nunc ipsum promissum nominis[f] cesaris faciat; et hii qui adhuc ipsum promissum non perficerunt omnes usque ad duodecimo aetatis annum similiter facerent. Et ut omnes traderetur publice, qualiter unusquisque intellegere posset, quam[g] magna in isto sacramento et quam multa conprehensa sunt, non, ut multi usque nunc extimaverunt, tantum fidelitate domno imperatori usque in vita ipsius, et ne aliquem inimicum in suum regnum causa inimicitiae inducat, et ne alicui infidelitate illius consentiant aut retaciat, sed ut sciant omnes istam[h] in se rationem[h] hoc sacramentum habere.

3. Primum, ut unusquisque et persona propria se in sancto Dei servitio secundum Dei preceptum et secundum sponsionem suam pleniter conservare studeat secundum intellectum et vires suas, quia ipse domnus imperator non omnibus singulariter necessariam potest exhibere curam et disciplinam.

4. Secundo, ut nullus homo neque cum periuri neque alii ullo ingenio vel fraude per nullius umquam adolationem vel praemium neque servum domni imperatoris neque terminum neque terram nihilque quod iure potestativo permaneat nullatenus contradicat neque abstrahere audeat vel celare; et ut nemos fugitivos fiscales suos, qui se iniuste et cum fraudes liberas dicunt, celare neque abstrahere cum periurio vel alio inienio presumat.

a) dixit *c.* b) diligentia *c.* c) ubi *c.* d) reserent *c.* e) queque consanguinitas *c.*; *cfr. infra c.* 7. f) hominis *c.* g) *deest in c.* h) *ita Bal.;* ista miserationem *c.*

1) *Cap.* 10—40. 2) *impedire, perturbare; italice* smarrire. *Item infra c.* 8. 9. 3) *Cfr. praesertim c.* 10—17. 19. 21—24. 4) *Cfr. c.* 18. 20. 5) *Cfr. c.* 25 *et seq.* 6) *Cfr. capitulare missorum* 786 *vel* 792 (supra C. 25) *c.* 2—4.

5. Ut sanctis ecclesiis Dei neque viduis neque orphanis neque peregrinis fraude vel rapinam vel aliquit iniuriae quis facere presumat; quia ipse domnus imperator, post Domini et sanctis eius, eorum[i] et protector et defensor esse constitutus est.

6. Ut beneficium domni imperatoris desertare nemo audeat, propriam suam exinde 5 construere.

7. Ut ostile bannum domni imperatori nemo pretermittere presumat, nullusque comis[k] tam presumtiosum sit, ut ullum[l] de his qui hostem facere debiti sunt exinde vel aliqua propinquitatis[m] defensionem vel cuius muneris adolationem dimittere audeant.

8. Ut nullum bannum vel preceptum domni imperatori nullus omnino in nullo 10 marrire praesumat, neque opus eius tricare[n] vel inpedire vel minuere vel in alia contrarius fierit voluntati vel praeceptis eius. Et ut nemo debitum suum vel censum marrire ausus sit.

9. Ut nemo in placito pro alio rationare usum habeat defensionem alterius iniuste, sive pro cupiditate[o] aliqua, minus rationare valente vel pro ingenio rationis suae iustum 15 iudicium marrire vel rationem suam minus valente opprimendi studio. Sed unusquisque pro sua causa vel censum vel debito ratione reddat, nisi aliquis isti infirmus aut rationes nescius, pro quibus missi vel priores qui in ipso placito sunt vel iudex qui causa huius rationis sciat rationetur con placito; vel si necessitas sit, talis personae largitur in[p] rationem, qui omnibus provabilis sit et qui in ipsa bene noverit causa: 20 quod tamen omnino fiat secundum convenientiam priorum vel missorum[q] qui praesentem adsunt. Quod et omnimodis secundum iustitiam legem fiat; adque praemium, mercedem vel aliquo malae adulationis ingenio vel defensione propinquitatis ut nullatenus iustitia quis marrire praevaleat. Et ut nemo aliquit alicui iniuste consentiat, sed omni studio et voluntate omnes ad iustitia perficiendam praeparati sunt.

25 Hec enim omnia supradicta imperiali sacramento observari debetur.

---

10. Ut episcopi[r] et[r] presbiteris secundum canones vibant et itaque caeteros doceant.

11. Ut episcopi, abbates adque abbatissae, que ceteris prelati sunt, cum summa veneratione hac diligentia subiectis sibi preesse[s] studeat, non potentiva dominationem vel tyrannide sibi subiectos premant, sed simplici dilectionem cum mansuetudinem et 30 caritatem vel exemplis bonorum operum commissa sibi grege sollicite custodiant.

12. Ut abbate, ubi monaci sunt, pleniter cum monachis secundum regula vibant adque canones[t] diligenter discant et observent; similiter abbatissae faciant.

13. Ut episcopi, abbates adque abbatissae advocatos adque vicedomini centenariosque legem scientes et iustitiam diligentes pacificosque et mansuetus habeant, qualiter 35 per illosque sanctae Dei ecclesiae magis profectum[u] vel merces adcrescat; quia nullatenus neque praepositos neque advocatos damnosus et cupidus in monasteria habere volumus, a quibus magis nos blasphemia vel detrimenta oriantur. Sed tales sint, quale eos canonica vel regularis institutio[v] fieri iubet, voluntati Dei subditos et ad omnes iustitia perficiendi semper paratos, legem pleniter observantes absque fraude maligno, 40 iustum semper iudicium in omnibus exercentes, praepositos vero[w] tales, quales sancta regula fieri docet. Et hoc omnino observent, ut nullatenus a quibus magis nobis a canonica vel regulari norma discendant, sed humilitatem in omnibus habeant. Si autem aliter praesumserint, regulare disciplina sentiant; et si se emendare noluerit, a praepositum removeantur, et qui digni sunt in loca eorum subrogentur.

45 i) quorum *c.* k) commix *c.* l) illum *c.* m) propinquatis c. n) stricare *c.* o) cuditate *c.* p) ut *c.* q) missum *c.* r) episcopis *c.* s) precesse *c.* t) canonicis *c.* u) praeceptum *c.* v) *ita Bal.;* intuitu *c.* w) vestros *c.*

14. Ut episcopi, abbates adque abbatissae comiteque unanimi invicem sint, consentientes legem ad iudicium iustum terminandum cum omni caritate et concordia pacis, et ut fideliter vivant secundum voluntate Dei, ut semper ubique et propter illos et inter illos iustum iudicium ibique perficiantur. Pauperes, viduae, orphani et peregrini consolationem adque defensionem[x] hab eis habent; ut et nos per eorum bona voluntatem magis premium vitae eternae quam supplicium mereamur. 5

15[y]. Abbates autem et monachis omnis modis volumus et precipimus, ut episcopis suis omni humilitate et hobhedientia sint subiecti, sicut canonica constitutione mandat. Et omnis eclesiae adque basilicae in eclesiastica defensione et potestatem permaneat. Et de rebus ipse basilicae nemo ausus sit in divisione aut in sorte mittere. Et quod 10 semel offeritur, non revolvatur et sanctificetur[z] et vindicetur[z]. Et si autem aliter praesumpserit, presolvatur et bannum nostrum conponat. Et monachi ab episcopo provinciae ipsius corripiantur; quod si se non emendent, tunc archiepiscopus eos ad sinodum convocet; et si neque sic se[a] correxerint[a], tunc ad nostra praesentiam simul cum episcopo suo veniant[7]. 15

16. De ordinatione elegenda, ut domnus imperator iam olim ad Francorum banno concessit ut[b] episcopi abbatibus[b], ita etiam nunc et firmavit; eo tamen tinore, ut neque episcopus neque abbas in monasterio viliores meliori plus diligit et eum sibi propter consanguinitatem suam vel aliqua adolationem melioribus suis praeferre studeat, et talem nobis ducere[c] ordinandum, cum meliorem eo habet occultato[d] et oppressu[d]: quod ne- 20 quaquam fieri volumus, quia inrisio[e] et delusio nostra hoc fieri videtur. Set talis in monasteriis nutriantur ad ordinandum[f], in quo et nobis et merces et profectus adcrescat commendatoribus suis.

17. Monachi autem, ut firmiter ac fortiter secundum regula vivant, quia displicere Deo novimus quisquis in sua voluntate tepidus est, testante Iohanne in apocalypsin[8]: 25 'Utinam calidus esse aut frigidus: sed quia tepidus es, incipian te evomere ex ore meo'. Seculare sibi negotium[g] nullatenus usurpent. Foris monasterio nequaquam progrediendi licentiam habeant, nisi maxima cogente necessitatem: quod tamen episcopus, in cuius diocese[h] erunt, omnino praecuret, ne foris monasterio vagandi usum habeant. Sed si necessitas sit ad aliquam obhedientiam aliquis foris pergere, et hoc cum consilio 30 et consensum episcopi fiat, et tales personae cum testimonium foris mittantur in quibus nulla sit suspitio mala vel a quibus nulla oppinio mala oriatur. Foris vero peculium vel res monasterii abbas cum episcopi sui licentiam et consilium ordinet qui praevideat, non monachum, nisi alium[i] fidelem. Quaestum verum seculare vel concupiscentia mundanarum rerum omnismodis devitent[k]; quia avaritia vel concupiscentia huius mundi 35 omnibus est devetanda christiani, maxime tamen in his qui mundo et concupiscentiis abrenuntiasse videtur. Lites et contentiones nequaquam, neque infra neque foris monasterio, movere presumat. Qui autem presumserit, gravissima disciplina regulari corripiantur, et taliter caeteri metum habeant talia perpetranda. Ebrietatem et commessationem omnino fugiant, quia inde libidine maxime polluari omnibus notum est. Nam pervenit 40 ad aures nostras oppinio perniciosissima, fornicationes et in habhominatione et inmunditia multas iam in monasteriis esse deprehensos. Maxime contristat[l] et conturbat, quod sine errore magno dici potest, ut unde[m] maxima spe salutis omnibus christianis

x) deconfessionem *c.* y) *caput cum anteriori cohaeret in c.* z) sanctificat et vindicet *c.* a) consurrexerint *c.* b) episcopis et abbatibus *corr.?* c) duce *c.* d) occultatum et opressum 45 *legendum.* e) inrisior *c.* f) *ita Bal.;* ornandum *c.* g) *ita correxi;* neglegentiam *c.* h) doces *c.* i) olium *c.* k) devideant *c.* l) antrifat *c.* m) inde *c.*

7) *Cfr. Concil. Franconof.* 794. *c.* 6. 8) *c.* 3, 15. 16.

orriri crederent, id est de vita et castitate monachorum, inde detrimentum[n], ut aliquis ex monachus sodomitas esse auditum. Unde etiam rogamus et contextamur, ut certissime amplius ex his diebus omni[o] custodia se ex[p] his malis conservare studeant, ut numquam amplius tale[q] quid aures nostras perveniat. Et hoc omnibus notum sit, quia 5 nullatenus in ista mala in nullo loco amplius in toto regno nostro consentire audeamus: quanto minus quidem[r] inter eos qui castitatis et sanctimoniae emendatiores esse cupimus. Certe[s] si[s] amplius quid[t] tale[t] ad aures nostras pervenerit, non solum in eos, sed etiam et in ceteris, qui[u] in[u] talia consentiant, talem ultionem facimus, ut nullus christianus qui hoc audierit, nullatenus tale[v] quid perpetrare amplius presumserit[w].

10 18. Monasteria puellarum firmiter observata sint, et nequaquam vagare sinantur, sed cum omni diligentia conserventur, neque litigationes vel contentione inter se movere praesumat, neque in nullo magistris et abbatissis inhobedientes vel contrariae fieri audeant. Ubi autem regulares sunt, omnino secundum regula observent, ne fornicatione deditae, non ebrietatis, non cupiditati servientes, sed omnimodis iuste et sobrie vivant. 15 Et ut in claustra vel monasterium earum vir nullus intret, nisi presbiter propter visitationem infirmarum cum testimonio intret, vel ad missam tantum, et statim exeat. Et ut nemo alterius filiam suam in congregationem sanctemonialium recipiat absque notitia vel consideratione episcopi ad cuius diocense pertinet locus ille; et ut ipse diligenter exquirat, qualiter in sancto ad Dei servitio permanere cupiat, et stabilitatem suam ibi- 20 dem firmare vel professionem. Ancilla autem aliorum hominum[9], vel tales feminas quae secundum more conversationis in sancta congregatione vivere volunt[x], omnes pleniter de congregatione eiciantur.

19[y]. Ut episcopi, abbates, presbiteri, diaconus nullusque ex omni clero canes ad venandum aut acceptores, falcones seu sparvarios habere presumant, sed pleniter se 25 unusquisque in ordine suo canonice vel regulariter custodiant. Qui autem presumserit, sciat unusquisque honorem suum perdere. Caeteri vero tale exinde damnum patiatur, ut reliqui metum habeant talia sibi usurpare.

20. Ut abbatissae una cum sanctimonialibus suis se unianimiter[z] aut diligenter infra claustra se custodiant et nullatenus foris claustra ire praesumant. Sed abbatissae, 30 cum propter[a] aliquas de sanctimonialibus dirigere, hoc nequaquam absque licentiam et consilium episcopi sui faciant. Similiter et cum ordinationem aliqua in monasteriis agere debeant vel aliquas in monasteriis receptiones facere, et hoc cum episcopis suis pleniter antea retractent; et quod salubrius vel utilius fieri disponat, episcopi archiepiscopo annuntient, et cum eius consilio quae agenda sunt perficiantur.

35 21. Ut presbiteros ac caeteros canonicos, quos comites sui[b] in ministeriis[c] habent, omnino eos episcopis suis subiectos exhibeant, ut canonica institutio iubet; de his episcopis suis pleniter sub sancta disciplina eos erudire sint[d] consentientes, sicut nostra gratia vel suos honores habere desiderant.

22[e]. Canonici autem pleniter vitam obserbent canonicam, et domo episcopali vel 40 etiam monasteria cum omni diligentiam secundum canonica disciplina erudiantur. Nequaquam foris vagari[f] sinantur[f], sed sub omni custodia vibant, non turpis lucri dediti, non fornicarii, non fures, non homicides, non raptores, non litigiosi, non iracundi, non

n) trimentum *c.* o) omnia *c.* p) et c. q) tela *c.* r) qui *c.* s) Certes *c.* t) quot tales *c.* u) quur̃ *c.* v) tele *c.* w) sumserit *c.* x) nolunt *legendum?* y) *Capp.* 45 19—21. *uno capite coniuncta in cod.* z) uanianimiter *c.* a) propr. *c.; proposuerint coniecit P.* b) seu *c.* c) misteriis *c.* d) sunt *c.* e) *Cap.* 22—24. *in uno iunguntur in cod.* f) variismantur *c.*

9) *Cfr. Admon. gen.* 789. *c.* 23.

elati, non ebriosi, sed casti corde et corpore, humiles, modesti, sobrii, mansueti, pacifici, ut filii Dei digni sint ad sacro ordine promovere; non per vicos neque per villas ad ecclesiam vicinas[g] vel terminantes sine magisterio vel disciplina, qui sarabaiti[10] dicuntur, luxoriando vel fornicando vel etiam caetera iniqua operando, quae consentiri absordum est.

23. Presbiteri cleros quos secum habent sollicite praevideant, ut canonice vivant: non inanis lusibus vel conviviis secularibus vel canticis vel luxoriosis usum habeant; sed caste et salubre vivant.

24. Si quis autem presbiter sive[h] diaconos, qui post hoc in domo sua secum mulieres extra canonicam licentiam habere presumserit, honorem simul et hereditatem privetur[i] usque[i] ad nostram presentiam.

---

25. Ut comites et centenarii ad omnem iustitiam faciendum conpellent et iuniores tales in ministeriis[k] suis habeant, in quibus securi confident, qui legem adque iustitiam fideliter observent, pauperes nequaquam oppriment, fures latronesque et homicidas, adulteros, malificos adque incantatores vel auguriatrices omnesque sacrilegos nulla adulatione vel praemium nulloque sub tegimine celare audeat, sed magis prodere, ut emendentur et castigentur secundum legem, ut Deo largiente omnia haec mala a christiano populo auferatur.

26. Ut iudices secundum scriptam legem iuste iudicent, non secundum arbitrium suum.

27[l]. Precipimusque ut in omni regno nostro neque divitibus[m] neque pauperibus neque peregrinis nemo hospitium[m] denegare audeat, id est sive peregrinis propter Deum perambulantibus terram sive cuilibet iteranti propter amorem Dei et propter salutem animae suae tectum et focum et aquam illi nemo deneget. Si autem amplius eis aliquid boni facere voluerit, a Deo sibi sciat retributionem optimam, ut ipse dixit: 'Qui[11] autem susceperit unum parvulum propter me, me suscepit', et alibi: 'Hospes[12] fui et suscepistis me'.

28. De legationibus a domno imperatore venientibus. Missis directis ut comites et centenarii praevideant omni sollicitudine, sicut gratia domni imperatori cupiunt, ut absque ulla[n] mora eant[n] per ministeria[o] eorum, omnibusque omnino praecepit, quia hoc debiti sunt praevidere, ut nullam moram nusquam patiatur, sed cum omni festinatione eos faciant ire viam suam, et taliter providentiam suam habeant, ut missi nostri disponant.

29. De[13] pauperinis vero qui in sua elymosyna domnus imperator concedit qui pro banno suo solvere debent, ut eos iudices, comites vel missi nostri pro concesso non habeant constringere parte[p] sua.

30. De his quos vult domnus imperator, Christo propitio, pacem defensionem habeant in regno suo, id sunt qui ad suam clementiam festinant, aliquo nuntiare cupientes sive ex christianis sive ex paganis, aut propter inopia vel propter famem suffragantia quaerunt, ut nullus eos sibi servitio constringere vel usurpare audeant neque alienare neque vindere; sed ubi sponte manere voluerint, sub defensione domni imperatoris ibi

g) vini *c.* h) sine *c.* i) priuet. utriusque *c.; (cfr. c.* 32. 36 *sub fine.)* k) misteriis *c.* l) *Cap.* 27 *legitur etiam in canonum quodam codice ecclesiae Reatinae sign. Arm. V. L. saeculo undecimo scripto fol.* 31, *inscriptum:* Ut omnis homo ad alium hominem hospitium preparent. Kar. rex. m) *ita cod. Reat;* dives neque pauper neque per nemini inspicia *cod. Par.* n) ullum orteant *c.* o) misteria *c.* p) *ita correxi;* pro arte *c.*

10) *Legation. edict.* 789 *c.* 1. 11) *Matth.* 18, 5. 12) *Matth.* 25, 35. 13) *Ne ab iis, qui contra bannum regium quidem egerint sed quibus propter propriam egestatem imperatoris clementia banni solutio concessa fuerit, comites missive sua auctoritate bannum exigant.*

habeant subfragia in sua elymosina. Si quis hoc transgredere praesumpserit, sciant se exinde damnum pati vitam[q] praesumptiosus dispositum iussa domnum imperator[q].

31. Et his qui iustitiam domni imperatoris annuntiant nihil lesiones vel iniuria quis[r] machinare praesumat neque aliquid inimicitiae contra eos movere. Qui autem praesumpserit, bannum dominicum solvat, vel, si maioris debiti reus sit, ad sua praesentia perduci iussum est.

32. Homicidia, pro quibus multitudo[s] perit populi christiani[s], omni contextatione deserere ac vetare mandamus; qui ipse Dominus odia[t] et inimicitie suae fidelibus contradixit, multommagis homicidia. Quomodo enim secum[u] Deum[u] placatum fore[v] confidit, qui filium suum proximum sibi occiderit? Qualiter vero Christum dominum sibi propitium esse arbitretur, qui fratrem suum interficerit? Magnum quoque et inhabitaculum periculum est cum Deo patre et Christo coeli terrae dominatore, inimicitias hominum movere[w]: quos aliquit tempus latitando[x] effugere[x] potest, sed tamen casu[y] aliquando in manus inimicorum suorum incidit; Deum autem ubi effugere valet, cui omnia secreta manifesta sunt? qua[z] temeritate eius iram quis extimat evadere[z]? Quapropter[a] ne[a] populus nobis ad regendum[b] commissos hoc malo[c] pereat, hoc omni disciplina devitare previdimus; quia nos nullo modo placatum vel propitius habere, qui sibi Deum iratum non formidaverit: sed saevissima districtione[d] vindicare vellimus qui malum homicidii ausus fuerit perpetrare. Tamen ne[e] etiam peccatum adcrescat, ut inimicitia maxima inter christianos non fiat, ubi suadentes diabulo homicidia contingant, statim reus ad suam emendationem recurrat, totaque celeritate perpetratum malum ad[f] propinquos extincti digna conpositionem emendet. Et hoc firmiter banniamus, ut[g] parentes interfecti nequaquam inimititia super commissum malum adaugere audeant, neque pacem fieri[h] petenti[h] denegare, sed datam fidem paratam compositionem recipere et pacem perpetuam reddere, reum[i] autem nulla moram compositionis facere. Ubi autem hoc peccatorum merito contingerit, ut[g] quis vel fratres vel propinquum suum occiderit, statim se ad penitentia sibi compositam sumit, et ita ut episcopus eius sibi disponat absque[k] ulla ambiguitate: sed iuvante Domino perficere suum remedium studeat, et componat occisum secundum legem et cum propinquis suis se omnino complaceat, et data fidem ullam inimicitiam exinde movere nemo audeat. Qui autem digna emendationem facere contemserit, hereditatem privetur[l] usque ad iudicium nostrum.

33. Incestuosum scelus omnino prohibemus. Si quis nefanda autem fornicatione contaminatus fuerit, nullatenus sine districtione gravi relaxetur, sed taliter ex hoc corripiantur, ut caeteri metum habeant talia perpetrandi, ut auferetur penitus et inmunditia populo christiano, et ut reus ex hoc per poenitentia ammittat pleniter, sicut ei ab episcopo suo disponatur; et eadem femina in manus parentum sit constituta usque ad iudicium nostrum. Si autem iudicium episcopi ad suam emendationem consentire noluerit, tunc ad nostra presentia perducantur, memores exemplo quod de incestis factum est quod Fricco perpetravit in sanctimoniali Dei.

34. Ut omnes pleniter bene parati sint, quandocunque iussio nostra vel annuntiatio advenerit. Si quis autem tunc se inparatum esse dixerit et praeterierit mandatum, ad palatium perducatur; et non solum ille, sed etiam omnes qui bannum vel praeceptum nostrum transgredere praesumunt.

q) qui tam praesumptiosus dispexit iussa domni imperatoris *legendum esse censet* P. r) qui *c.* s) *ita corr. Bal.;* multus Deo perit populus christianus *P.;* multis de operi populus christianus *c.* t) *ita Bal.;* audivit *c.* u) secundum *c.* v) fovere *c.* w) moveretur *c.* x) *ita B.;* laudando et fugere *c.* y) *ita Bal.;* causa *c.* z) *ita correxit P.;* qui temeritatem eius ira quis extimat de re *c.* a) Qua ne propter *c.* b) requirendum *c.* c) male *c.* d) distraatione *c.* e) ne *om. c.* f) et *c.* g) a *c.* h) fidei petendi *c.* i) rerum *c.* k) adque *c.* l) privet *c.*



35. Ut omnes omnino episcopus et presbiteros suos omni honore venerentnr in servitio et voluntate Dei. Ne[m] incestis nuptiis et se ipsos et caeteros maculare audeant; coniunctiones facere non praesumat, antequam episcopi, presbyteri cum senioribus populi consanguinitatem coniungentium diligenter exquirant; et tunc cum benedictionem iungantur. Ebrietatem devitant, rapacitatem fugiant, furtum non faciant; lites et contentiones adque blasphemia, sive in conviviis sive in conplacito, omnino devitentur[n], sed cum caritate et concordia vibant.

36. Et ut omnes omnino ad omnem iustitia exsequenda et missis nostris sint consentientes. Et usum periurii omnino non[o] permittant, qui hoc pessimum scelus christiano populo auferre[p] necesse est. Si quis autem post hoc in periurio probatus fuerit, manum[14] dextera se perdere sciat; tamen hereditatem propria priventur usque ad nostrum iudicium.

37. Ut[q] hii qui patricidia vel fratricidia fecerit, avunculum, patruum vel aliquem ex propinquis occiderint, et iudicium episcoporum, presbiterorum caeterorumque iudicium obhedire et consentire noluerint, quod ad salutem animae suae iustumque iudicium solvendum missi nostri et comitis in tali custodia coartent, ut salvi sint nec caeterum populum quoinquinent usque dum in nostra presentia perducatur; et de res propria sua interim nihil habeant.

38. Similiter et his fiat qui inlicitis et incestis coniunctionibus reprehensi sunt correcti et nec se emendare volunt neque episcopis neque presbiteris suis obtemperare, et bannum nostrum praesumunt[r] contempnere.

39. Ut in forestes nostras feramina nostra nemine furare audeat, quod iam multis vicibus fieri contradiximus; et[s] nunc iterum banniamus firmiter, ut nemo amplius faciat, sicut fidelitatem nobis promissa unusquisque conservare cupiat, ita sibi caveat. Si quis autem comis vel centenarius aut bassus noster aut aliquis de ministerialibus nostris feramina nostra furaverit, omnino ad nostra presentia perducantur ad rationem. Caeteris autem vulgis, qui ipsum furtum de feraminibus fecerit, omnino quod iustum est conponat, nullatenusque eis exinde aliquis relaxetur. Si quis autem hoc sciente alicui perpetratum, in ea fidelitate conservatam quam nobis promiserunt et nunc promittere habent, nullus hoc celare audeat.

40. Novissime[t] igitur ex omnibus decretis nostris nosse cupimus in universo regno nostro per[u] missos nostros nunc directos, sive inter ecclesiasticos viros, episcopos, abbates, presbiteros, diaconus, canonicos, omnes monachos sive sanctimoniales, qualiter unusquisque in suum ministerium vel professione nostrum[v] bannum vel decretum habeat conservatum, vel ubi civibus ex his dignum sit ex bona voluntate sua gratias agere vel adiutoria inpendere vel ubi aliquid adhuc sit necessitatis emendare. Simili autem laicos et in omnibus ubicumque locis, si de mundeburde sanctorum ecclesiarum vel etiam viduarum et orphanorum seu minimum potentium adque rapina necnon de exercitali placito instituto, et super ipsis causis, qualiter preceptum vel voluntate nostrae sint obhedientes, vel etiam qualiter bannum nostrum habeat conservatum, qualiterque super omnia unusquisque certamen habeat in sancto servitio Deo seipsum custodire: ut hec omnia bona et bene sint ad Dei omnipotentis laudem, et gratias referamus, ubi[w] dignum est; ubi autem aliquid inultum esse credimus, sic ad emendandum omne studio et voluntate certamen habeamus, ut cum Dei adiutorio hoc ad emendationem

m) ut *c.* n) dubitentur *c.* o) non *om. c.* p) offere *c.* q) *cap.* 37. 38 *uno iuncta sunt in c.* r) presumat *c.* s) ut *c.* t) *capp.* 39. 40 *cohaerent in c.* u) *ita correxi; cfr. cap.* 1: missos iussit imperator sibi innotescere. v) nostra *c.* w) ut *c.*

14) *Capit. Harist.* 779. *c.* 10.

perducamus et ad nostra eterna mercedem et omnium fidelium nostrum. Similiter et de comitibus vel centenariis, ministerialibus nostris, inter nos omnia supradicta nosse cupimus feliciter.

---

34. CAPITULARIA MISSORUM SPECIALIA.

5 **802** initio.

Capitulare missorum Parisiacum et Rotomagense (a me dictum) legitur in 1) *cod. Paris.* 4995. *fol.* 28ᵛ 2) *cod. Lugdun. Batav. Q.* 119. *fol.* 134ᵛ; *capitulare vero Aurelianense in* 3) *Paris.* 9654. *fol.* 10ᵛ *et* 4) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 13ᵛ. *Capitularia in omnibus consentiunt, nisi quod inscriptiones diversas habent et capitulare* 10 *Aurelianense tribus capitulis auctum apparet, numeris* 13ᵃ. 13ᵇ. 18ᵃ *a me numeratis.*

Capitularia haud dubie pertinent ad capitulare missorum generale proxime antecedens, ita quidem, ut partim ex eo excerpta partim adaucta sint et ut generale omnibus missis anno 802 *ablegatis datum fuerit, specialia vero haec certis tantum quibusdam in certa quaedam missatica delegatis missis tradita fuisse videantur. Primum capitulare* 15 *ab imperatore eiusve consiliariis acceperunt Fardulfus monasterii sancti Dionysii abbas et Stephanus comes Parisiacus, qui occurrit etiam in praefatione quadam ad capitulare legibus additum anni* 803 *in eodem codice Paris* 4995. *tradita. Horum missaticum amplectebatur pagos Parisiacum, Melcianum (Meldensem, Meaux), Provinensem (Provins), Stampensem (Estampes), Carnotensem (Chartres), Pinciacensem (Poissy), provinciae* 20 *ecclesiasticae Senonensis partem septentrionalem. Idem capitulare ab imperatore datum esse apparet Magenardo Rotomagensi archiepiscopo (qui nominatur etiam in capit. Franconof.* 794. *c.* 10) *et Madelgaudo, fortasse eidem qui in capitulari secundo Theodonisvillae ao.* 805 *dato capite septimo missus existit. Quorum missorum legatio ad Rotomagensem potissimum provinciam spectabat, ad pagos scilicet Cenomanicum (Le Mans,* 25 *qui provinciae Turonensis erat), Hoxonensem (Exmes), Livinum (Lieuvin, Lisieux), Baiocassinum (Bayeux), Constantinum (Coutances), Abrincatum (Avranches), Ebroicinum (Evreux), Madricensem inter Ittonam (Iton) et Arvam (Avre) fluvios situm, denique Rotomagensis (Rouen) pagi partem a sinistra Sequanae parte sitam. Ad hoc solum missaticum,* littoralia maris *et* loca maritima *continens, spectant capita* 13ᵃ *et* 13ᵇ. 30 *Secundum vero capitulare, quod in codicibus* 3. 4. *exstat, Godefredo cuidam comiti et Magno Senonensi archiepiscopo a Karolo datum est, quorum missaticum cum aliis pagis Senonensis provinciae partem meridionalem amplectitur. Describitur ita, ut porrigat inde ab Aurelianensi pago (Orleans) ad Segonnam i. e. Sequanam (non Sauconam, i. e. Saone, ut nonnulli credunt), amplectens pagos Trecensem (Troyes), Lingonicum* 35 *(Langres), Vesontinensem (Besançon), Augustidunensem (Autun) ad Ligerem usque, ut desinat in Aurelianensi pago primum dicto.*

Missis, ut populum Karolo fidelitatem iurare faciant, anno 802 *iniunctum est (Cap. gener. c.* 2; *cap. special. c.* 1). *Uti anno* 789 *formula iuramenti missis dedita fuerat (Legat. edict.* 789. *c.* 18), *ita anno quoque* 802 *novi sacramenti formulas ipsi* 40 *acceperunt. Duas servaverunt tamquam huius capitularis caput ultimum* (20) *adnexas codex* 5) *Paris.* 9654. *et* 6) *Vatic. Pal.* 582. *Prima legitur etiam in cod.* 7) *Montispessulano* 136. *fol.* 189 *et* 6) *Ashburnh. Barrois* 214. *fol.* 46ᵛ. *Lindenbrogius, qui hanc ipsam formulam edidit (Form. Lind.* 40.), *ipsi addit subscriptionem:* anno XI. feliciter regni domni nostri Karoli gloriosissimi regis in mense Martio, *de qua multa* 45 *a multis nimis docte disputata sunt. Sed verba ista vere inscriptionem efficiunt capitu-*

laris Haristallensis anno 779 *editi, quod in codicibus* 5. 6 *continuo formulam illam sacramenti subsequitur. Haud dubie Lindenbrogius simili codice usus est et verba illa falso ad formulam antecedentem retulit. Utramque sacramenti formulam capitulari nostro subieci.* (*B. I*, 375; *P. I*, 97; *II*, 16.)

Capitulare missorum Parisiacum et Rotomagense.

In[a] Parisiaco, Melciano, Melidunense, Provinense, Stampinse, Carnotinse, Pinciacense Fardulfus et Stephanus.

In Cenomanico, Hoxonense, Livino, Baiocasim, Constantino, Abrincadin, Ebrecino et Madricinse, et de illa parte Sequanae Rodomense Magenardus episcopus et Madelgaudus[a].

Capitulare missorum Aurelianense.

In primis de Aurelianense civitate ad Segonnam, quomodo rectum est, deinde ad Tricas[b] cum Tricassino toto, inde ad Lingonis, de Lingonis ad Bissancion in villam parte Burgundiae, inde vero ad Augustidunum, postea ad Ligerem usque ad Aurelianis sunt missi Magnus archiepiscopus et Godefredus[c] comes.

1. De[1] fidelitatis iusiurandum, ut omnes repromittant.

2. De[2] episcopis et reliquis sacerdotibus, si secundum canonicam institutionem vivant et si canones bene intellegant et adimpleant.

3. De[d][3] abbatibus, utrum secundum regulam an canonice vivant, et si regulam aut canones bene intellegant.

4. De[4] monasteriis virorum ubi monachi sunt, si secundum regulam vivant[e] ubi promissa est.

5. De[5] monasteria puellarum, utrum secundum regulam an canonice vivant, et de claustra earum.

6. De[6] legibus mundanis[f].

7. De[7] periuria.

8. De[8] homicidia.

9. De[9] adulteria et inlicitis causis perpetratis, tam per episcopia et monasteria virorum et puellarum quamque et inter seculares homines.

10. De[10] illis hominibus qui nostra beneficia habent distructa et alodes eorum restauratas. Similiter et de rebus ecclesiarum.

11. De illis Saxonibus qui beneficia nostra in Francia habent, quomodo an qualiter habent condricta[11].

12. De[12] obpressionibus liberorum hominum pauperum, qui in exercitu ire debent et a iudicibus sunt obpressi.

13. Ut[13] omnes bene parati sint, quomodocumque nostra iussio venerit.

13a. De navigia praeparanda circa littoralia maris.

13b. De liberis hominibus qui circa maritima loca habitant: si nuntius venerit,

a) *In cod.* 1. *verba* In Par. . . . . . Stephanus *sub initio capitis ultimi, verba vero* In Cenomanico . . . . Madelgaudus *sub fine eiusdem capitis ponuntur. In cod.* 2 *verba illa omnia desunt. Cod.* 1. *horum capitum inscriptionem offert:* Item capitula Karoli imperatoris magni. b) Trecas 3. c) godefridus 3. d) *Caput* 3. *deest in cod.* 1., *cfr. autem not. e.* e) *in cod.* 1. *hoc loco adduntur:* an canonice et si regulam et canones bene intelligant; *cfr. not. d.* f) ut unusquisque sciat, qua lege vivat vel iudicat *add.* 2.

1) *Cfr. cap. miss. gener. c.* 2. 2) *l. c. cap.* 10. 3) *l. c.* 12. 4) *l. c.* 17. 5) *l. c.* 18. 6) *l. c.* 25 *et seqq.* 7) *l. c.* 36. 8) *l. c.* 32. 9) *l. c.* 33. 17. 10) *l. c.* 6. 11) *Cfr. legat. edict.* 789. *c.* 35. 12) *Cap. miss. gener. c.* 29. 13) *l. c.* 34.

ut ad succurrendum debeant venire, et hoc neglexerint, unusquisque solidos viginti conponat, mediaetatem in dominico, medietatem ad populum. Si litus[g] fuerit, solidos 5 quindecim conponat ad populum et fredo dominico in[h] dorso accipiat. Si servus fuerit, solidos X ad populum et fredo dorsum[h].

14. De[14] legationibus ad nos venientibus et de missis a nobis directis.

15. De[15] his quos volumus ut pacem habeant et defensionem per regna Christo 10 propitio nostra.

16. De[16] illis hominibus qui[i] nostram iustitiam adnunciantes occisi sunt.

17. De decimis et nonis atque iustitia ecclesiarum Dei, dare[k] et emendare[l] studeant.

18. De[17] banno domni imperatoris[m] et regis, quod per semetipsum consuetus 15 est bannire, id est de mundeburde ecclesiarum, viduarum, orfanorum et de minus potentium atque rapto et de exercitali[n] placito instituto: ut hi qui ista inrumperint bannum dominicum omnimodis conponant.

18a[o]. Ut[18] diligenter inquirant inter episcopis, abbatis sive comites vel abba- 20 tissas atque vassos nostros qualem concordiam et amicitiam ad invicem habeant per singula ministeria, an si aliqua discordia inter ipsos esse videtur, et omnem veritatem in eorum sacramento nobis ex- 25 inde renuntiare non neglegent. Ut[19] omnes habeant bonos vicedomnos et advocatos.

19[p]. Insuper[q 20] totum, undecumque necesse[r] fuerit, tam de iustitiis nostris quamque et iustitias ecclesiarum[s], viduarum, orfanorum, pupillorum et ceterorum hominum inquirant et perficiant. Et quodcumque ad emendandum invenerint, emendare studeant, 30 in quantum melius potuerint; et quod per se emendare nequiverint[t], in praesentia nostra adduci faciant.

Sacramentale qualiter repromitto[v] ego, quod ab isto die inantea fidelis sum domno Karolo piissimo imperatori, filio Pippini regis et Berthanae reginae, pura mente absque fraude et malo ingenio de mea parte ad suam partem et ad honorem regni sui[w], sicut 35 per[x] drictum[x] debet esse homo domino suo. Si me adiuvet[y] Deus et ista sanctorum patrocinia quae in hoc loco sunt, quia diebus vitae meae per meam voluntatem, in quantum mihi Deus intellectum dederit, sic attendam[z] et consentiam[z].

---

g) ictus 1. h) in dorso .... dorsum *om.* 1. i) propter *add.* 1. k) ut dare 3. l) omnes dare 1. m) Karoli *add.* 3. 4. n) nostro 2. o) *in cod.* 2. *hoc caput taliter mutatum invenitur:* 40 De episcopis abbatibus comitibus abbatissis nostris, qualiter inter se habeant concordiam et amicitiam; et in eorum sacramento missi nostri omnem regi (*lege* rei) veritatem nobis renuntiare studeant. Sciant ut omnes habeant bonos et idoneos vicedominis et advocatos. p) *Capitis distinctio abest* 2. q) De omni re insuper 3. 4. r) necesse .... quodcumque *om.* 2. s) dei *add.* 3. 4. t) non potuerint 3. 4. v) promitto 3. 4. w) atque iustitiam oboediens atque consenciens *add.* 5. 6. x) recte 5. 6. y) ad- 45 iuvat 5. 6. z) attendo et consentio 5. 6.

14) *l. c.* 28. 15) *l. c.* 30. 16) *l. c.* 31. 17) *l. c.* 40. 18) *l. c.* 14. 19) *l. c.* 13. 20) *l. c.* 1.

Item aliud. Sacramentale qualiter repromitto ego: domno Karolo piissimo imperatori, filio Pippini regis et Berthane, fidelis sum, sicut homo per drictum debet esse domino suo, ad suum regnum et ad suum rectum. Et illud sacramentum quod iuratum habeo custodiam et custodire volo, in quantum ego scio et intellego, ab isto die inantea, si me adiuvet Deus, qui coelum et terram creavit, et ista sanctorum patrocinia.

---

35. CAPITULARE MISSORUM ITEM SPECIALE.

802?

Ex Iacobi Sirmondi schedis haec capitula edidit Baluzius; c. 27—59 *leguntur etiam in codice Barrois olim Lovanii.*

Capita 1—26. 28—31. 36—46 *excerpta sunt ex admonitione generali anno* 789 *emissa, quorum verba plerumque accurate repetuntur, interdum in breviorem formam redacta, interdum etiam (cfr. c.* 1. *et praesertim c.* 44) *ampliata; capp.* 19. 20 *ex ipsis canonibus hausta sunt quorum usum fecerat admonitionis auctor. Capita contra* 27. 32—35. 47—59 *simillima sunt capitulari missorum speciali ante haec edito, ità quidem ut alia iisdem omnino verbis concepta appareant, alia autem (cfr. praesertim c.* 48. 57) *plenius constituant quae in priori capitulari breviter tantum et tamquam memoriae causa indicata sunt.*

De horum capitulorum natura pro certo iudicare non audeo; maxime autem eo inclino, ut pro capitulari ea habeam in certorum quorundam missorum usum concepto, tam origine quam aetate propinquo speciali missorum capitulari ante haec capitula edito. Nam a librario tantum haec capita excerpta esse vix credendum est.

(*B. I,* 515; *P. I,* 99.)

[Admonitio 789. c. 2.] Ut eorum qui ad ordinandum veniunt fides et vita et scientia prius ab episcopo discutiantur.

[c. 3.] 2. Ut fugitivi clerici et peregrini a nullo recipiantur sine commendatitiis litteris.

[c. 4.] 3. Ut presbyteri, diaconi vel caeteri clerici mulierem extraneam in domo sua non habeant.

[c. 14.] 4. Ut monachi et clerici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi causa.

[c. 16.] 5. Ut ignota angelorum nomina nec fingantur nec nominentur.

[c. 17.] 6. Ut mulieres ad altare non ingrediantur.

[c. 20.] 7. Ut canonici libri tantum legantur in ecclesia.

[c. 21.] 8. Ut nullus per pecuniam ordinetur.

[c. 23.] 9. Ut monachus vel clericus ad secularia negotia non transeat.

[c. 24.] 10. Ut clerici de civitate ad civitatem non transmigrentur.

[c. 25.] 11. Ut nullus absolute ordinetur.

[c. 26.] 12. Ut clerici et monachi in suo proposito permaneant.

[c. 28.] 13. Ut clerici inter se negotium habentes a suo episcopo diiudicentur, non a secularibus.

[c. 29.] 14. Ut clerici et monachi insidias contra pastorem suum non faciant.

[c. 31.] 15. Ut loca quae semel Deo dedicata sunt, ut monasteria sint, maneant perpetuo monasteria nec possint ultra fieri secularia habitacula.

[c. 37.] 16. Ut nullus presbyter contra suum episcopum superbire audeat.

17. Ut clerici ecclesiastici ordinis, si culpam incurrerint, apud ecclesiasticos iudicentur, non apud seculares. c. 38.

18. Ut qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat; si speciem aliam, eandem speciem, quantum dederit, accipiat. c. 39.

5 19. Ut[1] ante viginti quinque annos aetatis nec diacones ordinentur nec virgines consecrentur.

20. Ut[2] virgines Deo sacratae simul habitantes invicem se custodiant nec passim vagando ecclesiae laedant existimationem.

21. Ut falsa nomina martyrum non venerentur. c. 42.

10 22. Ut nec uxor a viro dimissa alium accipiat vivente viro suo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore. c. 43.

23. Ut ecclesiastica ieiunia sine necessitate rationabili non solvantur. c. 48.

24. Ut nullatenus presbyter ante trigesimum aetatis suae annum ordinetur. c. 50.

25. Ut nulli sacerdotum liceat ignorare sanctorum canonum instituta. c. 55.

15 26. Ut nullus episcopus ad clericatus officium servum alterius sine domini sui voluntate promovere praesumat. c. 57.

27. Ut episcopi et reliqui sacerdotes canones bene intelligant et secundum canonicam institutionem vivant. Cap. miss. spec. 802 c. 2.

28. Ut episcopi diligenter discutiant per suas parochias presbyteros, eorum fidem, 20 baptisma et missarum celebrationes, et ut fidem rectam teneant et baptisma catholicum observent et missarum preces bene intelligant, et ut psalmi digne secundum modulationes[a] versuum modulentur. Admon. 789 c. 70.

29. Ut fides catholica ab episcopis et presbyteris diligenter legatur et omni populo praedicetur. Et dominicam orationem ipsi intelligant et omnibus praedicent intelligen- 25 dam, ut quisque sciat quid petat a Deo. c. 61. 70.

30. Ut omnis populus christianus fidem catholicam et dominicam orationem memoriter teneat.

31. Ut inter episcopos, abbates, comites, iudices et omnes ubique seu maiores seu minores personas pax sit et concordia et unanimitas, quia nihil Deo sine pace placet. c. 62.

30 32. Ut abbates canonici canones intelligant et canones observent, et clerici canonici secundum canones vivant. Cap. miss. spec. c. 3. 4.

33. Ut abbates regulares et monachi regulam intelligant et secundum regulam vivant. „

34. Ut abbatissae canonicae et sanctimoniales canonice secundum canones vivant, 35 et claustra earum ordinabiliter composita sint. c. 5.

35. Ut abbatissae regulares et[b] sanctimoniales in monachico proposito existentes regulam intelligant et regulariter vivant, et claustra earum rationabiliter disposita sint. „

36. Ut ecclesia Dei suum habeat honorem; simul et altaria secundum suam dignitatem venerentur. Et non sit domus Dei et altaria sacra pervia canibus. Et ut secu- 40 laria negotia vel vaniloquia in ecclesiis non agantur. c. 71.

37. Ut presbyteri et diacones vel reliqui clerici arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei quam in armis. c. 70.

38. Ut quibus data est potestas iudicandi iuste vel iudicent, non muneribus, quia munera excaecant corda prudentium. Et ut iudices ieiuni causas iudicent[c] et dis- 45 cernant. c. 63.

a) divisiones *legitur in admonitione* 789. b) et *om. Bal.* c) audiant *legitur in admonit.*

1) *Conc. Carth. c.* 16, *unde haustum est admon. gen.* 789, *c.* 39. 2) *Conc. Afric. c.* 11, *unde haustum est admon. gen.* 789, *c.* 40.

c. 64. 39. Ut omnes caveant periurium, non solum in sancto euangelio vel in altare seu in sanctorum reliquiis sed et in communi loquela. Et ut qui in sanctis habet iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate et timore Dei. Et qui semel periuratus fuerit, nec testis sit post haec, nec in sua causa nec in alterius iurator existat.

c. 65. 40. Ut nemo sit qui ariolos sciscitetur vel somnia observet vel ad auguria intendat: nec sint malefici nec incantatores nec phitones, cauculatores nec tempestarii vel obligatores; et ubicunque sunt, emendentur vel damnentur.

c. 65. 41. Ut observationes quas stulti faciunt ad arbores vel petras vel fontes, ubicunque inveniuntur, tollantur et destruantur.

c. 67. 42. Ut homicidia infra patriam nec causa ultionis nec avaritiae nec latrocinandi non faciant; et non occidatur homo, nisi lege iubente.

c. 68. 43. Ut furta et iniusta connubia et inlicitae causae prohibeantur.

c. 74. 44. Ut aequales mensuras et rectas et pondera iusta et aequalia omnes habeant. Et qui antea dedit tres modios, modo det duos[3].

c. 79. 45. Ut mangones et cociones et nudi homines qui cum ferro vadunt non sinantur vagari et deceptiones hominibus agere.

c. 81. 15. 46. Ut opera servilia diebus dominicis non agantur. Et ut dies dominica a vespera ad vesperam celebretur.

Cap. miss. spec. 802 c. 1. 47. Ut omnes fidelitatem promittant domno imperatori.

c. 6. 48. Ut comites et iudices confiteantur qua lege vivere debeant et secundum ipsam iudicent.

c. 10. 49. Ut beneficia domni imperatoris et ecclesiarum considerentur, ne forte aliquis alodem suum restaurans beneficia destruat.

c. 11. 50. Ut beneficia Saxonum in Francia considerentur qualiter condirecta sint.

c. 12. 51. Ut liberi homines pauperes a nullo iniuste opprimantur.

c. 13. 52. Ut omnes parati sint quandocunque domni imperatoris iussio venerit.

c. 14. 53. Ut missi ad domnum imperatorem venientes et ab eo directi honorabiliter suscipiantur.

c. 15. 54. Ut ii qui in mundeburde domni imperatoris sunt pacem et defensionem ab omnibus habeant.

c. 16. 55. Ut inquiratur si aliquis homo propter iustitiam domni imperatoris annuntiando occisus sit vel aliquid mali passus sit.

c. 17. 56. Ut ii qui per beneficium domni imperatoris ecclesiasticas res habent decimam et nonam dare et ecclesiarum restaurationem facere studeant.

c. 18. 57. Ut bannus quem per semetipsum domus imperator bannivit sexaginta solidos solvatur. Caeteri vero banni quos comites et iudices faciunt secundum legem uniuscuiusque componantur.

c. 18a. 58. Ut omnes bonos et idoneos vicedominos et advocatos habeant et iudices.

c. 19. 59. Ut missi nostri, undecunque necesse fuerit, tam de iustitiis ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum et caeterorum hominum inquirant et perficiant. Et quodcunque ad emendandum invenerint, emendare studeant in quantum melius potuerint; et quod per se emendare nequiverint, in praesentiam nostram adduci faciant.

3) *Cfr. capit. Franconof.* 794, *c.* 4: modius publicus et noviter statutus.

36-41. SYNODUS ET CONVENTUS EXEUNTE ANNO 802 AQUISGRANI HABITA.

In annalibus Laureshamensibus ad annum 802 *referuntur haec:* Et mense Octimbrio congregavit universalem synodum in iam nominato loco (apud Aquis palatium), et ibi 5 fecit episcopos cum presbyteris seu diaconibus relegi universos canones, quas sanctus synodus recepit et decreta pontificum, et pleniter iussit eos tradi coram omnibus episcopis, presbyteris et diaconibus. Similiter in ipso synodo congregavit universos abbates et monachos qui ibi aderant, et ipsi inter se conventum faciebant et legerunt regulam sancti patris Benedicti, et eam tradiderunt sapientes in conspectu abbatum et monachorum. 10 Et tunc iussio eius generaliter super omnes episcopos, abbates, presbyteros, diacones seu universo clero facta est, ut unusquisque in loco iuxta constitutionem sanctorum patrum sive in episcopatibus seu in monasteriis aut per universas ecclaesias, ut canonici iuxta canones viverent et quicquid in clero aut in populo de culpis aut de neglegentiis apparuerit, iuxta canonum auctoritate emendassent et quicquid in monasteriis seu in 15 monachis contra regula sancti Benedicti factum fuisset, hoc ipsud iuxta ipsam regulam sancti Benedicti emendare fecissent. Sed et ipse imperator interim quod ipsum synodum factum est, congregavit duces, comites et reliquo christiano populo cum legislatoribus et fecit omnes leges in regno suo legi et tradi unicuique homini legem suam et emendare ubicumque necesse fuit et emendatam legem scribere, et ut iudices per scriptum 20 iudicassent et munera non accepissent, sed omnes homines, pauperes et divites, in regno suo iustitiam habuissent. *Ad eandem hanc universalem synodum spectare videntur quae in annalibus Iuvavensibus maioribus notantur ad annum* 801: Carolus imperator synodum examinationis episcoporum et clericorum fecit in Aquis palatio mense Novembrio.

Ad hanc synodum magnam, tam apud aequales quam apud posteros celeberrimam 25 *(cfr. Alcuini epist.* 191 *ed. Jaffé et infra praef. ad capit. Ribuar.) pertinere videntur capitula ecclesiastica infra edita (capitula scilicet a sacerdotibus proposita, capitula ad lectionem canonum et regulae S. Benedicti pertinentia et capitula de examinandis ecclesiasticis); in optimatum vero populique conventu de legibus vel condendis vel emendandis tractatum esse, capitularia quoque infra sequentia (capitulare scilicet legibus* 30 *additum et capitulare legi Ribuariae additum cum capitulari missorum) deliberata esse credendum est, etiamsi capitularia secundum codices nostros anno demum* 803 *absoluta et edita sunt. Alii sane aliter hac de re senserunt, potissimum quia de capitulis nostris et codicibus ipsa continentibus minus recte iudicaverunt.*

---

36. CAPITULA A SACERDOTIBUS 35 PROPOSITA.

802 Octobr.?

Inveniuntur in codicibus 1) *Monacensi* 14508. *olim Ratisbon. Em. F.* 11. *fol.* 118. 2) *Paris* 9654. *fol.* 10. 3) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 12v. 4) *Andaginensis monasterii S. Huberti in Arduenna, ex quo capitula edita sunt a Martene et Durand* 40 *(veterum scriptorum et monumentorum collectio VII,* 26*), in qua editione capitula ita ordinata sunt, ut inscriptionem sequantur c.* 3. 8. 4. 6. 7. 5. 1. 2. 9—16. 18—22. *Denique*

in cod. 5) *Monac.* 3853. *fol.* 259v. *post inscriptionis priorem partem scripta sunt c.* 1. 2. 6. 17.

Anni notam nullus omnino codex praebet; in codicibus tamen 2. 3., *quibus capitularia chronologico ordine recensita videntur, capitula legationis edictum anni* 789 *subsequuntur et praecedunt capitularibus annorum* 802 *et* 803, *ut non immerito anno* 802 *et in magno illo Aquisgranensi concilio capitula edita haberi possint. A sacerdotibus ipsa proposita esse tam inscriptio quam capitulorum textus probat, ac quidem ut verisimile videtur Karoli iussu et auctoritate.*

Quae Pertzius secundum editionem Martenii et Durandii numeris 22—27 *addidit, cum his capitulis non cohaerent, sed vere excerpta sunt ex Ansegisi collectione II*, 21. 34—38. *(B. I*, 357; *P. I*, 87.)

Haec sunt capitula ex divinarum[a] scripturarum scriptis[b], quae[c] electi sacerdotes custodienda atque adimplenda censuerunt[c].

Ut cuncti sacerdotes precibus assiduis pro vita et imperio domni imperatoris et filiorum ac filiarum salute orent[d].

2. Ut[d] unusquisque sacerdos[e] cotidianis adsistat orationibus pro pontifice cuius gubernatur regimine.

3. Ut unusquisque sacerdos ecclesiam suam cum omni diligentia aedificet et reliquias sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis et divinis[f] officiis conservet.

4. Ut omnibus festis et diebus dominicis unusquisque sacerdos euangelium Christi populo praedicet.

5. Ut unusquisque sacerdos orationem dominicam et symbolum populo sibi commisso curiose insinuet ac totius religionis studium et christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

6. Ut unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant qualiter decimas totius facultatis aecclesiis divinis debite offerant.

7. Ut[g] ipsi sacerdotes populi suscipiant decimas et nomina eorum et[h] quicumque[i] dederint scripta habeant et secundum auctoritatem canonicam coram testibus dividant. Et ad ornamentum aecclesiae primam elegant partem, secundam autem ad usum pauperum atque[k] peregrinorum per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent, tertiam vero partem semetipsis[l] solis[m] sacerdotes reservent.

8. Ut omnes sacerdotes horis conpetentibus diei et noctis suarum sonent aecclesiarum signa et sacra[n] tunc[n] Deo celebrent officia et populos erudiant, quomodo aut quibus Deus adorandus est horis.

9. Ut nullus sacerdos in domibus vel in aliis locis nisi in aecclesiis dedicatis[o] celebrare missas audeat[p].

10. Ut a[q] cunctis sacerdotibus ius et tempus baptismatis temporibus congruis secundum canonicam institutionem cautissime observetur.

11. Ut omnes sacerdotes quibuscumque horis omnibus indigentibus baptismum infirmitatis causa diligentissime tribuant.

12. Ut nullus presbyter sacrum officium sive baptismatis[r] sacramentum aut aliquid donorum spiritalium pro aliquo pretio vendere praesumat, ne vendentes et ementes

a) divinis 5. b) scripta 1. 4. c) quae .... cens. *om.* 5; censuer. *om.* 1. d) orent et ut, *capp.* 1. 2. *iunctis*, 5. e) presbiter vel sacerdos 5. f) diurnis *emendat Bal.* g) et *add.* 2. 3. h) et *om.* 2 3. i) quaecumque 4. k) vel 2. 3. l) sibimetipsis 4. m) soli 1. 4. n) sacrata 2. 3. o) Deo dicatis 4. p) nisi necessitas conpellit *add.* 1.; *desunt* 2—4. q) a *om.* 1. 4. r) baptismale 1. 4.

in templo columbas imitentur; ut pro his qui[s] adepti sunt gratiam divinam non pretia concupiscant terrena, sed solam regni coelestis gloriam promereantur accipere.

13. Ut nullus presbyter a sede propria[t] sanctae aecclesiae sub cuius titulo ordinatus fuit ambitionis[u] causa ad alienam pergat aecclesiam, sed in eadem devotus usque 5 ad vitae permaneat exitum.

14. Ut nullus ex sacerdotum numero ebrietatis vicium nutriat nec alios cogat per suam iussionem inebriari.

15. Ut nullus sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem nec in sua domo, in qua ipse habitat, nullam[v] mulierem umquam permittat habitare.

10 16. Nulli sacerdotum liceat fideiussorem esse, neque derelicta propria lege ad secularia[w] iudicia accedere praesumat.

17[x]. Ut qui possessionem aecclesiae vel parrochiam per triginta annos sine alicuius interpellatione tenuerit, iure perpetuo possideat. Si vero inde crebro repetitum fuerit, fiat diligens inquisitio; et si eum qui repetit iuste quaerere patuerit, adhibitis 15 veracibus et nobilibus testibus quod repetit confirmando vindicet.

18. Nemo ex sacerdotum numero arma pugnantium umquam portet nec litem contra proximum ullam excitet.

19. Ut nullus presbyterorum edendi aut bibendi causa ingrediatur in tabernas.

20. Ut nullus sacerdos quicquam cum iuramento iuret, sed simpliciter cum puri- 20 tate et veritate omnia dicat.

21. Ut cuncti sacerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina dignam poenitentiam cum summa vigilantia ipsis indicent, et omnibus infirmis ante exitum vitae viaticum et communionem corporis Christi misericorditer tribuant.

22. Ut secundum definitionem sanctorum patrum, si quis infirmatur, a sacerdo- 25 tibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter unguatur.

s) quae 1. 4. t) propriae 1. u) ammonitionis 1. 4. v) ullam 2. 3. w) secularium 1. x) *caput deest* 1. 4.; *adest* 2. 3. 5.

---

37. CAPITULA AD LECTIONEM CANONUM ET REGULAE S. BENEDICTI 30 PERTINENTIA.

802 Oct.?

Traduntur in codicibus 1) *Paris* 4995. *fol.* 29[v]. *post capit. missorum speciale* 802 *et* 2) *Barrois olim Lovanii post capitulare in leg. Ribuar.* 803.

Prima pars (c. 1—18*) singulorum canonum inscriptiones continet ex collectione* 35 *Dionysio-Hadriana desumtas et paucis tantum verbis in capp.* 2. 15 *ampliatas. Deinde post quattuor alia capita (c.* 19—22*), quae inscriptionem naturam item ferunt quorumque ultimum suspicionem hoc loco movet, de regulae Benedicti singulis capitulis legendis agitur et quaedam quaestiones ad ipsam regulam pertinentes proponuntur.*

Capita haec non a privato homine concepta esse sed ad ea quae in conventu quo- 40 *dam publico acta sint pertinere, non solum codicum natura quibus traduntur sed capitibus etiam* 15 *et* 24 *probari videtur. Ad magnam synodum Aquisgranensem mense Octobri* 802 *habitam ipsa capita spectare quam maxime veri simile videbitur cogitanti ea quae in annalibus Laureshamensibus de hac synodo dicta sunt (cfr. supra p.* 105.*) et consideranti locum quem in utroque codice haec capita obtinent. (B. deest; P. I,* 108*).*

De canonibus apostolorum. Ut[1] sacerdotes et ministri altaris de secularibus curis se abstineant.

2. Item in eodem cap. XIII. Ut nullus fidelium absque litteris commendatitiis alienum clericum suscipiatur; et qui suscepti sunt reddantur, et nullus presbiterum ab episcopo ad ecclesiam ordinatum sine consensu episcopi proiciat. 5

3. Item in eodem cap. XVI[a]. Si quis episcopus clericum alterius susceperit.

4. Item cap. XX. Quod clericus fideiussor esse non[b] debeat.

5. Item in eodem cap. XXV. Quod episcopus presbiter et diaconus in fornicatione, furto et periurio conprehensus deponatur.

6. Item in eodem cap. XXVIII. Quod episcopus, presbiter et diaconus peccantes percuti non debeat. 10

7. Item in eodem cap. XXXVIII. Ut ab episcopis bis in anno concilia celebrentur.

8. Item cap. XLVIIII. Quod in nomine sanctae trinitatis debent baptizari. :

9. De Niceno concilio. De[1*] subintroductis mulieribus.

10. Item in eodem. De[2] his qui ad onorem presbiterii sine examinacione provecti sunt. 15

11. Item cap. De[3] clericis usuras accipientibus.

12. De Anchirano concilio. De[4] corepiscopis.

13. De Neocesariense concilio. De[5] presbiteris qui uxores acceperunt et qui fornicati sunt, amplius pelli debeant. 20

14. Item cap. De[6] tempore ordinationis presbiteris.

15. Item cap. De[7] mulieribus que retundunt cristianis obtentu; et de hoc capitulo domno apostolico intimandum est.

16. Item in Nicena. De[8] his qui dicuntur cataroe.

17. De Sardicense concilio. De[9] his qui in canalis sunt. 25

18. De Cartaginense XVI. De ordinandis virginibus.

19. De aequa mensura et denariis.

20. De pauperibus hominibus considerandum est, sub quali mensura censa debeant solvere annua.

21. De sancta trinitate discat unusquisque secundum quod sancti patres indictum et tractatum habent et fideliter intellegat; et in tantum sufficiat et amplius non requiratur. 30

22. De[10] fugitivis partibus Ravennon et Pentabolin.

23. Si placet domno meo, legatur capitula[11] VII. III. VI. VIII. LIX. LX et LXI id est 'De generibus monachorum', 'Qualis debeat esse abba', 'De obedientia discipulorum', 'De disciplina suscipiendorum novitiorum', 'De filiis nobilium vel pauperum qui offeruntur', 'De sacerdotibus qui voluerint in monasterio habitare', et 'De clericis seu et de monachis peregrinis'. 35

24. Continentur in his definiciones quae sufficiunt ad[c] numerum XX abbatum[c]. Insuper etiam questiones quaedam eis familiarum obponi possunt, ut queratur ab eis in 40

a) *In cod.* 1. *hic numerus XVI. pro huius capitis tertii numero ponitur, et sequentibus* XVII. XVIII .... XXVIII *praefigitur.* b) non *om.* 1. c) *Verba corrupta videntur, uti et sequens* familiarum.

1) *Canon* 9. 1*) *Canon* 3. 2) *Canon* 9. 3) *Conc. Nicaen.* 17. 4) *Can.* 12. 5) *Can.* 1. 6) *Can.* 11. 7) *Conc. Gangrense c.* 17: 'De mulieribus quae se attondent christianitatis obtentu'. 8) *Can.* 8. 9) *Canon* 11. 10) *Cfr. Pipp. capit. circa a.* 790. *c.* 16. 11) *Numeri, ut videtur, partim falso in codice scripti, ad S. Benedicti capitula referendi videntur, nam ea quae in sequentibus allegantur sunt inscriptiones Reg. S. Bened. cap.* 1. 2. 5. 58. 59. 60. 61. 45

quo capitula scriptum vel quomodo intellegendum est: 'nullus[12] in monasterium proprii sequatur cordis voluntatem'. Similiter ubi vel quid sit sinaxis[13]. Ubi vel[d] quid sit senpectas[14]. Ubi etiam vel qui sit 'non[15] super sanas tyrannidem', vel ubi legitur in scriptura 'voluptas[d 16] habet poenam et necessitas parit coronam'. Vel si secundum 5 regulam legitur euangelium dominicis noctibus[17], vel ubi praeceptum sit tundere monachum[18], vel si dormiantur fratres post nocturnas, et ubi hoc praeceptum sit[18]. Haec omnia in secundo humilitatis gradu[19], et in tertio capitulo, et in XI. et in XVII. et in XXVIII.[f] continentur; et quid singulos biberes vel mixtum accipere[20].

d) vel *om. c.* e) voluntas *c.* f) XXVII. *legendum videtur.*

10 12) *Scripta haec sunt in Regula S. Benedicti cap.* 3. 13) *Reg. Bened. c.* 17: Vespertina autem synaxis quatuor psalmis cum antiphonis terminetur. 14) *Reg. Bened.* 27: inmittere synpaectas id est seniores sapientes fratres. 15) *Reg. Bened.* 27: noverit enim (abbas) se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem. 16) *Verba allegantur Reg. Bened. cap.* 7. 17) *Reg. Ben. c.* 11. 18) *Cfr. Reg. Bened. c.* 8. 11. 19) *In paragrapho 'Secundus humilitatis gradus' capitis* 15 *septimi allegantur verba 'Voluptas' rell; similiter in Reg. Ben. capitulis reliquis allegatis de quaestionibus supra propositis agitur.* 20) Et quid singulis bibere vel mixtum accipere *fortasse legendum; cfr. Reg. Bened. c.* 31. 40.

38. CAPITULA DE EXAMINANDIS ECCLESIASTICIS.

802 Octob. ?

20 *Codex Guelferbytanus inter Blankenb.* 130. 52 *fol.* 86. *capitula sequentia praebet tanquam capitulorum Karoli Magni tituli septimi primam partem; subsequuntur ipsa in eodem titulo septimo et eadem capitulorum serie numerata legationis edicti* (789) *capita prima sex, Franconofurdensis synodi* (794) *capita tria et Ribuarici capitularis* (803) *caput unum.*

25 *Haec capitula eorum quae in synodo Aquisgranensi m. Octobri a.* 802 *deliberata fuerint efficere partem, coniecit Pertzius, quae coniectura satis probabilis videtur. Karolum autem ipsum horum capitulorum auctorem non haberi tam prologo quam capite* 17 *collegi potest; secundum prologum* (in eadem examinatione nos quamvis imperiti simus per provinciam istam) *haec capitula a misso quodam ecclesiastico, cui examinatio* 30 *in certa quadam provincia commissa erat, secundum Karoli iussa concepta putaverim.*

(B. deest; P. I, 106.*)*

Item iussa Karoli per universum regnum episcopis, abbatibus, presbiteris pertinentia.

Omnes[a] ecclesiasticos de eorum eruditione et doctrina diligenter examinare, et in eadem examinatione nos quamvis imperiti simus per provinciam istam, et non solum 35 aeclesiasticorum dogma, sed etiam laicorum investigare iussa sunt nutrimenta vel benivolentia sanctae exercende iustitiae.

a) *Prologus haud dubie in pluribus corruptus est.*

1. Primo qualiter unusquisque aeclesiasticus, sive episcopus seu abbas vel presbiter omnesque canonici vel monachi, suum habeant officium praeparatum, quidque[b] neglectum quidve emendationi condignum, ut is[c] qui bene noverit officium suum gratias exinde habeat et in melius semper proficere suadetur; qui autem neglegens aut desidiosus inde fit, condigna satisfactione usque ad emendationem congruam constringatur. 5

2. Qualiterque presbiteri psalmos habeant, qualiterque cursum suum sive diurnum vel nocturnum adimplere secundum Romanum usum prevaleant.

3. Quomodo catecuminos de fide christiana instruere soleant, ac deinde quomodo missas speciales sive pro defunctis vel etiam pro vivis sciant commutare rationabiliter 10 secundum utrumque sexum sive in singulari numero sive in plurali.

4. Similiter et in doctrina populorum et in officio praedicandi necnon et confessione peccatorum, qualiter eos agere doceant, qualiter eis remedium peccatorum imponere sciant vel procurent[d].

5. Super omnia autem de eorum conversatione et castitate, quomodo formam et 15 exemplum praebeat christianis.

6. Quomodo oboedientes sint episcopis suis, qua verecundia et pace vel caritate inter se invicem vivant.

Reliquo populo.

7. Et ut sciant episcopos suos pia sollicitudine sibi humiliter praeesse debere, 20 non tyrannicam in eis[e] se vindicare potentiam; sed ita[f] ut subditos suos[f] sibi oboedire cupiant, ita etiam et ipsi sollicite cavere procurent[d], ne iniuste aliquem vel iracundia commoti absque ratione affligere audeant, sed consortes eorum se esse considerent et magis debent studere amare quam timere.

8. Deinde praeceptum est, de fide sua pleniter unumquemque examinare, qualiter 25 vel ipsi credant vel alios credere doceant.

9. Similiter et orationem dominicam quomodo intellegant; et ipsam orationem vel symboli sensum pleniter discant, et sibimet ipsis sciant et aliis insinuare praevaleant.

10. Ut canones et librum pastoralem necnon et homelias ad eruditionem populi 30 diebus singulis festivitatum congruentiam discant.

11. Ut nullus tonsus sine canonica sit vita vel regulari, nullusque absolutus sine magisterio episcopali vel presbiter aut diaconus vel abbas; quia displicere Deo novimus eos qui sine displicina vel magisterio sunt.

12. Ut nullus ex laicis presbiterum vel diaconem seu clericum secum habere 35 praesummat vel ad eclesias suas ordinare absque licentiam seu examinatione episcopi sui, ut ipse sciat, si recte possit appellari clericus aut presbiter et sit absque repraehensione.

13. Omnibus omnino christianis iubetur simbolum et orationem dominicam discere. 40

14. Ut nullus infantem vel alium ex paganis de fonte sacro suscipiat, antequam simbolum et orationem dominicam presbitero suo reddat.

15. Ut incestas nuptias omnino vitare doceantur et abstinere a fornicatione, homicidio, furto, periurio, maleficio, ab auguriis et incantationibus vel sacrilegio, ebrietate et convitio, rapina, odio vel invidia, et sanctam communionem digne excipiant. 45

16. Ut nemo ex eclesiasticis ulla umquam occasione extra canonicam vel regularem licentiam aliquid agere praesummat.

b) quisque *c*. c) his *c*. d) procurrent *c*. e) ei *c*. f) ita subditis suis *c*.

17. Deinde omnino monachis Dei verbo praeceptum est et domini nostri omniumque optimatum suorum iussum atque decretum est, ut nullus monachus secularibus negotiis amplius occupetur, quam in synodo Calcidonensi decretum est: 'Qui[1] vere et sincere singularem sectantur vitam, competenter honorentur. Quoniam vero quidam 5 utentes habitum monachi aeclesiastica negotia civiliaque conturbant, circumeuntes indifferenter urbes necnon et monasteria sibi instituere temptantes, placuit nullum quidem usquam aedificare aut construere monasterium vel oratorii domum praeter conscientiam civitatis episcopi. Monachos vero per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse episcopo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio et ora- 10 tioni, in locis, quibus renuntiaverunt saeculo, permanentes; nec eclesiasticis vero nec saecularibus negotiis communicent vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes'.

1) *Conc. Chalc. can.* 4.

39. CAPITULARE LEGIBUS ADDITUM.

15 803.

Capitula in plurimis codicibus manuscriptis traduntur, nec dubitandum, quin praeter quadraginta et duos infra nominatos alii quoque exstent capitulare quod sequitur continentes. Notitia enim ad nos pervenit codicum horum:

1) *Paris.* 4404. *fol.* 232. 2) *Paris.* 4995. *fol.* 19v. 3) *Paris.* 4629. *fol.* 19. 4) *Lon-* 20 *din. Egerton* 269 *fol.* 8., *cuius continuatio est cod. Ashburnham. Barrois* 214. *fol.* 43. 5) *Norimb. fol.* 29. 6) *Paris.* 4613. *fol.* 70. 7) *Guelferb. inter Gudianos* 299. 8) *Paris.* 4626. *pag.* 40. 9) *Paris.* 4628 A. *fol.* 7. 10) *Paris.* 4760. *fol.* 25. 11) *Paris.* 10754. *fol.* 38v. 12) *Paris.* 10758. *pag.* 81. 13) *Sangall.* 728. *pag.* 103. 14) *Vatic. inter codd. reg. Christ.* 1036. *fol.* 2. 15) *Paris.* 4758. *fol.* 2. 16) *Paris.* 4788. *fol.* 63. 17) *Guel-* 25 *ferb. inter Augustaeos* 50. 2. 18) *Vatic. inter codd. reg. Christ.* 1050. *fol.* 160v. 19) *S. Pauli in Karinth. fol.* 162 (?). 20) *Montispess.* 136. *fol.* 172v. 21) *Petropolitan. O. II.* 11. 22) *Monac.* 19415. *pag.* 128. 23) *Epored.* 33. *fol.* 140. 24) *Epor.* 34. *fol.* 21. 25) *Paris.* 9654. *fol.* 11v. 26) *Pal.* 582. *fol.* 14. 27) *Paris.* 10753. *fol.* 121v. 28) *Paris.* 4628. *fol.* 22v. 29) *Paris.* 4632. *fol.* 29v. 30) *Vatic. inter Palat.* 773. *fol.* 51. 30 31) *Lugd. Batav. Q.* 119 *fol.* 132. 32) *Cheltenham.* 1736. 33) *Monac.* 19416. 34) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52 *fol.* 90 (?). 35) *Chisian. F. IV.* 75. *fol.* 65 *et* 70. 36) *Cavens.* 22. *fol.* 222 (?). 37) *Mutin. Ord. I.* 2 *fol.* 157. 177. 178. 38) *Goth.* 82. *fol.* 213. 39) *Barrois olim Lovanii fol.* 43. 40) *Monac.* 3519. 41) *Monac.* 5260. *fol.* 31v. 42) *Camerac.* 576.

In cod. 19 *omissa sunt cap.* 6—11; *in cod.* 33 *exciderunt omnia inde a verbo* 35 *'ostenderit' in cap.* 7 *usque ad verba 'ibique testibus' in cap.* 10; *in codd.* 35. 36 *capitulare ita dissectum est, ut primo scriptum sit cap.* 1 *et initium capitis* 2, *deinde post alia Karoli capitula c.* 9. 10 *et post inserta duo missorum capitula (Cap. missorum* 803 *c.* 4. 5.*) c.* 2—8, *ut omnino desit c.* 11, *quod ipsum in cod.* 18 *subnexum est praefixo numero XI. sequenti missorum capitulari. In cod.* 37 *folio absciso hodie desunt c.* 1—4, 40 *sed c.* 1. 2 *similiter atque in cod.* 38 *secunda vice post alia Karoli capitula recepta sunt. In codd. denique* 23. 24. 34 *cap.* 9 *in hoc capitulari omissum et insertum est capitulari missorum sequenti inter eiusdem capitula* 12 *et* 13.

Quod ad capitularis inscriptiones pertinet, res ita se habet in diversis codicibus. Codices 1. 3. 5. 15. 16. 18. 21—27. 29. 30. 32—34. 40. 41 *inscriptionem offerunt:* Capitula 45 quae in lege Salica mittenda sunt *vel omnino similiter; cod.* 4: Incipit cap̄. lege Salica

tenenda sunt; *cod.* 20: Haec sunt capitula quae a gloriosissimo imperatore Karolus in legem Salicam mittere precepit; *cod.* 38, *cui* 37, *nisi folium unum dissectum esset, haud dubie consentiret:* Incipiunt capitula legi Salicae quos constituit Karolus imperator; *codd.* 8—14. 42 *ita:* Incipiunt capitula que in lege Salica domnus Augustus Karolus anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCCIII. imperii vero sui anno tertio praeponendo addere iussit. *Codex contra* 6 *hanc inscriptionem habet:* Haec sunt capitula quae domnus Karolus magnus imperator iussit scribere in consilio suo et iussit eas ponere inter alias leges. Inprimis de homicidiis clericorum: *cui inscriptioni consentit quod in cod.* 13. *in fine capitularis leguntur verba:* Ista XI capitula ad omnibus legibus mittenda sunt. *Codex* 2 *coniungit capitularis titulum cum narratione, quomodo capitulare secundum missorum capitulare* 803 *c.* 19 *proceribus populoque in mallo Parisiaco congregatis propositum ipsique consensum sit; praefiguntur enim in ipso codice capitulari haec:*

In Christi nomine incipiunt capitula legis imperatoris Karoli nuper inventa anno tertio clementissimi domni nostri Karoli augusti.

Sub ipso anno haec capitula facta sunt et consignata Stephano comiti, ut haec manifesta fecisset in civitate Parisius mallo pubplico et ipsa legere fecisset coram illis scabineis; quod ita et fecit. Et omnes in uno consenserunt, quod ipsi voluissent omni tempore observare usque in posterum; etiam omnes scabinei, episcopi, abbatis, comitis manu propria subter firmaverunt.

Capitula que in lege Salica mittenda sunt.

Abest denique inscriptio, ut videtur, a codicibus 7. 17. 19. 28. 31. 35. 36. 39.

Capitulare nostrum anno 803 *esse editum, non pauci codices* (2. 8—14. 42.) *retulerunt. An capitula iam anno* 802 *in concilio mense Octobri Aquisgrani secundum annales Laureshamenses habito deliberata fuerint, ut multi crediderunt, in incerto relinquendum esse duco. Fortasse capitularis deliberatio in ipso conventu non ad finem producta sed postea demum* in consilio regis, *ut refert codex* 6, *finita est, ut hanc quoque ob causam necesse visum fuerit,* populum de capitulis quae in lege mittenda sint *interrogari, ut missorum capitularis capite* 19 *ao.* 803 *edicitur. Stephanum comitem, qui missus erat in missatico Parisiaco ao.* 802 *(cfr. supra Cap.* 34.*), in placito, quo omnes comites, scabini, episcopi, abbates ex toto missatico convenerint, ista capitula proposuisse ex iis quae in codice* 2 *capitulari praefiguntur, crediderim. Similiter alii etiam missi capitula in missaticis suis populo ad consentiendum haud dubie proposuerunt.*

Secundum inscriptiones codicum plurimorum capitula haec legi tantum Salicae addita videntur, neque dubitaverim, quin Einhardus etiam (in Karoli vita c. 29*) haec capitula pro Salicis habuerit. Cui rei contrarium est, quod Karolus ipse capitulare nostrum in missorum capitulari* 803. *c.* 19 *tanquam* capitula quae in lege mittenda sunt *allegat, ac pariter in epistola ad Pippinum filium Italiae regem data (infra C.* 103.*) ipsum capitulare dicit:* capitula quae in lege scribi iussimus; *itemque contrarium est, quod capitula nostra neque legi Salicae magis quam aliis legibus congruunt neque legis Salicae titulis singulis ita adaptata sunt, ut vere adaptantur capitula ad legem Ribuariam ao.* 803 *et capitula ad legem Salicam anno fere* 819 *edita. Quamobrem mihi quidem pro certo videtur, capitula nostra vere dici oportere* in lege mittenda vel scripta *et omnibus legibus fuisse addita, quod confirmatur etiam codicibus* 6. 13. *itemque codice* 2, *qui* capitula legis *ipsa dicit. Salicorum capitulorum nomen iam in antiquissimis codicibus occurrens eam ob causam in usum venisse mihi videtur, quod alterum anni* 803 *capitulare vere Ribuaricum fuit et quod gens Salica per omnes regni Francorum partes habitavit et secundum Salicam legem vixit. Capitulare nostrum fuisse generale, eo quoque collegere licet, quod in codicibus etiam iuris non Salici, sed Ribuarici, Langobardici, Baiwarici invenitur et transiit in librum Papiensem dictum. (B. I,* 387; *P. I,* 112.*)*

Haec[a] sunt capitula quae domnus Karolus magnus imperator iussit scribere in consilio suo et iussit eas ponere inter alias leges.

De homicidiis[b] clericorum. Si[c 1] quis[e] subdiaconum occiderit, CCC solidos componat; qui diaconum[d], CCCC[e]; qui presbiterum, DC; qui episcopum, DCCCC solidos componat; qui[f] monachum, CCCC[g] solidis culpabilis iudicetur[f].

2[h]. Si quis in emunitatem[i] damnum aliquid fecerit, DC solidos componat. Si autem homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris committens infra emunitatem fugerit, mandet comes vel episcopo vel abbati vel[k] vicedomino vel quicumque locum episcopi vel abbatis[l] tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit et eum reddere noluerit, in prima contradictione solidis XV culpabilis iudicetur; si ad secundam inquisitionem eum reddere noluerit, XXX solidis culpabilis iudicetur; si nec ad tertiam consentire noluerit, quicquid reus damnum fecerat, totum ille qui eum infra emunitatem retinet nec reddere vult solvere cogatur, et ipse comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra emunitatem quaerendi, ubicumque eum invenire potuerit. Si autem statim in prima inquisitione comiti responsum fuerit, quod reus infra emunitatem quidem fuisset sed fuga lapsus sit, statim iuret[m] quod ipse eum ad iusticiam cuiuslibet disfaciendam fugire non fecisset, et sit ei in hoc satisfactum. Si autem intranti in ipsam emunitatem comiti collecta manu quilibet resistere temptaverit, comes hoc ad regem vel ad principem deferat ibique iudicetur, ut, sicut ille qui in emunitatem damnum fecit DC solidos conponere debuit, ita qui comiti collecta manu resistere praesumpserit DC solidis culpabilis iudicetur.

3[n]. Si quis ad ecclesiam confugium fecerit, in atrio ipsius ecclesiae pacem habeat, nec sit ei necesse ecclesiam ingredi, et nullus eum inde per vim abstrahere praesumat; sed liceat ei confiteri quod fecit et inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publico perducatur.

4[o]. Si quis hominem in iudicio iniuste contra alio altercantem adiuvare per malum ingenium praesumpserit atque inde coram iudicibus vel comite increpatus fuerit et negare non potuerit, solidis XV culpabilis iudicetur.

5[p]. Si quis de libertate sua fuerit interpellatus et timens ne in servitium cadat aliquem de propinquis suis, per quem se in servitium casurum timens, occiderit id est patrem, matrem[q], patruelem, avunculum vel quamlibet huiusmodi propinquitatis personam, ipse qui hoc perpetraverit moriatur, agnatio vero et consanguinitas eius in servitutem cadat. Et si negaverit se illum occidisse, ad novem vomeres ignitos iudicio Dei examinandus accedat.

6[r]. Qui[s] res suas pro anima sua ad casam Dei tradere voluerit, domi[t] tra-

a) *Haec inscriptio e codice* 6. b) occisione 23. 34. c) *ita* 1—5; Qui *rell.* d) vel monachum *add.* 19. e) qui monachum similiter CCCC *add.* 30. f) Qui ... iudicetur *om.* 7. 19. 30. g) CCCXLV. *cod.* 36. h) De damnum in emunitate factum *rubr.* 14. De eo qui sine monitate damnum fecerit 13. De monitatum. De his qui infra monitatem confugiunt vel damnum aliquid faciunt 19. *Reliqui codd. non habent rubricas nisi in capite primo; P. ipsas partim e cod.* 19, *partim ex Ansegiso desumpsit.* i) inmunitatem *alii codd.* k) iudice vel *add.* 1. l) vel abbatissa *add.* 3. m) qui locum episcopi vel abbatis tenuerit *add.* 25. 26. n) De eo (his 19) qui ad ecclesiam confugerit (confugium faciunt 19) *rubr. in* 13. 19. o) De eo qui alium iniuste in litem adiuvare presumpserit *rubr.* 13; De his qui per malum ingenium alium auxiliaverit *rubr.* 19. p) De eo qui interpellatus est de libertate *rubr.* 13; De his qui ingenuare volunt *rubr.* 19. q) amitam *add. Bal. contra codicum auctoritatem.* r) De eo qui res suas ad casam Dei delegare voluerint *rubr.* 13; *a cod.* 19 *absunt cap.* 6 *et seqq.* s) Si quis 3. t) domni 1; domini 36.

1) *Cfr. Lex Rib.* 36, 6—9.

ditionem faciat coram testibus legitimis; et quae actenus in hoste factae sunt traditiones, de quibus nulla est quesitio[u], stabilis permaneant. Si[v] vero aliquis alii res suas tradiderit et in hoste profectus fuerit, et ille cui res traditae sunt interim mortuus fuerit, qui[w] res suas[x] tradidit, cum reversus fuerit, adhibitis testibus coram quibus traditio facta est res suas recipiat; si autem et ipse mortuus fuerit, heredes eius legitimi res traditas recipiant.

7[y]. Si quis per cartam ingenuitatis a domino suo legitime libertatem est consecutus, liber permaneat. Si vero aliquis eum iniuste inservire temptaverit, et ille cartam ingenuitatis suae ostenderit[z] et adversarium[a] se inservire velle comprobaverit, ille qui hoc temptavit multam quae in carta scripta[b] est solvere cogatur. Si vero carta non paruerit sed iam ab illo qui eum inservire voluerit disfacta est, weregeldum[c] eius componat, duas partes illi quem inservire voluerit, tertiam regi, et ille iterum per praeceptum regis libertatem suam conquirat.

8. Liber qui se loco wadii in alterius potestatem[d] commiserit ibique constitutus[e] damnum aliquod[f] cuilibet fecerit[f], qui eum in loco wadii suscepit aut damnum solvat aut hominem in mallo productum demittat, perdens simul debitum propter quod eum in wadio suscepit; et qui damnum fecit, demissus iuxta qualitatem rei[g] cogatur emendare. Si vero liberam feminam habuerit usque dum in pignus extiterit et filios habuerit, liberi permaneant.

9. Omnia debita quae ad partem regis solvere[h] debent, solidis[h] duodecim denariorum solvant[i], excepto freda quae in lege Saliga[k] scripta[l] est[m]; illa eodem solido quo caeterae compositiones solvi debent componatur.

10[n]. Si quis causam iudicatam repetere in mallo praesumpserit ibique testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos componat, aut quindecim ictus ab scabinis[o] qui causam[p] prius[q] iudicaverunt accipiat.

11[r]. Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium adsumatur et cui is contra quem testimoniari[s] debent nullum crimen possit indicere[t].

u) *sic* 1.3.7.15.17; quaestio *rell.* v) *Novi capituli initium* 19.32. w) ipsas *add.* 1.3. x) suas *om. codd. nonnulli.* y) De eo qui per cartam a domino suo libertatem consequitur vel de eo qui postea eum voluerit iniuste inservire *rubr.* 13. z) ad relegendum *add.* 1. a) iniuste *add.* 1.8.27.35. b) descripta 2.18.29 *et alii.* c) *ita* 2.25.26.30.41; wedregildum 3.23; wadregillum 1; widrigildum *vel similiter rell.* d) manus 2. e) fuerit *add.* 1.3.30. f) illi quo fecerit cuilibet fecerit 3.18. g) regi 1.3.6.15.18 *aliique;* regis 29; iusta qualitatis legem 36. h) solvi 6.29 *aliique.* i) per sol. XII denarios persolvantur 36. k) *ita* 1.3.15; Salica *vel* Salicha *rell.* l) conscripta 5.22—26.29.30.40.41. m) sunt 1.3. n) De eo qui causam iudicatam removere ausus fuerit *rubr.* 13. o) *sic* 1.6.8.30. *aliique;* scabineis 2.4; scabiniis 3.17.18; scavinis 7.38. p) ipsam *add.* 35.36. q) superius 6.29. r) Ut veraci homines in testimonium colligantur in placito *rubr.* 13. s) testari 5; testificare 29. t) *ita plerique;* obicere 11.14; dicere 23; id est inpinguere *add.* 25.26.

---

40. CAPITULARE MISSORUM.

803.

In codicibus omnibus qui capitulare legibus additum anni 803 *exhibent, exceptis tantum codicibus Paris.* 10754., *Sangall.* 728., *Guelferbytano inter Augustaeos et S. Pauli in Karinthia, supra n.* 11. 13. 17. 19 *numeratis, (in codicibus igitur triginta octo) dictum capitulare continuo sequuntur haec missorum capitula, in nonnullis (e. gr. Par.* 4404. 4613., *Blankenb.* 130. 52., *Camerac.* 576.*) ita, ut utrumque capitulare unam tantum ca-*

pitulorum seriem perpetuo numeratorum efficiat. Uti autem plurimi codices singula capita vel omittunt vel transponunt (nam capita omnia ordine infra instituto tantum habent codd. 4. 5. 16. 18. 25. 26. 33. 37. 38*), ita nonnulli singula tantum excerpta offerunt. Exstant enim in cod.* 8 *tantum capita* 1. 10. 11. 15. 16. 13. 9. 20.*, in codd.* 10. 12 *capp.* 11—13. 15. 16. 20 *(inscripta:* Incipiunt capitula *VI.), in codd.* 35. 36 *capp.* 4. 5. 6. 8. 9. 11. 12 *(capp.* 11. 12 *desunt autem in* 36) 15. 17. 20. 22.

Inscriptio in codicibus plurimis omnino abesse videtur; in codd. 3. 18. 23. 27. 32. 37. Item primum capitulum *superscripta sunt,* Item de capitulis *in* 38, iussio imperatoris *in* 30, Incipiunt capitula minoris (*quod corruptum videtur a librario ex verbo* missorum) *in cod.* 2. *Vera autem capitularis rubrica est* De causis admonendis, *cum capitula causas indicent, de quibus missi et ipsi ab imperatore admonentur et populum admonere iubentur.*

Capitulare datum esse anno 803, *tam capitulum* 19 *quam locus suadet, quem in codicibus prope antecedens legibus additum obtinet; anni initio esse editum capite ultimo probatur. Placitum generale, quod capite eodem missi indicere iubentur, ut annales Laureshamenses ad annum* 803 *adnotant, Mogontiae a Karolo habitum est.* (*B. I,* 391; *P. I,* 114.)

De causis admonendis[a].

De ecclesiis emendandis, et[c] ubi in unum locum plures sunt quam necesse sit, ut destruantur quae necessaria non sunt, et alia conserventur[c].

2. Ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. Et ut excommunicationes[d] passim et sine causa non fiant[d].

3. Ut missi nostri scabinios[e], advocatos[f], notarios per singula loca elegant et eorum nomina, quando reversi fuerint, secum scripta deferant.

4. De his qui legem servare contempserint[g], ut per fideiussores ad praesentiam regis deducantur[1].

5. Ut illi qui haribannum solvere debent coniectum faciant ad haribannatorem[2].

6[h]. De fugitivis ac peregrinis, ut distringantur, ut scire possimus qui sint aut unde venerint.

7[i]. Ut bauga[k][3] et brunias[l] non dentur negotiatoribus[m][4].

8[n]. De mensuris, ut secundum iussionem nostram[o][5] aequales fiant.

9. Ut non mittantur[p] testimonia super vestitura[q] domni Pippini regis[r][6].

10[s]. Ut nec colonus nec fiscalinus foras[t] mitio[t][7] possint aliubi traditiones facere.

11. Ut nullus praesumat hominem in iuditio mittere sine[u] causa[u], nisi iudicatum fiat.

a) audiendis 6. 8. 27—29. *Ita totius capitularis inscriptio in* 5. 16. 25. 26; *plurimi codices hanc inscriptionem pro capitis primi initio ponunt, codd.* 6. 8. 9. 27. 37 *ita ut legatur:* De c. a. vel eccl. em. b) ut 5. 6. 18. c) *ita* 1. 22. 29; continuantur 15; construantur *rell.* d) excommunicatio … fiat 3. 30. e) scabinos 6. 9. 22. 40. 41. f) vicarios *add.* 30. g) consenserint 6; non consenserunt 29. h) *cap. deest* 39. i) *deest* 1; *capiti* 8. *postponitur* 27—29. k) bauca 5; baucas 6; baoca 15; pauga 22. 40. 41. l) brunnias 22; brunnia 40. 41; vel spata *add.* 30. m) foras marca *add.* 30. n) *deest* 6. o) imperatoris 25. 26; estimacione 5. p) nominentur 8. q) investituram 37. r) sed talis nobis in hac causa honor servetur, qualis et antecessoribus nostris et imperatoribus servatus esset cognoscitur *add.* 34, *desumta e secundo capit. in Theod. villa* 805. *c.* 22. *sub fine.* s) *deest* 30. t) *verba ita inveniuntur* 1. 3. 7. 18. 23—26. 28; *desunt in* 2. 5. 6. 22. 29. 40. 41. u) sine causa *leguntur* 1—3. 15. 30. 38, *desunt in* 6. 8. 23. 29 *et aliis, et sane superflua sunt respectis verbis* nisi iud. fiat.

1) *Marculf. I,* 27. 28. 2) *Non ad comites; cfr. infra Cap.* 57, *c.* 2; *Karoli cap. missor. italicum* (781—810) *Cap.* 99, *c.* 13. 3) *bauca, armilla.* 4) *Cap. Harist.* 779, *c.* 20. *Cap. Mantuan.* 781 (?), *c.* 7. 5) *Admon. gener.* 789, *c.* 73. 6) *Quod iam in Pippini patris investitura fuit, per testes haud amplius potest evinci. Cfr. infra Cap.* 80, *c.* 1; *Hludow. Pii capit. per se scribenda* 817, *c.* 6. 7) *Territorium vel villa in quibus habitant.*

12. Ut liber homo, qui in monasterio regulari comam deposuerit et res suas ibidem delegaverit, promissionem factam secundum regulam firmiter teneat[v].

13. Ut omnia quae wadiare[w] debent, iuxta quod in lege continet, pleniter secundum ipsam legem rewadiata fiant[8]; et in postmodum vel domnus rex vel ille cuius causa est iuxta quod ei placuerit misericordiam faciat. 5

14[x]. De episcopis, abbatibus, comitibus qui ad placitum[y] nostrum non venerunt[z].

15. Ut nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere nec testimonium dicere; nec placitum comis habeat nisi ieiunus.

16[a]. Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum[b].

17. De missis nostris discurrentibus vel caeteris hominibus propter[c] utilitatem nostram iter agentibus, ut nullus mansionem contradicere praesumat. 10

18. De canibus qui in dextro armo[d 9] tunsi sunt, ut homo qui eum habuerit cum ipse cane[e] in praesentia regis[f] veniat.

19. Ut populus interrogetur de capitulis quae in lege noviter[g] addita[h] sunt[10]; et postquam omnes[i] consenserint, subscriptiones et manufirmationes suas in ipsis capitulis faciant[11]. 15

20. Ut nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quaerere[k] aut si alter[l] ei[l] quaerere debet, exceptis scabineis septem qui ad omnia[m] placita praeesse debent[n 12].

21. De falsis testibus[o] ut non recipiantur.

22. Ut nullus praesumat per vitam regis et filiorum eius iurare[13]. 20

23[p]. De illis Saxonibus qui uxores non habent.

24. De signatis[q] qui mentiendo vadunt[14].

25[r]. Ut missi nostri qui iam breves detulerunt de adnuntiatione, volumus ut adhuc[s] adducant de[t] opere[t].

26[u]. Quantam moram faciant in unoquoque loco et quot homines secum habeant[15]. 25

27. De prudentia et constantia missorum nostrorum.

28. De falsis monetariis requirendum est.

29[v]. Si aliae res fortuitu non praeoccupaverint[w], VIII. Kalendas Iulias, id[x] est[x] missa sancti Iohannis baptistae, ad Magontiam sive[y] a Cabillionem[z] generale placitum nostrum[a] habere volumus. 30

v) *Codd.* 23. 24. 34 *inserunt hic Capit. leg. add.* 803. *cap.* 9. w) wadiari 6. 22. 25. 26. 29. 30. 40. 41. x) *deest cod.* 14. y) palatium 6. z) veniunt 6; fuerunt 25. 26. a) *deest* 3. b) nisi quod ei necesse fuerit *vel* nisi quantum ei sufficiat *iocandi causa addunt* 7. 15. 23. 34. *In cod.* 14 *sequitur hic cap.* 22. c) in 1. 3. *et nonnulli alii.* d) *deest* 6. e) cano 1—3. 5. 15. 29. f) domni regis 3. g) *deest* 6. 29. h) mittenda 6. 27—29. i) *in hoc verbo desinit* 30. k) quaerere vellit 1; qu. voluerit 34; quesierit 29; querit 5. 22. 27. 40. 41. l) alteri 3. 5. 18. 22. 27. 29. 40. 41. m) dominica 6. 27. 29. n) *Reliqua desunt* 1. o) testimoniis 6. 18; requirendum est *add.* 6. 27—29. p) *capp.* 23. 24 *post c.* 28 *ponunt* 9. 15. 22. 27—29. 39—41; *c.* 23 *deest in cod.* 6; *c.* 23—29 *desunt in* 34. q) sinnadis 2; et *add.* 6. 27—29. r) *c.* 25—27 *desunt* 6. s) *deest* 3. 18. t) de o *om.* 2; opera 29. u) c. 26. 27. *desunt* 15. v) *c.* 29 *deest in* 2. 8. 10. 12. 15. 22. 29. 30. 34—36. 39—41. w) *reliqua desunt* 6. 18. x) id est *om.* 3. y) sive a C. *om.* 27. 28. z) Cavalonno 3; Catalonnis 4; Caballionem 37. 38. a) nuntiantes 23; *deest* 3.

8) *Rewadiare = fidem facere de solvendo; cfr. infra Cap.* 50, *c.* 3; *Cap. eccles.* 829, *c.* 1. 9) *Armus, scapula, humerus.* 10) *Capitul. legib. add.* 803. 11) *Cfr. supra in praef. ad cap. cit.* 12) *Cfr. Pipp. cap. ital.* (801—810) *infra Cap.* 102, *c.* 14. 13) *Cfr. Legat. edict.* 789, *c.* 26. 14) *Fortasse de terminorum signis fraudulose factis missi inquirere et regi referre iubentur; cfr. ed. Roth.* 236—241. *Verba 'qui mentiendo vadunt' recurrunt in cap. missorum Aquisgr. primo* 810, *c.* 2. 15) *Missi scilicet; cfr. cap. missor. gener.* 802, *c.* 28.

41. CAPITULARE LEGI RIBUARIAE ADDITUM.

803.

Invenitur in codicibus 1) *Paris.* 4629. *fol.* 22ᵛ. 2) *Cheltenham.* 1736. 3) *Vati-* 5 *cano inter Palatin.* 773. *fol.* 48. 4) *Epored.* 33. *fol.* 142. 5) *Epor.* 34. *fol.* 23ᵛ. 6) *Monac.* 19416. 7) *Paris.* 9654. *fol.* 13. 8) *Vatican. inter Palatin.* 582. *fol.* 16. 9) *Barrois olim Lovanii. In omnibus his novem codicibus capitula subsequuntur capitulare missorum anni* 803. *Praeterea in cod. S. Pauli in Karinth.* (*fol. fere* 161) *exstant c.* 3. 4.; *in cod. Guelferbytano inter Blank.* 130. 52 *folio fere* 87. *cap.* 5., *cum reliqua c.* 1—4. 10 6—12 *in eodem codice sub fine capitularium* (*fol.* 135.) *suppleantur praefixis verbis* Item de lege Ribuariense; *in codicibus denique Monacens.* 3519. 5260 *recepta sunt c.* 9. 10. 2.

Inscriptiones sunt in codd. 1. 2.: Item alios capitulos, *in cod.* 3. *ea quae infra praefixa est, in cod.* 4.: De lege ripuarianense, *in cod.* 7. 8.: Hoc fuit datum ad Aquis 15 in tercio anno imperii domni Karoli augusti, quando synodus ibi magna fuit. *Capitulare fortasse in magno concilio Aquisgranensi mense Octobri* 802 *deliberatum, anno demum* 803 *editum est.*

In codicibus omnibus singulis capitulis non numeri perpetuo numerati, sed legis Ribuariae titulorum singulorum numeri praefixi sunt, ad quos supplendos vel corrigen- 20 *dos haec sequentia capitula data sunt.* (*B. I,* 395; *P. I,* 117.)

Incipit[a] nova legis constitutio Karoli imperatoris qua in lege Ribuaria mittenda est.

I. cap. Si quis[b] ingenuus ingenuum ictu percusserit, quindecim solidos conponat[c].

25 2. X. cap. Homo regius, id est fiscalinus, et aeclesiasticus vel litus interfectus[d] centum solidis conponatur.

3. XII.[e] cap. Homo ingenuus qui multa qualibet solvere non potuerit et fideiussores non[f] habuerit, liceat ei semetipsum in wadium[g] ei cui debitor est mittere usque dum multa quam debuit persolvat.

30 4. Item in eodem capitulo[h]. De soniste[i] [1] aut sexcentos solidos conponat aut cum duodecim iuret aut, si ille qui causam quaerit duodecim hominum sacramentum recipere noluerit, aut[k] cruce[k] aut[l] scuto et fuste contra eum decertet.

5. XX.[m] cap. Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo[n] cuilibet inlatum dimittere; sed iuxta qualitatem damni dominus pro ipso respondeat[o] vel eum in 35 compositione aut ad poenam petitoris offerat[p]. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, sacramento se dominus eius excusare

a) *Inscriptio e cod.* 3. b) *deest* 4. 7. 8. c) culp. iudicetur 8. d) ductus 1. 2. e) XXII. cap. *cod.* 7; *in cod.* 2 *hoc caput sequenti postpositum est praefixis verbis* In eodem capitulum. f) non *om.* 1. 2. 6. g) iuditium 1. 2. h) *ita codd. omnes; sed legis Ribuariae titulus ad quem hoc caput scriptum* 40 *est vere est decimus octavus, inscriptus* De sonesti. i) sonesti 3. k) aut cruce *om.* 7 (*et* 8 ?), *similiter infra in c.* 8; *cfr. capit. eccles.* 817, *c.* 27. l) cum 7 (8 ?) m) XVIII. *cod.* 3. 4. 6. n) aliquo 1. 2. o) de servo qui damnum fecit *add.* 7. p) auferet 1. 2.

1) *Cfr. Lex Thur.* 37: scrofae sex cum verre quod dicunt sonest; *lex Rib. XVIII.* De sonesti, *et in* § 1: sex scrovae cum verre.

studeat, quod nec suae voluntatis nec conscientiae fuisset quod servus eius tale facinus commisit[q].

6. XXXIII.[r] cap. Si quis ad mallum legibus mannitus[s] fuerit et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur; sic[t] ad secundam et terciam. Si autem ad quartam venire contempserit, possessio eius in bannum mittatur, donec veniat et de re qua interpellatus fuerit iustitiam fatiat. Si infra annum non venerit, de rebus eius quae in bannum missae[u] sunt[u] rex interrogetur, et quicquid inde iudicaverit fiat. Prima ammonitio[v] super noctes septem, secunda super noctes quattuordecim, tertia super viginti et unam, quarta super quadraginta duas. Similiter et de benefitio hominis, si forte res proprias non habuerit, mittatur in bannum usque quo rex interrogetur.

7. XXXV. cap. Si auctor venerit et rem interciatam recipere rennuerit[w], campo[x] vel cruce contendatur[x].

8. XLVIII. cap. Qui filios non habuerit et alium quemlibet haeredem sibi facere voluerit, coram rege vel coram comite et scabineis vel missis dominicis, qui tunc[y] ad iustitias faciendas in provincia[z] fuerint ordinati, traditionem faciat.

9. LVII.[a] cap. Homo denarialis non ante haereditare in suam agnationem[b] poterit, quam usque ad terciam generationem perveniat.

10. LXIIII.[c] cap. Homo cartularius[d] similiter[e].

11. LXVII.[f] cap. Omne sacramentum in ecclesia aut supra reliquias iuretur; et quod in ecclesia iurandum est, vel cum sex[g] electis vel, si[h] duodecim esse debent, quales potuerit invenire: sic[i] illum Deus adiuvet et sancti quorum istae reliquiae sunt, ut veritatem dicat.

12. LXXII. cap. Si res interciata furto[k] ablata fuerit, liceat ei super quem res interciata fuerit sacramentum se excusare de furto[k], nec suae voluntatis aut conscientiae fuisse quod ablatum est; et[l] tantum sine dampno restituat.

q) *In cod.* 1, *et si schedas nostras recte intellego, etiam in cod.* 2 *subnexa sunt verba:* XXX. Sicut petierunt, ita domnus imperator consensit; *quae verba pro peculiari capitulo constituit Pertz. Sed ad praecedens potius capitulum pertinere videntur, cum legis Ribuariae titulo XXX. aeque atque in capite nostro quinto de domino pro servo in iudicio respondente agatur. In Benedicti etiam collectione (II.* 210*) verba* Sicut petierunt *rell. addita sunt capiti nostro quinto.* r) XXXIIII. *cod.* 1. s) bannitus 7. 8. t) si 1. 2. u) misserunt 1; miserunt 2. v) mannitio 3. 4; bannitio 7. 8. w) noluerit 7. 8. x) campo contendant 7 (8?); *cfr. supra not. k.* y) eum 1. 2. z) parochia 1. 2. a) LVIII. 3; XVII. 4. 6. b) agnitionem 1—3. cognationem 5. c) LXXVIII 2; LXIII. 5. d) cartellaris 1. e) faciat *add.* 1. 2. f) LXVIII. 2. g) septem 7. 8. h) si *om.* 1; cum 2 t) si 7. 8. k) furtu 1. 2. l) aut 3. 6. 7; aliud *add.* 1. 2.

42. CAPITULA ECCLESIASTICA AD SALZ DATA.

803—804.

Leguntur in codicibus 1) *Vaticano inter Palatinos* 289. *fol.* 1. 2) *Paris.* 9654. *fol.* 16. 3) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 18ᵛ; *capita* 2. 3. 7. 8 *etiam in* 4) *Monac.* 3853. *fol.* 260. *Inscriptio deest in cod.* 1.; *in codicibus* 2. 3 *capitulis inscripta sunt:* In quarto anno ad Salz *et similiter in codice* 4: Quarto anno ad Sal. *Hac inscriptione capitula anno* 804 *ad Salz, palatium regium prope Salam franconicam situm, edita indicantur; cui rei contrarium videtur, quod Karolus testibus annalibus anno* 803 *in illo palatio versatus est. Sed haec monenti fortasse quis objicere posset, Karolum ipsis capitulis deliberatis interfuisse nihilo probari. Mere ecclesiastica ea apparent et multis aliis synodalibus illa aetate ortis quod ad argumentum similia sunt.*

(B. I, 415; *P. I,* 123.*)*

Ut ecclesiae Dei bene constructae et restauratae fiant, et episcopi unusquisque infra suam parrochiam exinde bonam habeat providentiam, tam de officio et luminaria quamque et de reliqua restauratione.

2. De[a] decimis: ubi antiquitus fuerunt eccclesiae baptismales et devotio facta fuit, iuxta quod episcopus ipsius parrochiae ordinaverit omnimodis fiant donatae. Et si per donationes regum aut ceterorum Deum timentium bonorum hominum ad episcopia seu monasteria aliquae res delegatae sunt et ex ipsis rebus antiquitus ad ipsas ecclesias priores decimae datae fuerint, ipsa antiqua donatio vel devotio firma et stabilis omnino permaneat, et[b] ipsas res ubi delegatas esse videntur permaneant[b], tamen, ut supra diximus, decimas de ipsis rebus qui eas possidere videtur persolvat.

3[c]. Quicumque voluerit in sua proprietate ecclesiam aedificare, una cum consensu et voluntate episcopi in cuius parrochia fuerit licentiam habeat; verumtamen omnino praevidendum est, ut aliae ecclesiae antiquiores propter hanc occassionem nullatenus suam[d] iustitiam aut decimam perdant, sed semper ad antiquiores ecclesias persolvantur.

4. Ut unusquisque episcopus in sua parrochia secundum canonicam institutionem presbiteros ordinari faciat.

5. Ut nullus in monasterio puellarum vel ancillarum Dei intrare praesumat, nec presbiter nec diaconus nec subdiaconus vel clericus aut laicus, nisi tantummodo presbiter ad missam celebrandam tempore oportuno ingrediatur, salva necessitate monasterii secundum canonicam institutionem et iuxta quod episcopus ipsius parrochiae ibidem ordinaverit; presbiter autem missa celebrata statim exeat.

6. Quicumque filiam suam aut neptam vel parentem Deo omnipotenti offerre voluerit, licentiam habeat; sin[f] autem, domui infantes suos nutriat et non aliam infra monasteria mittere nutriendi gratia presumat, nisi quae[g] in ipso loco firmiter[g] in Dei servitio perseverare voluerit, vel secundum instituta sanctorum patrum seu canonicam auctoritatem.

7. Omnino prohibemus, ut nullus masculum filium aut nepotem vel parentem suum in monasterio puellarum aut nutriendum commendare praesumat, nec quisquam illum suscipere audeat.

a) De decimis et donationibus ecclesiarum *capitis rubrica in* 2. 3. b) et ipsas res .... permaneant *om.* 2. 3. 4. c) Ut propter novas ecclesias antiquiores suas decimas non perdant *rubrica in* 2—4. d) earum 1. e) ut *om.* 1. f) si non 1. g) qui de firmiter in ipso loco 1.

8. Ut nullus ex clericali ordine, sacerdotes videlicet aut alii clerici neque laicus, brunias aut[h] arma infra monasteria puellarum commendare praesumat, nec quisquam recipere audeat, excepto si in elimosina datum[i] fuerit.

h) alii *add.* 1. i) non *add.* 2. 3.

43-44. DUPLEX CAPITULARE MISSORUM IN THEODONIS VILLA DATUM.

805 exeunte.

Duo haec capitularia quae sequuntur leguntur deinceps scripta et in uno quidem codice (10) *perpetuis capitum numeris iuncta in codicibus his:* 1) *Paris.* 10754. *fol.* 41ᵛ. 2) *Paris.* 4628 A. *fol.* 39ᵛ. 3) *Guelferb. inter August.* 50, 2. 4) *Paris.* 4629. *fol.* 23ᵛ. 5) *Paris.* 4995. *fol.* 25. 6) *Norimb. fol.* 32ᵛ. 7) *Monac.* 19416. 8) *Epored.* 33. *fol.* 142ʳ. 9) *Epored.* 34. *fol.* 25. 10) *Cheltenham.* 1736. 11) *Goth.* 84. *fol. fere* 220. 12) *Mutin. I,* 2. *fol.* 174. 13) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. *fol. fere* 78. 14) *Paris.* 9654. *fol.* 17. 15) *Vatican. inter Palatin.* 582. *fol.* 19ᵛ. 16) *Vatic. inter codd. Christ. reginae* 1036. *fol.* 6. *Secundum tantum capitulare traditur in codicibus* 17) *Guelferb. inter Gudian.* 299. 18) *Montispessul.* 136. 19) *Barrois olim Lovanii. Codex* 20) *Paris.* 10753. *fol.* 124ᵛ *secundi capitularis servavit capita* 3—6. 8. 9. 11. 15. 22., *codex* 21) *S. Pauli in Karinth. primi capitularis c.* 10. *et alterius capp.* 2. 6. 8—13. 15. 16. 19. 20; *caput* 22 *secundi capitularis legitur in codd.* 22) *Chisiano F. IV.* 75. *et* 23) *Cavensi* 22., *eiusdem denique capitularis caput* 11. *in codice* 24) *Vatic. inter codd. reg. Christ.* 263. *fol.* 227ᵛ.

In codicibus 14. 15. *capitulari primo inscribuntur haec:* Ad Teotonem villam fuit datum in anno V. imperii ante natale Domini, *et in codice* 13: Capitulare dominicum datum anno Domini DCCCVI. ad Theodonis villam anno imperii domni Karoli VI. Titulum II. Item Karoli de causis ecclesiasticis. *Alii codices inscriptione originem capitularium indicante carent.*

Capitularia duo esse connexa secundum codices manuscriptos pro certo habendum est. De anno et loco recte haud dubie refertur in codicibus 14. 15 *et partim etiam in c.* 13, *cum inscriptiones illic traditae affirmentur Einhardi annalibus, in quibus narratur de Karolo ad annum* 805: ad hiemandum in Theodonis villa *(Thionville, Dietenhofen)* palatio suo consedit. Ibi ad eum ambo filii sui Pippinus et Hludowicus venerunt celebravitque ibi natalem Domini.

Missorum esse capitularia, tam primi brevia praecepta, quasi memoriae tantum causa scripta, quam secundi pleniora verba demonstrant. Fortasse non omnibus missis eadem omnino forma capitularia tradita sunt, sed aliis potius aliter in quibusdam mutata. Dubito utrum peculiaris multorum capitum forma, quam codices 14. 15 *servaverunt, authentica sit an librariorum tantum libidine mutata; pro certo contra habendum est, codicem Parisiensem* 4626. *fol.* 43. *speciale missorum capitulare tradidisse. Nam in eo leguntur tantum primi capitularis capita* 9. 15 *et secundi capitularis capita* 2—6. 8—12. 16. 20—22., *quibus praefixa sunt verba:* Excarpsu capituli domno imperatoris Karoli quem Iesse episcopus *(Ambianensis; cfr. Einh. ann. ad* 802.*)* ex ordinatione ipsius augusti secum detulit ad omnibus hominibus notum faciendum. *Codex quoque Paris.*

4628. *fol.* 25, *sed absque ulla inscriptione, capitula e secundo capitulari excerpta* 3—6. 8. 9. 11. 15. 22. *continet, quae excerpta utrum item speciale missorum capitulare praebeant an a librario collecta sint in incerto relinquendum videtur. Utraque excerpta typis dare superfluum duxi; lectiones in codice* 4628. *consentiunt cum codicibus nostris* 1. 2. 3., *in codice contra* 4626. *codicem nostrum* 4. *accuratissime sequuntur, ut ipsa vitiose in eo scripta recurrant etiam in Ambianensis episcopi excerpto.*

(*B. I,* 421; *P. I,* 131.)

---

43. CAPITULARE MISSORUM IN THEODONIS VILLA DATUM PRIMUM, MERE ECCLESIASTICUM.

I n f r a a e c c l e s i a m[a].

De lectionibus[b].

2. De cantu[c].
3. De scribis ut[d] non vitiose scribant[d 1].
4. De notariis[e].
5. De caeteris[f] disciplinis[g 2].
6. De compoto[h 3].
7. De medicinalia[i] arte[k].
8. De aecclesiis sine honore manentibus absque[l] offitiis et luminariis; et de his qui decimas adsumunt[l m] et de aecclesiis non curant[n]; et de altaribus, ut non superflua[o] sint[o] in aecclesiis[p].
9. De laicis noviter conversis, ne, antequam suam legem pleniter vivendo discant, ad alia negotia mittantur.

a) *in codd.* 1. 4. 6. 10. 16. *haec inscriptio pro primo capite numeratur, ut legatur:* I. cap. infra ecclesiam. b) Ut lectiones in ecclesia distincte legantur *Bal.* c) De cantu ut secundum ordinem et morem romanae ecclesiae fiat cantatum 13. (*cfr. Admon.* 789. *c.* 80.) De cantu ut discatur et ut cantores de Mettis revertantur 14. 15. Ut cantus discatur et secundum ordinem et morem Romanae ecclesiae fiat: et ut cantores de Mettis pevertantur *Bal. De celebri Mettensi cantilena ecclesiastica cfr. Monach. Sangall.* I, 10. d) ut . . . scribant *om.* 4—6; quod v. non scr. 2. 14. 15. e) et de notariis, *iuncta cum cap.* 3., *codd.* 14. 15. De n. ut unusquisque episcopus aut abbas vel comes suum notarium habeat 13. Ut unusquisque episcopus et abba et singuli comites suum notarium habeant *Bal.* f) diversis 4—6. 14. 15. g) discendis *add.* 14. 15. De c. disc. ecclesiae ut secundum canones vel regulam fiant *Bal.* h) ut veraciter discant omnes *add.* 13. *Bal.* De c. et de arte medicina 14. 15. i) *ita* 1. 3. 5. 8; medicinali *rell.* k) ut infantes hanc discere mittantur *add. Bal.* l) in luminariis et offitiis decimas quidem adprehendunt 14. 15. m) sumunt 4—6. n) ut omnimodis emendetur *add. Bal.* o) superabundent 14. 15. p) *In codd.* 14. 15 *et similiter apud Bal. hoc loco sequuntur capp. haec:* VII. De nuper venientibus ad monasterium, ut primo discant regulam antequam foras mittantur ad ministeria, et quod non vadant ad iudicia secularia. (*Cfr. Admon.* 789. *c.* 73.) VIII. De his qui seculum relinquunt ad servitium dominicum impediendum et tunc neutrum faciunt, ut aut in seculo sint aut plene in regula permaneant. VIIII. Ut omnes clerici unum e duobus eligant, aut pleniter secundum canonicam aut secundum regularem institutionem vivere debeant. (*Bal. omittit:* aut in seculo ..... VIIII. Ut *et sub fine addit:* aut servitium dominicum faciant. *Caeterum cfr. supra cap.* 9. 10.)

1) *Admonit.* 789. *c.* 72. 2) *Cfr. Cap. Niumagae dat.* 806. *c.* 3. 3) *Kalendario.*

10[q]. De his qui seculum relinquunt propter servicium dominicum impediendum[4] et tunc neutrum faciunt, ut unum e duobus elegant: aut pleniter secundum canonicam aut secundum regularem institutionem vivere debeant.

10[r]. De relinquentibus seculum ut unum e duobus eligant: aut pleniter secundum canonicam aut secundum regularem institutionem vivere debeant.

11. De[s] servis propriis[5] vel ancillis, ut non amplius tundantur vel velentur nisi secundum mensuram, et[t] ibi[t] satis fiat et villae non sint desolatae[s].

12. De congregationibus superfluis[6] ut nullatenus fiant, sed tantos congreget quantis consilium[u] dare potest[v] [7].

13. De his[w] qui non fiunt[x] secundum regulam pulsati[8], ut[y] deinceps emendentur et[z] pulsentur[a] secundum regulam.

14. Ut infantulae aetatis puellulae non velentur antequam ille elegere sciant quid velint, salva canonica auctoritate[b].

15. Ut laici[c] non sint praepositi monachorum[d] infra monasteria, nec archidiaconi sint laici.

16. De incestuosis, ut canonice examinentur, et nec propter alicuius amicitiam quidam[e] relaxentur, quidam[f] vero[f] constringantur.

q) *ita e codd.* 1—3. 13; *similiter* 14. 15. *et apud Bal. qui hoc loco caput omittunt; cfr. not. p.* r) *ita* 4—12. 21. 22. s) De propriis servis et ancillis ut non supra modum mittantur in monasteria ne desertentur villae 14. 15. *Bal.* t) et ubi 4—6; ut et ibi 7. 8. u) subsidium 13. v) possit 14. 15. w) illis 5. 14—16. x) sunt 14. 15. y) non *add.* 5. z) et p. sec. reg. *om.* 1. 3. a) pulsent 4; pulsant 5. b) sententia et auctoritate 14. 15. c) nec clerici *supra lineam add.* 4. d) *deest* 14. 15. e) alii 14. f) et alii 14; et quidam 15.

4) *Cfr. infra Capit. generale c.* 15. 5) *Scilicet regis.* 6) *Nimis magnis.* 7) *Congregationi praepositus.* 8) *Praeparati, probati in pulsatorio; cfr. Admon. gen.* 789. *c.* 73.

---

44. CAPITULARE MISSORUM IN THEODONIS VILLA DATUM SECUNDUM, GENERALE.

Ad omnes generaliter[a].

De pace, ut omnes qui per aliqua scelera ei rebelles sunt constringantur.

2. De iustitiis aecclesiarum Dei, viduarum, orfanorum et[b] pupillorum, ut[c] in publicis iudiciis non dispiciantur clamantes[d] sed diligenter audiantur.

3. De iustitiis regalibus[e], ut pleniter fiant inquisitae.

4. De hoc si[1] evenerit fames, clades, pestilentia[g], inaequalitas[h] aeris vel alia qualiscumque tribulatio, ut non expectetur edictum nostrum[i] [1], sed statim depraecetur[k] Dei

a) *ita* 1—3. 7—9. 11—18; communiter ecclesiae et populi 4—6; *deest inscriptio* 10. 19. b) et *om.* 4—6. 14—16. c) *Novum caput tali modo* 14. 15: Ut in publ. iud. non decipiantur viduae et orfani et pupilli clamantes; sed dil. aud. primo omnium eorum negocia et causae. d) audientes 4. 5. 17; increpantes 21. e) domni imperatoris 3—6. 10. 14—16. f) quod 14. 15. g) *deest* 1. 3. 14. 15. h) aut inaeq. 1. 3. 14. 15. i) dominicum 13. k) Dei mis. dep. in loco ubi sit 14. 15.

1) *Cfr. supra Capit. episcop.* 780 (?).

misericordia[k]. Et[l] in praesenti anno de famis inopia, ut suos quisque adiuvet prout[m] potest[m] et suam annonam non nimis care vendat; et ne foris imperium nostrum[n] vendatur aliquid alimoniae.

5. De armis infra[o] patria[o] non portandis, id est scutis et lanceis et loricis; et[p] si faidosus[p] sit, discutiatur tunc quis e duobus contrarius sit ut pacati sint, et distringantur ad pacem, etiamsi noluerint; et si aliter pacificare nolunt, adducantur in nostram praesentiam[2]. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, conponat illum et manum quam periuravit perdat et insuper bannum dominicum solvat[q].

6. De armatura[r] in exercitu, sicut antea[s] in alio capitulare[3] commendavimus[t], ita servetur, et insuper omnis homo[4] de duodecim mansis bruneam habeat; qui[u] vero bruniam habens et eam secum[u] non tullerit, omne beneficium cum brunia pariter[v] perdat.

7[w]. De negotiatoribus qui partibus Sclavorum et Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant[5]: id est partibus Saxoniae usque ad Bardaenowic[x], ubi praevideat Hredi[y]; et ad Schezla[z], ubi Madalgaudus[a] praevideat; et ad Magadoburg praevideat Aito[b]; et ad Erpesfurt[c] praevideat Madalgaudus; et[d] ad Halazstat[e] praevideat item Madalgaudus[a]; ad Foracheim[f] et ad Breemberga[g] et ad Ragenisburg[h] praevideat Audulfus[i], et ad Lauriacum[k] Warnarius[l]. Et ut arma et brunias non ducant[m] ad venundandum[6]; quod si inventi fuerint portantes, ut[n] omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii, alia vero medietas inter[o] iamdictos missos[p] et inventorem dividatur[o].

8. De[q] clamatoribus vel causidicis[r] qui nec iuditium scabinorum adquiescere nec blasfemare volunt antiqua consuetudo servetur, id est ut in custodia recludantur donec

l) *novi cap. initium* 14. 15. m) *desunt* 14. 15. n) *deest* 4—6. 10. o) extra patriam 2; *cfr. cap. Harist.* 779. *c.* 20. p) Si faid. quis 14. 15. q) solvat *om.* 4. 10. Et ut servi lanceas non portent et qui inventus fuerit post bannum, hasta frangatur in dorso eius *add.* 13. r) armis 14. 15. 21. s) iam antea 4. 5. 10. 17. t) mandavimus 14. 15. u) qui vero habens secum in exercitum 14. 15. v) *deest* 14. 15. 21. w) *cap.* 7. *deest* 6. x) bardenuui 1; bardanuuih 2; bardenuuih 3. 16. 19; bardaenouuio 4; bardenuuio 10; bardouuich 5; bardenuuich 8. 13; bardunuuih 14. 15; partemnuuih 7. 11. 12. y) *ita* 2. 3. 17; heredi 1; redi 4. 10. 14. 15; beredi 5; arethi 13. 16; heretus 7; hereti 12. z) skaesla 1. 3. 18; sclesla 2; schesla 8. 14. 15; sedzela 4. 10; schzela 17; kesla 13; skerba 11. 12; skesba 7. a) madalgus 1. madelgaudus 8. 12; madalgoz 14. 15. b) haito 1; atto 5. 7. 14. 15; hatto 2. 3. 11. 12. 19. c) erpisfurt 1. 3. 14. 15; erpesford 2; herpesfur 4; herpesfurd 19; herbisfurt 17; hernesfurt 13; ferpfesfur 1. 12; alpesfrud 5. d) et ad h. p. i. M. *om.* 8. 12. e) halazstad 1. 3; alazstad 2. 16; halastat 5; chalazstat 13; halagestat 14; halgestat 15; alaraestat 4. 10; aletat 17; alugestat 11. 12; haluzes stat 8. f) forahheim 12; forcheim 14. 15; foramheim 7; forachim 5; furcham 17; forachmirin 2; foraabeam 4. 10. g) breberg 4. 10; breembereg 17; berebemberg 2; brianperg 14. 15; prembert 12. h) Regenisburg 14. 15. i) aotolfus 13; odulf 14. 15. k) loriacum 14. 15; lauriago 17; lauoriacum 13. l) werinheri 7. 12; warinarius 14. 15. m) in locis illis *add.* 14. 15 n) ut *om.* 14. 15. o) i. comitem et inventorem diuidatur et inter iamdictum missum 14. 15. p) missum, *om.* iamdictos 4. 5. 10. 17. q) *In codd.* 14. 15. *cap.* 8. *ita legitur:* De clamatoribus et causidicis, qui nolunt consentire scabineis nec blasfemare eorum iudicium, ut unum e duobus agant; et si indiculum portat de curte, non mittatur in carcerem sed cum custodia cum ipso indiculo mittatur ad curtem. r) causeticis 4. 10; causedicis 3. 5. 13.

2) *Cfr. cap. Haristall.* 779. *c.* 22. 3) *Non ad aetatem nostram pervenit.* 4) *Homo = vassallus?* 5) *Regiones hoc capite descriptae in regni finibus orientalibus sitae sunt et ita dicuntur ut a septemtrione id est Albis ostio capitularis auctor incipiat et meridiem versus usque ad Danubium et Anasum (Ens) confluentes procedat. Loci in capitulari dicti hodie nuncupantur Bardowiek, Schesel prope Celle, Magdeburg, Erfurt, Halazstadt quod hodie non exstat sed situm fuit prope Bamberg, Forchheim, Pfreimt, Regensburg, Lorch prope Ens. Missi hoc loco nominati qui fuerint vix hodie dici poterit. Non mirum, quod in quibusdam codicibus (Norimb. Paris* 4626. 4628) *hoc caput omissum est; Ansegisus tamen idem recepit, etiamsi eius aetate missi dicti haud dubie non omnes vixerunt.* 6) *Cap. Harist.* 779. *c.* 20; *Cap. missor.* 803. *c.* 7.

unum e duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re[s] reclamaverint et litteras[7] detullerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; sed cum custodia et cum ipsis litteris pariter ad palatium nostrum remittantur, ut ibi discutiantur sicut dignum est.

9. De[t] iuramento, ut nulli alteri per sacramentum[8] fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique proprio seniori ad[u] nostram utilitatem et sui senioris; excepto his sacramentis quae iuste secundum legem alteri ab altero debetur. Et[v] infantis, qui antea non potuerunt propter iuvenalem aetatem iurare[9], modo fidelitatem nobis repromittant[v].

10. De[t] conspirationibus vero, quicumque facere praesumserit et sacramento quamcumque conspirationem firmaverint, ut triplici ratione iudicentur. Primo, ut ubicumque aliquid malum per hoc perpetratum fuit, auctores facti interfitientur; adiutores vero eorum singuli alter ab altero flagellentur et nares sibi invicem praecidant. Ubi vero nihil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur et capillos sibi vicissim detundant. Si vero per dextras aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus hoc pro malo non fecisse, aut si facere non potuerint suam legem conponant; si vero servi sunt, flagellentur. Et ut de caetero in regno[w] nostro nulla huiusmodi conspiratio fiat, nec per sacramentum nec sine sacramento.

11. De periuriis ut caveantur, et non admittantur testes ad iuramentum antequam discutiantur; et si aliter discuti non possint, separentur ab invicem et singulariter inquirantur. Et[x] non solum accusatorem liceat testes eligere, absente suo causatore[y]. Et omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentum vel ad testimonium admittatur. Et[10] ille qui ad testimonium adducitur, si refutatur, dicat ille qui eum refutat et probet, quare[z] illum recipere nolet[a]. Et de ipso pago, non de altero, testes elegantur, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convinctus fuerit periurii, manum perdat aut redimat.

12[b]. De[c] advocatis: id est ut pravi advocati, vicedomini, vicarii et centenarii tollantur[c], et tales eligantur quales et sciant et velint iuste causas discernere et terminare. Et si comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur.

13. De teloneis[d] placet nobis, ut antiqua[11] et iusta telonea a negotiatoribus exigantur, tam de pontibus[e] quam et de navigiis seu mercatis; nova vero seu iniusta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus sub pontibus transitur seu et his similia, in quibus nullum adiutorium iterantibus praestatur, ut non exigantur; similiter etiam nec de his qui sine negotiandi causa substantiam suam de una domo sua ad aliam ducunt aut

s) postea *add.* 4. 10. 17. t) *Loco capp.* 9. 10. *in codd.* 14. 15 *leguntur haec:* XI. Ut infantes qui antea non potuerunt propter iuvenilem aetatem iurare modo ut iurent iubeantur. XII. De iuramentis ut frustra non fiant et non aliter nisi se senioribus ad utilitatem et unicuique qui suam iusticiam quaerit. Caeterum qui coniurationis causam agunt, principes coniurationis capite puniantur, ceteri se invicem flagellent et nares praecidant. u) et 4. 5. 10. v) Et.... repromittant *hoc loco om.* 4. 5. 7. 8. 10. 11. 17; *in cod. autem* 4 *sub fine capitularis adduntur:* De his qui tunc infantes fuerunt, ut alii qui non iuraverunt, fidelitatem domni imperatoris et suos infantes modo iurent. w) imperio 4. 10. 17; *cfr. cap.* 3 *not e.* x) *Loco* Et non ... causatore *legitur in* 14. 15.: Et meliores ad testimonium eligantur. y) accusatore 2. 4. 7. 8. 10. 17. z) qualiter vel quare 7. 10. a) Et si non possit, recipiat illum etiamsi nolit *add.* 14. 15. b) *Codd.* 14. 15. *hoc caput ita habent:* De advocatis et iudicibus comitum et omnibus publicis auctoribus: tales eligantur quales et sciant et velint iuste causas terminare; et ubi mali inventi fuerint, a missis nostris mittantur meliores. Episcopi et abbates et comites pravi veniant ad curtem. c) De advocatis vicedominis vicariis et centenariis pravis ut tollantur 1 — 3. d) *codd. variant* telonei, tellonei, thelonei. e) portibus 21.

7) *Marculf. I,* 26 -- 29. 8) *Cfr. Capit. Harist.* 779. *c.* 16. 9) *Cfr. cap. miss.* 786. *vel* 792. *c.* 4; *cap. miss. gener.* 802. *c.* 2. 10) *Cfr. Cap. legib. add.* 803. *c.* 11. 11) *Cfr. Cap. Pippini* 754. *vel* 755. *c.* 4.

ad palatium aut in exercitum. Si quid vero fuerit unde dubitetur, ad proximum[f] placitum nostrum quod cum ipsis missis habituri sumus interrogetur.

14. De fugitivis clericis sive laicis vel etiam feminis, sicut iam in alio capitulare[12] praecepimus ita servetur.

15. De liberis[g] hominibus qui ad servitium Dei se tradere volent, ut prius hoc non fatiant quam a nobis licentiam[h] postulent[13]. Hoc ideo, quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis quam exercitu seu alia funccione regali fugiendo, quosdam vero cupiditatis causa ab his qui res illorum concupiscunt circumventos audivimus, et hoc ideo fieri prohibemus.

16. De oppressione pauperum liberorum hominum, ut non fiant a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideo haec et supra[14] et hic de liberis hominibus diximus, ne forte parentes contra iustitiam fiant exhereditati et regale obsequium minuatur et ipsi heredes propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut saepius non fiant manniti ad[i] placita[i], nisi sicut in alio capitulare[15] praecepimus ita servetur.

17[k]. De ecclesiis seu sanctis noviter sine auctoritate inventis, nisi episcopo[l] probante minime venerentur: salva etiam de hoc et de omnibus ecclesiis canonica auctoritate.

18. De falsis monetis, quia in multis locis contra iustitiam et contra edictum[m] fiunt, volumus ut nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro, nisi forte iterum a nobis aliter fuerit ordinatum; illi[n] tamen denarii qui modo monetati sunt, si pensantes et meri fuerint, habeantur[n].

19. De heribanno[o] volumus, ut missi nostri hoc anno[p] fideliter exactare debeant absque ullius personae gratia, blanditia[q] seu terrore secundum iussionem nostram; id est ut de homine habente libras sex in auro, in argento, bruneis, aeramento, pannis integris, caballis, boves, vaccis vel alio peculio, et uxores vel infantes non fiant dispoliati pro hac re de eorum vestimentis, accipiant legittimum heribannum, id est libras tres. Qui vero non habuerint amplius in suprascripto praecio valente nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur[r]; qui autem non habuerit amplius nisi duas libras, solidi decem; si[s] vero una habuerit[s], solidi quinque, ita ut iterum se valeat praeparare ad Dei servitium et nostram utilitatem. Et nostri missi caveant et diligenter inquirant[t], ne per aliquod malum ingenium subtrahant nostram iustitiam, alteri tradendo aut commendando.

20. Census regalis, undecumque legittime exiebat, volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis sive de rebus.

21. De latronibus, sicut iam antea in alio capitulare[16] commendavimus[u] ita maneat[u].

22. De liberis hominibus qui uxores[v] fiscalinas regias, et feminis liberis quae homines similiter fiscalinos regios accipiunt, ut non[w] de hereditate parentum vel de[x]

f) primum 14.15. g) diversis 21. h) *deest* 4.5.17. i) *desunt* 4.5.17. k) *Caput* 17. *om.* 17. l) Christo 6. m) nostrum *add.* 14.15. n) Denarii vero qui pensant et meri sunt stabiles esse possunt 14.15. o) haribanno 2.13; agribanno 4; aribanno 7.11.12; arivanno 21; *similiter infra.* p) anno *om.* 13.16.21. q) blanditiae 4.5.10.17. r) id est libra et dimidia *add.* 4.5.7.10.17; id est libra et sol. X. *add.* 8. s) qui autem non habuerit amplius quam unam 14.15. t) perquirant 14.15. u) mandavimus ita servetur 14.15. v) *deest* 14.15. w) non *om.* 3.8.14.15.17. x) qua *add.* 4.10.

12) *Hodie non exstare videtur; cfr. autem admon. gen.* 789. *c.* 3; *capit. miss.* 803. *c.* 6. 13) *Marculf. I.* 19. 14) *Capite* 15. 15) *Hodie non exstare videtur; cfr. autem Pipp. capit. ital.* (801—810) *c.* 14; *cap. missor.* 803. *c.* 20. 16) *Hodie non exstare videtur.*

causa sua[y] quaerenda nec de testimonio pro hac re abiciantur; sed talis etiam nobis in hac causa honor servetur, qualis et antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus servatus esse cognoscitur[z].

y) *deest* 14. 15. z) cognovimus 4. 5. 17; cognoscimus 6. 10. Finit *add.* 2; Deo gracias *add.* 7. Explicit capitula quod domnus Karolus gloriosissimus imperator praecepit feliciter amen *add.* 18.

45. DIVISIO REGNORUM.

806 Februar. 6.

Exstat in codicibus 1) *Musei Britann. Egerton Manuscr.* 269 *(olim Spangebergii) fol.* 15., *inscriptum:* De divisiones regnorum. 2) *Gothano* 11. *nro* 189. *fol.* 5[v]. 3) *Vaticano* 3922. *sc. XVI. vel XVII. scripto, denique* 4) *in editione Pithoei, Annalium et historiae Francorum Scriptt. coaetanei duodecim (editio Germanica) pg.* 283—288. *Codex autem* 1, *saec. IX. vel X. scriptus, nonnisi praefationem neque eam usque ad finem continet, in codice* 2 *omnino desunt folia duo cum compluribus capitibus et alia folia lacera sunt, ut nonnulla legi nequeant, et codex* 3. *apographum valde recens continet, ut subsidia ad capitularis textum constituendum non omnino firma sint. Tamen de huius capitularis sinceritate dubitari non potest, ut Pithoeus quidem dubitavit. Referunt enim Einhardi annales ad annum* 806: Illisque absolutis conventum habuit imperator cum primoribus et optimatibus Francorum de pace constituenda et conservanda inter filios suos et divisione regni facienda in tres partes, ut sciret unusquisque illorum, quam partem tueri et regere debuisset si superstes illi deveniret, *(quae verba accurate congruunt cum praefationis nostrae verbis:* quam quisque illorum tueri vel regere debeat portionem describere et designare fecimus). De hac partitione et testamentum factum et iureiurando ab optimatibus Francorum confirmatum et constitutiones pacis conservandae causa factae atque haec omnia litteris mandata sunt et Leoni papae ut his sua manu subscriberet, per Einhardum missa. *Haec annalium verba haud dubie capitulare nostrum genuinum esse probant. Affirmatur haec annalium narratio nota quadam in saeculi noni codice Sangallensi* 272. *pag.* 245. *(Mon. Germ. Scr. I.* 70*) scripta:* Anno DCCCVI. ab incarnatione Domini indictione XIIII. anno XXXVIII regnante Karolo imperatore VIII. Idus Febr. die Veneris divisum est regnum illius inter filiis suis, quantum unusquis post illum habet. *Divisio et capitulare in Theodonis villa facta sunt.* *(B. I,* 439; *P. I,* 140.*)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Karolus[a b] serenissimus augustus, a Deo coronatus magnus pacificus imperator, Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum atque Langobardorum[c], omnibus fidelibus sanctae Dei aecclaesiae ac nostris, praesentibus scilicet et futuris[a].

Sicut omnibus[d] vobis notum esse[d] et neminem[e] vestrum latere[f] credimus, quomodo[g] nos divina clementia, cuius nutu ad occasum tendentia secula per successiones

a) *Codd.* 2. 3. *exordium hoc habent:* Imperator Caesar Karolus rex Francorum invictissimus et Romani rector imperii pius felix victor ac triumphator semper augustus omnibus fidelibus sanctae Dei aecclesiae et cuncto populo catholico praesenti et futuro gentium ac nationum que sub imperio et regimine eius constitute sunt. b) Carolus 1. c) longobardorum 1. d) in omnibus notum est 1. e) nemini 1. f) lateri 1. g) quoniam 1.

generationum reparantur, tres nobis dando filios magno[h] miserationis ac[i] benedictionis suae[i] ditavit munere, quia per eos secundum[k] vota nostra et spem[l] nostram de regno[l] confirmavit et curam oblivioni[m] obnoxiae[n] posteritatis leviorem[o] fecit[o], ita et hoc vobis notum fieri volumus, quod[p] eosdem per Dei gratiam filios nostros regni a Deo nobis 5 concessi donec in corpore[q] sumus consortes[r] habere[r], et post nostrum ex[s] hac mortalitate discessum[t] a[u] Deo conservati et servandi imperii vel regni nostri[u] heredes relinquere, si ita[v] divina maiestas adnuerit, optamus. Non ut confuse atque inordinate vel[w] sub totius regni denominatione[x] iurgii vel litis controversiam eis relinquamus[y], sed trina portione totum regni corpus dividentes, quam quisque illorum tueri vel regere debeat 10 porcionem describere et designare fecimus[z]; eo videlicet modo, ut sua quisque[a] portione contentus iuxta ordinationem nostram, et fines[b] regni sui qui ad alienigenas extenduntur cum Dei adiutorio nitatur defendere, et pacem atque caritatem cum fratre custodire.

1. Divisiones vero a Deo conservati atque conservandi imperii vel regni nostri[c] tales facere placuit, ut Aquitaniam totam et Wasconiam, excepto pago Turonico, et 15 quicquid inde ad occidentem atque Hispaniam respicit et de civitate Nivernis, quae est sita super fluvium[d] Ligerem, cum ipso pago Nivernense, pagum Avalensem atque Alsensem, Cabilionensem, Matisconensem, Lugdunensem, Saboiam, Moriennam, Tarentasiam, montem Cinisium, vallem Segusianam usque ad clusas et inde per terminos Italicorum montium usque ad mare, hos pagos cum suis civitatibus et quicquid ab eis contra meri-20 diem et occidentem usque ad mare vel usque ad Hispanias continetur, hoc est illam portionem Burgundiae et Provinciam ac Septimaniam vel Gothiam, Ludovico dilecto filio nostro consignavimus.

2. Italiam vero, quae et Langobardia dicitur, et Baiovariam, sicut Tassilo tenuit, excepto duabus villis quarum nomina sunt Ingoldestat[e] et Lutrahahof[e], quas nos quon-25 dam Tassiloni beneficiavimus et pertinent ad pagum qui dicitur Northgowe[f], et de Alamannia partem quae in australi ripa Danubii fluminis est, et de ipso fonte[g] Danubii currente limite usque ad Hrenum[h] fluvium in confinio pagorum Chletgowe[i] et Hegowe[k] in locum qui dicitur Engi[l] et inde per Hrenum fluvium sursum versus usque ad Alpes: quicquid intra hos terminos fuerit et ad meridiem vel orientem respicit una cum ducatu 30 Curiensi et pago Durgowe[m] Pippino dilecto filio nostro.

3. Quicquid autem de regno nostro extra hos terminos fuerit, id est Franciam et Burgundiam, excepto illa parte quam Hluduwico[n] dedimus, atque Alamanniam, excepto portione quam Pippino ascripsimus, Austriam et Niustriam, Turingiam, Saxoniam, Frisiam, et partem Baioariae quae dicitur Northgow, dilecto filio nostro Karolo concessi-35 mus; ita ut Karolus et Hluduwicus viam habere possint in Italiam ad auxilium ferendum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Karolus per vallem Augustanam, quae ad regnum eius pertinet, et Hluduwicus per vallem Segusianam, Pippinus vero et exitum et ingressum per Alpes Noricas atque Curiam[o].

4. Haec autem tali ordine disponimus, ut si Karolus, qui maior natu est, prius 40 quam caeteri fratres sui diem[p] obierit, pars regni quam habebat dividatur inter Pippinum

h) nos *add.* 3. i) suae ac benedictionis 1. k) iuxta 1. l) sep regni 1. m) oblivianam 1. n) obnixe 2. o) revelavit 1, *quod corr. Pertz* relevavit. p) quia 1. q) *Hinc inde lacuna in cod.* 2. *usque ad medium caput* 2, *folio uno absciso.* r) *desunt* 3. s) ab 3. t) recessum 3. u) huius a Deo conservati et conservandi regni vel imperii nostri 3. v) sic 3. w) aut 3. x) domi-45 natione vel denominatione 3. y) relinquimus 1; relinquentes 3. z) volumus 3. a) *in hoc verbo omnino desinit* 1, *ut, cum* 2 *quoque mutilum sit, reliqua usque ad medium caput* 2. *nonnisi extent in* 3. b) fines *om.* 3. c) *deest* 3. d) *deest* 3. e) angoldstat et intrahahaff 3. f) norigorre 3. g) flumine 4; *inde a verbo* fonte *leguntur etiam in cod.* 2. h) rhenum 3. 4; *item infra.* i) ita 4; chlethgaoi 2; vergonree 3. k) hegaoi 2; hegonroe 3. l) *ita* 2; enge 3. 4. m) durgaoi 2; tur-50 gonroe 3; *similiter infra.* n) *ita* 2; ludowico 3. 4; *similiter infra.* o) cureas 3. p) *deest* 3.

et Hluduwicum, sicut quondam divisum est inter nos et fratrem nostrum Karlomannum, eo modo ut Pippinus illam portionem habeat quam frater noster Karlomannus habuit, Hluduwicus vero illam partem accipiat quam nos in illa portione suscepimus.

Si vero Karolo et Hluduwico viventibus Pippinus debitum humane sortis compleverit, Karolus et Hluduwicus dividant inter se regnum quod ille habuit, et haec divisio 5 tali modo fiat, ut ab ingressu Italiae per Augustam civitatem accipiat Karolus Eboreiam, Vercellas, Papiam et inde per Padum[q] fluvium termino currente usque ad fines Regensium et ipsam Regiam et Civitatem Novam atque Mutinam[r] usque ad terminos sancti Petri. Has civitates cum suburbanis et territoriis suis atque comitatibus quae ad ipsas pertinent et quicquid inde Romam pergenti ad laevam respicit, de regno quod Pippinus 10 habuit, una cum ducatu Spoletano, hanc portionem sicut praediximus accipiat Karolus; quicquid autem a praedictis civitatibus vel comitatibus Romam eunti ad dextram iacet de praedicto regno, id est portionem quae remansit de regione Transpadana una cum ducatu Tuscano[s] usque ad mare australe et usque ad Provinciam, Ludovicus ad augmentum sui regni sortiatur. 15

Quod si caeteris superstitibus Hluduwicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiae quam regno eius adiunximus cum Provincia et Septimania sive Gothia usque ad Hispaniam Pippinus accipiat, Karolus vero Aquitaniam atque Wasconiam.

5. Quod si talis filius cuilibet istorum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere velit ut patri suo in regni hereditate succedat, volumus ut hoc consentiant pa- 20 trui[t] ipsius pueri[t] et regnare permittant filium fratris sui in portione regni quam pater eius, frater eorum, habuit.

6. Post hanc nostrae auctoritatis dispositionem placuit inter praedictos filios nostros statuere atque praecipere, propter pacem quam inter eos perpetuo permanere desideramus, ut nullus eorum fratris sui terminos vel regni limites invadere praesumat neque 25 fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum eius vel marcas minuendas, sed adiuvet unusquisque illorum fratrem suum et auxilium illi ferat contra inimicos eius[u] iuxta rationem et possibilitatem, sive infra[v] patriam sive contra exteras nationes.

7. Neque aliquis illorum hominem fratris sui pro quibuslibet causis sive culpis ad se confugientem suscipiat[w] nec intercessionem quidem pro eo faciat[w], quia[x] volumus ut 30 quilibet homo peccans et intercessione indigens intra regnum domini sui vel ad loca sancta vel ad honoratos homines confugiat et inde iustam intercessionem mereatur.

8. Similiter precipimus, ut quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra voluntatem eius dimiserit et de uno regno in aliud profectus fuerit, neque ipse rex suscipiat neque hominibus suis consentiat, ut talem hominem recipiant vel iniuste 35 retinere praesumant[y].

9. Quapropter precipiendum nobis videtur, ut post nostrum ex hac mortalitate discessum homines uniuscuiusque eorum accipiant beneficia unusquisque in regno domini sui et non in alterius, ne forte per hoc, si aliter fuerit, scandalum aliquid possit accidere. Hereditatem autem suam habeat unusquisque illorum hominum absque contra- 40 dictione, in quocunque regno hoc eum legitime habere contigerit.

10. Et unusquisque liber homo post mortem domini sui licentiam habeat se commendandi inter haec tria regna ad quemcunque voluerit; similiter et ille qui nondum alicui commendatus est.

11. De traditionibus autem atque venditionibus que inter partes fieri solent 45

q) badum 2. r) *hinc inde iterum lacuna in cod.* 2 *usque ad medium cap.* 7, *folio uno absciso.* s) tusculano 3. t) patrui sui 3. u) suos 3. v) contra 3. w) sustineat ad intercessionem pro eo faciendam 3. x) *inde a hoc verbo iterum pergit* 2. y) Hoc non solum de liberis, sed etiam de servis fugitivis statuimus observandum, ut nulla discordiis relinquatur occasio *add.* 3. 4.

precipimus, ut nullus ex his tribus fratribus suscipiat de regno alterius a quolibet homine traditionem vel venditionem rerum immobilium, hoc est terrarum, vinearum atque silvarum servorumque qui iam casati sunt sive ceterarum rerum quae hereditatis nomine censentur, excepto auro, argento et gemmis, armis ac vestibus necnon et mancipiis non 5 casatis et his speciebus quae proprie ad negotiatores pertinere noscuntur. Caeteris vero liberis hominibus hoc minime interdicendum iudicavimus.

12. Si quae autem feminae, sicut fieri solet, inter partes et regna legitime[z] fuerint ad coniugium postulatae, non denegentur iuste poscentibus, sed liceat eas vicissim dare et accipere et adfinitatibus populos inter se sociari. Ipsae vero feminae potestatem 10 habeant rerum suarum in regno unde exierant[a], quamquam[a] in alio propter[b] mariti societatem habitare[c] debeant.

13. De obsidibus autem qui propter credentias dati sunt et a nobis per diversa loca ad custodiendum destinati sunt volumus, ut ille rex in cuius regno sunt absque voluntate fratris sui de cuius regno sublati sunt in patriam eos redire non permittat, sed 15 potius in futurum in suscipiendis obsidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, si frater fratrem hoc facere rationabiliter postulaverit; idem iubemus et de his qui pro suis facinoribus in exilium missi vel mittendi sunt.

14. Si causa vel intentio sive[d] controversia[d] talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quae hominum testimonio declarari vel definiri non 20 possit, tunc volumus ut ad declarationem rei dubiae iudicio crucis Dei voluntas et rerum veritas inquiratur, nec unquam pro tali causa cuiuslibet generis pugna vel campus ad examinationem iudicetur. Si vero quilibet homo de uno regno hominem de altero regno de infidelitate contra fratrem domini sui apud dominum suum accusaverit, mittat eum dominus eius ad fratrem suum, ut ibi comprobet quod de homine illius 25 dixit.

15. Super omnia autem iubemus atque praecipimus, ut ipsi tres fratres curam et defensionem ecclesiae sancti Petri suscipiant simul, sicut quondam ab avo nostro Karolo et beatae memoriae genitore nostro Pippino rege et a nobis postea suscepta est, ut eam cum Dei adiutorio ab hostibus defendere nitantur et iustitiam suam, quantum ad 30 ipsos pertinet et ratio postulaverit, habere faciant. Similiter et de caeteris ecclesiis quae sub illorum fuerint potestate precipimus, ut iustitiam suam et honorem habeant, et pastores atque rectores venerabilium locorum habeant potestatem rerum quae ad ipsa loca pia[e] pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum ecclesiarum possessiones fuerint.

35 16. Quod si de his statutis atque convenientiis aliquid casu quolibet vel ignorantia, quod non optamus, fuerit irruptum, praecipimus ut quam citissime secundum iustitiam emendare studeant, ne forte propter dilationem maius damnum possit adcrescere.

17. De filiabus autem nostris, sororibus scilicet praedictorum filiorum nostrorum, 40 iubemus, ut post nostrum ab hoc corpore discessum licentiam habeat unaquaeque eligendi sub cuius fratris tutela et defensione se conferre velit. Et qualiscunque ex illis monasticam vitam elegerit, liceat ei honorifice vivere sub defensione fratris sui in cuius regno[f] degere voluerit. Quae autem iuste et racionabiliter a condigno viro ad coniugium fuerit quaesita et ei ipsa coniugalis vita placuerit, non ei denegetur a fratribus suis, si 45 et viri postulantis et feminae consentientis honesta et rationabilis fuerit voluntas.

18. De nepotibus vero nostris, filiis scilicet praedictorum filiorum nostrorum, qui eis vel iam nati sunt vel adhuc nasciturí sunt, placuit nobis praecipere, ut nullus eorum

z) *deest* 4. a) exierant gaudere, quamque 3; *codex* 2 *hoc loco incertus.* b) prope 3. c) ubi hab. 3. d) *ita* 4; contr., *om.* sive 3; alicuius controversie 2. e) vel propria *add.* 3. f) domo 3.

per quaslibet occasiones quemlibet ex illis apud se accusatum sine iusta discussione atque examinatione aut occidere aut membris mancare aut excaecare aut invitum tondere faciat; sed volumus ut honorati sint apud patres vel patruos suos et obedientes sint illis cum omni subiectione quam decet in tali consanguinitate esse[g].

19. Hoc postremo statuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebus et constitutionibus, quae ad profectum et utilitatem eorum pertinent, his nostris decretis atque praeceptis addere voluerimus, sic a praedictis dilectis filiis nostris observetur atque custodiatur, sicut ea quae in his iam statuta et descripta sunt custodire et conservare praecipimus. 5

20. Haec autem omnia ita disposuimus atque ex ordine firmare decrevimus, ut quandiu divinae maiestati placuerit nos[h] hanc corporalem agere vitam, potestas nostra sit super a Deo conservatum regnum atque imperium istud, sicut hactenus fuit in regimine atque ordinatione et omni dominatu regali atque imperiali, et ut obedientes habeamus praedictos dilectos filios nostros atque[i] Deo amabilem[i] populum nostrum cum omni subiectione quae patri a filiis et imperatori ac regi a suis populis exhibetur. Amen. 10 15

g) *Hic finis codicis* 2. h) *deest* 3. i) et, *om.* Deo amab., 3.

---

46. CAPITULARE MISSORUM NIUMAGAE DATUM.

806 m. Martio.

Legitur in codicibus 1) *Paris.* 4495. *fol.* 31. 2) *Monac.* 19416. 3) *Barrois olim Lovanii.* 4) *Paris.* 9654. *fol.* 18v. 5) *Vatican. inter Palatin.* 582. *fol.* 21v. 6) *Vatican. collect. reg. Christ.* 1036. *fol.* 10v; *capita* 4. 7. 9 *recepta etiam sunt in* 92 *capitum collectione codicis* 7) *S. Pauli in Karinthia.* 20

In codicibus 2—6. *capita, continuis numeris* 1—18. *signata, uti in editione nostra inveniuntur; in codice vero* 1. *capitibus* 1—10. *praecedunt capita* 11—18, *in codice non numerata, inscripta autem verbis:* Rursus capitula imperatoris Karoli, *ideo haud dubie a librario conceptis, quia antecedunt in codice (fol.* 29v*) capitula* De canonibus apostolorum *inscripta. Non sine ratione dubitari sane potest, an capita* 11—18. *secundum codicem* 1. *omnino a reliquis secernenda sint, cum capita* 11—16. *definitiones contineant Isidori etymologias quodammodo sapientes (vere non ex iis desumta sunt, potius apud Isid. V.* 25, 15. *legitur:* usura est incrementum foenoris) *et parum congruant cum capitibus* 1—10. *Nihilominus codicum* 2—6. *auctoritatem sequi nos debere putavimus, cum capita* 17. 18, *quae definitionibus illis adaptatae sunt (cfr. c.* 17: hoc turpe lucrum dicimus *cum capite* 15), *cohaerere videantur cum capitibus* 1—10. 25 30

In codicibus 1. 2. 6. *(de codice* 3. *non constat) capitulari nostro praefixa sunt:* Capitula quae ad Niumaga sunt addita, *quam inscriptionem augent codices* 4. 5. *verbis* in sexto anno imperii infra quadragesimam, *et in codice denique* 7. *invenitur inscriptio:* Que ad nūmagau additi sunt. *Quae inscriptiones optime consentiunt cum iis quae in Einhardi annalibus ad annum* 806 *ita referuntur:* Imperator, dimisso utroque filio in regnum sibi deputatum, Pippino scilicet et Hludoico, de villa Theodonis per Mosellam et Rhenum secunda aqua Noviomagum navigavit ibique sanctum quadragesimale ieiunium et sacratissimam paschae festivitatem celebravit. *Noviomagi (Nymwegen) igitur* 35 40

anno 806 *mense Martio hoc capitulare ab imperatore missis, ut apparet, datum est. Hoc placitum Niumagae cum missis habitum idem est quod iam tamquam 'proximum placitum nostrum' respicit imperator mense Decembri anno* 805 *in placito Theodonisvillae cum missis habito (cfr. cap. Theod. II. c.* 13). *De causis igitur quae missis in* 5 *Theodonisvilla mense Decembri* 805 *mandatae erant et quas missi exsecuti erant mense Ianuario* 806 *in legationis itinere (cfr. capitulare* 811—813, *infra C.* 79, *c.* 8), *iam mense Martio imperatori Niumagae a missis refertur ipsisque denuo mandatur, ut in proximo itinere mense Aprili faciendo id respiciant, num ea iam in provinciis emendata sint (cfr. cap. Niumag. c.* 3) *quae emendari mense Ianuario secundum capitulare Theo-* 10 *donisvillare iussissent. Egregie igitur ex his duobus capitularibus legationum ratio cognosci potest.* *(B. I,* 451; *P. I,* 143.)

Ut[a] unusquisque in suo missatico maximam habeat curam ad praevidendum et[b] ordinandum ac disponendum secundum Dei voluntatem et secundum[c] iussionem nostram.

15 2. De sacramento. Ut hi qui antea fidelitatem partibus nostris non promiserunt promittere faciant, et insuper omnes[d] denuo repromittant, ut[e] ea[1] quae inter filios nostros propter pacis concordiam statuimus pleniter omnes consentire debeant.

3. Ut praedicti missi per singulas civitates et monasteria virorum et puellarum praevideant, quomodo aut qualiter in domibus aecclesiarum et ornamentis aecclesiae 20 emendatae vel restauratae esse videntur, et diligenter inquirant de conversatione singulorum vel quomodo emendatum habeant quod iussimus[2] de eorum lectione et canto caeterisque disciplinis[f] aecclesiasticae[g] regulae[g] pertinentibus.

4. Ut singuli episcopi, abbates, abbatissae diligenter considerent thesauros ecclesiasticos, ne propter perfidiam[h] aut neglegentiam custodum aliquid de gemmis aut de 25 vasis, reliquo quoque thesauro perditum sit, quia dictum est nobis, quod negotiatores Iudaei[i] necnon et alii gloriantur, quod[k] quicquid eis placeat possint ab eis emere[k].

5. Volumus ut equaliter missi nostri faciant de singulis causis, sive de haribanno[l] sive de advenis sive de ceteris quibuslibet causis. De advenis volumus, ut[m] qui[n] iam diu coniugati sunt[m] per singula loca, ut ibi maneant et sine causa et sine aliqua culpa 30 non fiant eiecti; fugitivi vero servi[o] et latrones redeant ad propria loca.

6. Auditum habemus, qualiter et comites et alii homines qui nostra beneficia habere videntur conparant sibi proprietates de ipso nostro beneficio et faciant servire ad ipsas proprietates servientes nostros de eorum beneficio, et curtes nostrae remanent desertae et in aliquibus locis ipsi vicinantes multa mala paciuntur.

35 7. Audivimus quod aliqui reddunt beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem, et in ipso placito dato pretio conparant ipsas res iterum sibi in alodem: quod omnino cavendum est, quia qui hoc faciunt non bene custodiunt fidem quam nobis promissam habent. Et ne forte in aliqua infidelitate inveniantur; quia qui hoc faciunt, per eorum voluntatem ad aures nostras talia opera illorum non perveniunt.

40 8. Sunt et alii qui iustitiam legibus recipere debent et in tantum fiunt in quibus-

a) ut *om.* 1. b) ad 1; et ad 4. 5. c) *deest* 1. d) omnis homo 1. e) *Novum caput in cod.* 2. f) ad ordinem *add.* 6. g) ecclesiae, *om.* reg., 4. 5. h) fiduciam 1. i) *deest* 1. k) quod — emere *desunt* 1. l) agribanno 1; heribanno 4—6. m) iam diu coniugatis 6. n) qui *om.* 1. 4. o) *deest* 2.

45 1) *Divisionem regnorum paullo ante factam; cfr. pag.* 126 *in praefatione nostra.* 2) *Mense Decembri* 805; *cfr. cap. in Theod. villa dat. prim.* 805, *c.* 1. 2. 5.

dam locis fatigati, usque dum illorum iustitiam per fideiussorum manus tradant[p], ita ut aliquid vel parvum possint habere, et fortiores suscipiant maiorem porcionem.

9. De mendicis qui per patrias discurrunt volumus, ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de[q] beneficio aut de propria familia nutriat[q], et non permittat aliubi ire mendicando; et ubi tales inventi fuerint, nisi manibus laborent, nullus eis quicquam tribuere[r] praesumat.

10. De teloneis et cespitaticis, sicut in alia capitula[3] ordinavimus, teneant, id est ubi antiqua consuetudo fuit, ita exigantur, ubi nova fuerint inventa, destruantur.

11. Usura est ubi amplius requiritur quam datur; verbi gratia si dederis solidos decem et amplius requisieris, vel si dederis modium unum[s] frumenti et iterum super aliud exigeris.

12. Cupiditas in bonam partem potest accipi et ad malam: in bonam iuxta apostolum[4]: 'cupio dissolvi et esse cum Christo', et in psalmo[5]: 'cumcupivit anima mea in atria Domini.'

13. Cupiditas vero in malam partem accipitur, qui supra modum res quaslibet iniuste appetere vult, iuxta Salomonem[6]: 'post concupiscentias tuas non eas'.

14. Avaricia est alienas res appetere et adeptas nulli largiri; et iuxta apostolum[7] haec est 'radix omnium malorum'.

15. Turpe lucrum exercent, qui per varias circumventiones lucrandi causa inhoneste res quaslibet congregare decertant.

16. Foenus est qui aliquid prestat; iustum foenus est, qui amplius non requirit nisi quantum[t] prestitit[t].

17. Quicumque[u] enim tempore messis vel tempore vindemiae non necessitate sed propter cupiditatem comparat annonam aut vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum et servat usque dum iterum venundare possit contra dinarios quatuor aut sex seu amplius, hoc turpe lucrum dicimus; si autem propter necessitatem comparat, ut sibi habeat et aliis tribuat, negotium[v] dicimus.

18. Consideravimus itaque, ut[w] praesente anno, quia[w] per plurima loca fames valida esse videtur[8], ut omnes episcopi, abbates, abbatissae, obtimates et comites seu domestici et cuncti fideles qui beneficia regalia tam de rebus ecclesiae quamque et de reliquis habere videntur, unusquisque de suo beneficio suam familiam nutricare faciat, et de sua proprietate propriam familiam nutriat; et si Deo donante super se et super familiam suam, aut in beneficio aut in alode, annonam habuerit et venundare voluerit, non carius vendat nisi modium de avena dinarios duos, modium unum de ordeo contra dinarios tres, modium[x] unum de spelta contra denarios tres si disparata fuerit[x], modium unum de sigale contra denarios quattuor, modium unum de frumento parato[y] contra denarios sex. Et ipsum[z] modium sit quod[z] omnibus habere constitutum est, ut unusquisque habeat aequam mensuram et aequalia[a] modia[a] [9].

p) tradunt 4. 5. q) de beneficio nostro nutriat 7. r) retribuere 1. s) uni 1. 2; vini *corr. Pertz.* t) quam praestat 1. u) *hoc caput anteriori coniungitur in* 2. v) hoc negot. 2. w) ut ... quia *om.* 4. 6. x) modium ... fuerit *om.* 2. 6; mod. unum de spelta disparata contra denarios tres 4. 5. y) *deest* 1. z) ipse modius sit qui 4 — 6. a) aequales modos 4. 5.

3) *Cfr. Cap. Theod. vill. secundum* 805, *c.* 13. *et Kar. inc. anni capitulare (infra C.* 56*) c.* 7. 4) *Philipp.* 1, 23. 5) 84, 2. 6) *Eccli.* 18, 30. 7) 1. *Timoth.* 6, 10. 8) *Cfr. Cap. in Theod. villa secund.* 805, *c.* 4. 9) *De novo modio et annonae pretio cfr. supra Cap. Franconof.* 794, *c.* 4.

47. CAPITULA EXCERPTA DE CANONE.

806 vel post?

Leguntur inscripta Incipiunt capitula excarpsa de canone *in solo codice Monac.* 19416, *subnexa capitulis per missos cognita faciendis (infra C.* 66*). Canon Pseudosil-*
5 *vestri legitur etiam in codice Bruxellensi* 8654—8672 *post capitula quaedam incerti anni infra (C.* 85*) edita.*

Rubricarum naturam habent canonum maxima parte in Dionysio-Hadriana collectione receptorum. Quam ob causam haec excerpta confecta sint, parum liquet, fortasse ut in synodo de iis ageretur, fortasse etiam ut missis traderentur. Capitularibus
10 *haec excerpta adnumerata fuisse, eo probatur, quod Angesisus ea in libro I. c.* 127—133 *et in appendice secunda receperit. Ab Ansesigo post capitula* 806 *Niumagae data collocantur.* *(B. I,* 455; *P. I,* 147*).*

Ut per singulos annos synodus bis fiat.

2. Qualis ad sacerdotium vel sacros ordines, secundum quod in canone legimus,
15 venire non potest.

3. Ut nequaquam inter duos metropolitanos provincia dividatur.

4. Ne in una civitate duo sint episcopi, et de vicariis episcoporum.

5. Quod non oportet ordinationes episcoporum diu differre.

6. De ordinatis episcopis nec receptis.

20 7. Quod non oporteat absolute[a] quoslibet ordinare.

8. De servo, si nesciente domino suo fuerit ordinatus.

9. Quod non liceat clericum in duas civitates ministrare, nec abbates plurima monasteria aut cellas habere.

10. Ne de uno loco ad alium transeat episcopus sine decreto episcoporum, velut
25 clericus sine iussione episcopi sui.

11. De peregrinis episcopis et clericis.

12. De litteris peregrinorum et clericis sine litteris ambulantibus.

13. Quales vel pro qualibus culpis quis[b] secundum canonicam institutionem degradetur de officio sacerdotali.

30 14. De expulso ab ecclesia et excommunicatione vel damnato ab officio.

15. De ordine ecclesiastico et officio missae. De reliquiis sanctorum et oratoriis villaribus.

16. De altaria non consecranda nisi lapidea.

17. De confirmatione cum chrismate.

35 18. De baptismo.

19. De pasca et die dominico et reliquas festivitates.

20. De ieiunio et quadragesimo vel letanias.

21. Ut festivitates praeclaras nonnisi in civitates aut in vicos publicos teneantur.

22. De hoc officio.

40 23. Ut omnes fideles conmunicent et ad missas perstent in finali deprecatione.

Incipit[1] canon Sancti Siluestri et CCLXXXIV episcoporum. Fecit hos gradus in gremio sinodi, ut non presbyter adversus episcopum, non diaconus adversus

a) solute *c.* b) per *add. c.*

1) *Concil. Roman II. (anni* 324?*) can.* 3. *Mansi, ampl. coll. II,* 623.

presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolitus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolitum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non damnabitur praesul sine LXXII testes; neque praesul summus a quemquam iudicabitur, quoniam scriptum est[2]: 'non est discipulus super magistrum'. Presbyter autem, nisi in XLIV testimonia, non damnabitur. Diaconus autem cardine constitutus[c] urbis Romae, nisi XXXVII non dampnabitur. Subdiaconus[d], acolitus, exorcista, lector, nisi, sicut scriptum est, in septem testimonia filios habentes et uxorem et omnino Christum praedicantes. Sic datur mistica veritas.

c) constructus *c.* d) sed diaconus *c.*

2) *Matth.* 10, 24.

---

48. MEMORATORIUM DE EXERCITU IN GALLIA OCCIDENTALI PRAEPARANDO.

807 initio Aquisgrani datum.

Traditur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 20 *et* 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 23, *inscriptum in utroque codice:* Iste capitulus fuit datus in anno septimo ad Aquis palatium.

Datum et missis haud dubie (cfr. etiam c. 3*) iniunctum est, ut in Gallia a Sequana ad occidentem posita (cfr. prol. et epilogus) anni* 807 *exercitalis expeditio praepararetur. Propter famem (cfr. prolog.) parva et in parte tantum regni expeditio indicta esse videtur. Exercitui autem pacifice domum redire licuit, cum referatur in chron. Moissiacensi ad a.* 807: Postea *(scil. post conventum ad Ingelheim habitum)* dedit eis licentiam ad propria remeare et quiete sedere... et illum annum stetit sine hoste.

(B. I, 457; *P. I,* 149.*)*

Memoratorium qualiter ordinavimus propter famis inopiam, ut de ultra Sequane omnes exercitare debeant.

1. In primis quicumque beneficia habere videntur, omnes in hostem veniant.

2. Quicumque liber mansos quinque de proprietate habere videtur, similiter in hostem veniat; et qui quattuor mansos habet, similiter faciat; qui tres habere videtur, similiter agat. Ubicumque autem inventi fuerint duo, quorum unusquisque duos mansos habere videtur, unus alium praeparare faciat; et qui melius ex ipsis potuerit, in hostem veniat. Et ubi inventi fuerint duo, quorum unus habeat duos mansos et alter habeat unum mansum, similiter se sociare faciant et unus alterum praeparet; et qui melius potuerit, in hostem veniat. Ubicumque autem tres fuerint inventi, quorum unusquisque mansum unum habeat, duo tercium praeparare faciant; ex quibus qui melius potest, in hostem veniat. Illi vero qui dimidium mansum habent, quinque sextum praeparare faciant. Et qui sic pauper inventus fuerit qui nec mancipia nec

propriam possessionem terrarum habeat, tamen in praecio valente ...[a] solidos, quinque sextum praeparent; [et[b] ubi duo, tercium de illis qui parvulas possessiones de terra habere videntur[b]]. Et unicuique ex ipsis qui in hoste pergunt fiant coniectati solidi quinque a suprascriptis pauperioribus qui nullam possessionem habere videntur in terra. 5 Et pro hac consideratione nullus suum seniorem dimittat.

3. Omnes itaque fideles nostri capitanei cum eorum hominibus et carra sive dona, quantum melius praeparare potuerint, ad condictum placitum veniant[1]. Et unusquisque missorum nostrorum per singula ministeria[2] considerare faciat unum de vassallis nostris, et praecipiat de verbo nostro, ut cum illa minore manu et carra de singulis 10 comitatibus veniat et eos post nos pacifice adducat, ita ut nihil exinde remaneat et mediante mense Augusto ad Renum sint.

Haec autem constituta volumus, ut observent omnes generaliter praesenti anno qui ultra Sequanam commanere videntur.

a) *Numerum omnino omittit* 2, quinque solidos 1. *Lectio codicis* 1. *haud dubie falsa est et legendum* 15 *videtur aut* centum solidos *aut* quinque libras; *cfr. Cap. Theodon. secundum* 805, *c.* 19. b) *Verba* et ubi duo.. habere videntur *falso loco videntur posita et collocanda potius supra post verba* duo tercium praeparare faciant, *ut intellegatur: duo singulorum mansorum possessores cum tertio aut duorum mansorum aut dimidii mansi possessore exercitalem unum praeparent. Fortasse in codice ex quo nostri* 1. 2. *derivati sunt verba illa in margine scripta erant et postea, quod non raro librariis contigit, falso inserta, id quod* 20 *facile evenire potuit, quia verba* praeparare faciant, praeparent *saepius in textu nostro leguntur.*

1) *Habitum est placitum anno* 807 *mense Augusto ad Ingelheim palatium ad Rhenum positum; cfr. chron. Moiss. ad a.* 807 *et documentum die* 7. *m. Aug. in Ingelheim palatio datum, Eckart. comm. de Fr. orient. II.* 863. 2) *Comitatus.*

---

49. CAPITULA DE CAUSIS DIVERSIS.
25 807?

Leguntur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 20v. 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 23v.

Subsequuntur in codice utroque memoratorium anni 807 *continuis capitum numeris IV—VII. numerata, sicuti codices iidem alia quoque capitularia diversa numeris per-* 30 *petuis iungunt. Capitula ab antecedentibus secernenda esse, memoratorii prologus docet; utrum autem ipsa cohaereant an e diversis capitularibus desumta sint, utrum fragmentum tantum efficiant (cfr. c.* 1: et de singulis capitulis *rell.) necne, utrum missis data sint an ad cognita facienda edita, haud inmerito dubitari potest. Anno fere* 807 *capitula adscribenda esse, ordo probare videtur, quo capitula in codicibus recensentur.*
35 *(B. I,* 459. *c.* 4—7; *P. I,* 149. *c.* 4—7.*)*

Volumus atque iubemus, ut comites nostri propter venationem et alia ioca placita sua non dimittant nec ea minuta faciant[1], sed ad exemplum quod nos cum illis placitare solemus, sic et illi cum suis subiectis placitent et iustitias faciant. Et de singulis capitulis quae eis praecepimus per semetipsos considerare studeant, ut nihil 40 praetermittatur ab eis quae vel infra patriam vel foras patriam in hoste faciendum iniungimus.

1) *Cfr. legat. edict.* 789, *c.* 17.

2. Si partibus Hispaniae sive Avariae[a] solatium ferre fuerit necesse praebendi, tunc de Saxonibus quinque sextum praeparare faciant; et si partibus Beheim fuerit necesse solatium ferre, duo tercium praeparent; si vero circa Surabis[b] patria defendenda[c] necessitas fuerit, tunc omnes generaliter veniant.

3. De Frisionibus[d] volumus, ut comites et vassalli nostri, qui beneficia habere videntur, et caballarii omnes generaliter ad placitum nostrum veniant bene praeparati; reliqui vero pauperiores sex septimum praeparare faciant, et sic ad condictum placitum bene praeparati hostiliter veniant.

4. Volumus itaque atque praecipimus, ut missi nostri per singulos pagos praevidere studeant omnia beneficia quae nostri et aliorum homines habere videntur, quomodo restaurata sint post annunciationem nostram sive destructa. Primum de aecclesiis, quomodo structae aut destructae sint in tectis, in maceriis sive parietibus sive in pavimentis necnon in pictura etiam et in luminariis sive officiis. Similiter et alia beneficia, casas cum omnibus appenditiis earum et laboratu sive adquisitu; vel etiam quid unusquisque, postquam hoc facere prohibuimus[2], in suum alodem ex ipso beneficio duxit vel quid ibidem exinde operatus est. Qualiter autem sit, hoc unusquisque vicarius singulis comitatibus in suo ministerio simul cum nostris missis praevideat, et sicut ipse hoc coniurare[e] valeat, totum sicut[f] invenerit in brevem mittat, et ipsos breves nobis deferant. Et omnes hii qui in ipsa beneficia habent, una cum nostris missis veniant, ut scire possimus qui sint, aut qui suum beneficium habeat condrictum aut distructum. Similiter et illorum alodes praevideant, utrum melius sint constructi[g] ipsi alodi aut illud beneficium; quia auditum habemus, quod aliqui homines illorum beneficia habent deserta et alodes eorum restauratos[3].

a) *ita* 2; avaritiae, *corr.* avaratiae 1. b) Sorabis *corr.* 1. c) deferendis 1; deferenda 2. d) Fresonibus *corr.* 1. e) *verbum corruptum.* f) *deest* 1. g) constructa *prim. man.* 1.

2) *Capit. Niumag.* 806. *c.* 6. 7. 3) *Legat. edict.* 789. *c.* 37. *Capit. miss. gener.* 802. *c.* 6. *Cap. miss. spec.* 802. *c.* 9.

---

50. CAPITULARE MISSORUM DE EXERCITU PROMOVENDO.

808 initio.

E codice decimi saeculi Weissenaugiensi editum est primo ab Heroldo, postremo a Pertzio.

Breve vel capitulare est missis quibusdam iniunctum, ut tam certi anni expeditionem indicerent et praepararent quam heribannum ab iis exigerent qui anno antecedenti in exercitum banniti quidem fuerant sed non venerant. Huius antecedentis anni ordinatio de liberis et pauperioribus *allegatur capite secundo, neque dubitaverim, quin ipsa memoratorio anno* 807 *edito contineatur, cuius prologo memoratorium* ordinatum *dicitur et cuius capite secundo tam de* liberis *quam de* pauperioribus *constituitur. Quod si verum est, breve nostrum anno* 808 *adscribi oportet, quo Einhardo teste imperator ipse domi vel Noviomagi vel Aquisgrani resedit et Karolum filium cum valida Francorum*

et Saxonum manu ad Danos Linonesque debellandos delegavit, quod bene congruit cum iis quae in brevis nostri capite nono statuuntur. Capitulare nostrum iis missis fortasse datum est (cfr. c. 8), qui trans Sequanam delegabantur, cum memoratorium quoque ad Galliam occidentalem spectet. (*B. 1,* 489; *P. 1,* 119.)

5 Brevis capitulorum quam missi dominici habere debent ad exercitum promovendum.

Ut omnis liber homo, qui quatuor mansos vestitos de proprio suo sive de alicuius beneficio habet, ipse se praeparet et per se in hostem pergat, sive cum seniore suo si senior eius perrexerit sive cum comite suo. Qui vero tres mansos de proprio habuerit, 10 huic adiungatur qui[a] unum mansum habeat et det illi adiutorium, ut ille pro ambobus possit. Qui autem duos habet de proprio tantum, iungatur illi alter qui similiter duos mansos habeat, et unus ex eis, altero illum adiuvante, pergat in hostem. Qui etiam tantum unum mansum de proprio habet, adiungantur ei tres qui similiter habeant et dent ei adiutorium, et ille pergat tantum; tres vero qui illi adiutorium dederunt domi 15 remaneant.

2. Volumus atque iubemus, ut idem missi nostri diligenter inquirant, qui anno praeterito de hoste bannito remansissent super illam ordinationem[1] quam modo superius comprehenso de liberis et pauperioribus hominibus fieri iussimus; et quicumque fuerit inventus, qui nec parem suum ad hostem suum faciendum secundum nostram iussio- 20 nem adiuvit neque perrexit, haribannum nostrum pleniter rewadiet et de solvendo illo secundum legem fidem faciat.

3. Quod si forte talis homo inventus fuerit qui dicat, quod iussione comitis vel vicarii aut centenarii sui hoc quo[b] ipse semetipsum praeparare debeat eidem comiti vel vicario aut centenario vel quibuslibet hominibus eorum dedisset et propter hoc illud 25 demisisset iter et missi nostri hoc ita verum esse investigare potuerint, is per cuius iussionem ille remansit bannum nostrum rewadiet atque persolvat, sive sit comes sive vicarius sive advocatus episcopi atque abbatis.

4. De hominibus comitum casatis isti sunt excipiendi et bannum rewadiare[c] non iubeantur: duo qui dimissi fuerunt cum uxore illius et alii duo qui propter ministerium 30 eius custodiendum et servitium nostrum faciendum remanere iussi sunt. In qua causa modo praecipimus, ut quanta ministeria unusquisque comes habuerit totiens duos homines ad ea custodienda domi dimittat, praeter illos duos quos cum uxore sua; ceteros vero omnes secum pleniter habeat vel, si ipse domi remanserit, cum illo qui pro eo in hostem proficiscitur dirigat[d]. Episcopus vero vel abbas duo tantum de casatis et laicis 35 hominibus suis domi dimittant.

5. De hominibus nostris et episcoporum et abbatum, qui vel beneficia vel talia propria habent, ut ex eis secundum iussionem in hostem bene possunt pergere, exceptis his quos eis secum domi remanere permisimus, si aliqui inventi fuerint, qui vel pretio se redemissent vel dominis[e] suis permittentibus domi remansissent, bannum 40 nostrum sicut superius dictum est[f], et fidem faciant ac[g] persolvant. Domini vero eorum qui eos domi remanere permiserint[h] vel ministeriales eorum qui ab eis precium acceperunt similiter bannum nostrum rewadient[i] et fidem faciant, usque dum nobis nuntiatum fuerit.

a) qui *om. c.* b) quoque *c.* c) rewardiare *c.* d) dirigatur *c.* e) domibus *c.* f) rewa- 45 dient *add. P.; quod sane subintellegendum est secundum c.* 2. 3. g) *fortasse* ut *corrigendum est; cfr. supra c.* 2. h) permiserit *c.* i) rewadiant *c.*

1) *Memorat. de exerc. praepar.* 807.

6. Volumus ut missi nostri diligenter inquirant, in quibus locis hoc factum sit quod ad nos pervenit[k], quod quidam homines, postquam secundum nostram iussionem sociis suis qui in hostem perrexerunt de stipendia sua adiutorium fecerunt, iubente comite vel ministerialibus eius propter se redimendum pretium dederunt, ut eis domi remanere licuisset, cum illi in hostem ire non deberent, quia iam sociis suis constitu- 5 tum a nobis adiutorium dederunt: hoc fiat investigatum et nobis nuntiatum.

7. Volumus ut isti missi nostri qui hac legatione fungi debent ab his hominibus coniectum[2] accipiant qui in hostem pergere debuerunt et non perrexerunt; similiter et a comite vel vicario vel centenario, qui ad hoc consenserunt ut domi remansissent necnon et ab omnibus praedictum coniectum accipiant, qui anno praeterito constitutam a 10 nobis exercitalis itineris iussionem irritam fecerunt.

8. Istius capitularii exemplaria quatuor volumus ut scribantur: et unum habeant missi nostri, alterum comes in cuius ministeriis haec facienda sunt, ut aliter non faciant neque missus noster neque comes nisi sicut a nobis capitulis ordinatum est, tertium habeant missi nostri qui super exercitum nostrum constituendi sunt, quartum habeat 15 cancellarius noster.

9. Volumus ut homines fidelium nostrorum, quos nobiscum vel[l] ad servitium nostrum domi remanere[m] iussimus, in exercitum ire non compellantur, sed et ipsi domi remaneant vel in servitio dominorum suorum. Neque haribannum rewadiare iubeantur illi homines qui anno praeterito nobiscum fuerunt. 20

k) pertinet *c.* l) vel *om. c.* m) reservare *c.*

2) *Cfr. infra Capitulare* 57, *c.* 2.

---

50. CAPITULA CUM PRIMIS CONFERENDA.
808.

Traduntur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 21. 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. 25 *fol.* 24.

Inter missorum capitularia numeranda viderentur, nisi in utroque codice iis inscriptum esset: In anno octavo. Capitula cum primis conferendis (comferendis 2). *Haec inscriptio indicare videtur, capitulis eas causas breviter notari, de quibus in proximo placito ab imperatore cum proceribus deliberandum esset. Quomodo in ipso placito* 30 *postea vere statutum sit, fortasse capitulare refert quod tam in utroque codice quam in editione nostra haec capitula continuo sequitur. Annum (ad Karoli imperium secundum codices haud dubie referendum) inscriptio recte indicare videtur.*

(B. I, 463; *P. I,* 152.*)*

De latronibus et furibus. 35
2. De falsis testibus.
3. De periuriis.
4. De fugitivis.
5. De hominibus appensis propter leves culpas.
6. De moneta. 40

7. De roccis et sagis.
8. De mercato palacii nostri.
9. De marcha nostra custodienda terra marique.
10. De navibus quas facere iussimus.
11. Ut ea quae constituta sunt a fidelibus nostris observentur, et iussiones nostrae impleantur.
12. De tempore alterius placiti nostri, et qui iterum ad illum placitum venire debeant.
13. De hominibus filiorum ac filiarum nostrarum, quos missi et comites distringere non audent.

---

52. CAPITULA CUM PRIMIS CONSTITUTA.
808.

Leguntur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 21. 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 24; *capp.* 1. 2. 5 *etiam in codice* 3) *Monac.* 3853. *fol.* 260^{v}. *In codd.* 1. 2 *subnexa sunt capitulis proxime antea editis et inscripta verbis* Item ubi supra; *pari modo in indice codicis* 3 *ad haec capitula adnotatur:* Anno VIII.

Capitula de causis iisdem agunt, quae sub numeris 1 — 9 *capitularis antecedentis tamquam in rubricis breviter commemorantur; quam ob rem fortasse pro praeceptis habenda sunt secundum breves illas imperatoris propositiones conceptis. Quae in capitibus supra editis* 10 — 13 *memorantur in placito fortasse imperatoris tantum orationi relicta non scriptis tradita erant, ut hanc ob causam nihil iis in hoc secundo capitulari respondeat. Anno* 808, *quo haec quoque capitula secundum codices data sunt, imperator partim Aquisgrani partim Noviomagi versatus est.*

(B. I, 463; *P. I,* 152.*)*

De[1] marcha ad praevidendum: unusquisque paratus sit illuc festinanter venire, quandocumque necessitas fuerit.

2. De[2] latronibus, ut melius distringantur. Et ut nullus hominem pendere praesumat, nisi per iudicium. Si vero aliquis sine culpa penditus fuerit et ibi moritur, tunc ab eo qui eum sine iudicio pendidit proximis parentibus sit compositus; et si ibi mortuus non fuerit sed vivens evaserit, tunc sibimet sit compositus et res et mancipia sua in fisco non cadant. De[a] servis vero[a], si quis alterius servum absque[b] iudicio et sine culpa[b] pendiderit et ibi mortuus fuerit, weregildus eius domino[c] solvatur; et si de ipsa morte evaserit, ipse ipsam liudem recipiat[d] et liber postea permaneat.

3. Ut[3] nullus testes mittere in iudicium praesumat, sed comes hoc per veraces homines circa manentes per sacramentum inquirat, ut, sicut exinde sapiunt, hoc modis omnibus dicant.

4. Ut[4] nullus se periurare praesumat; et si fecerit, sicut in anterioribus capitulis mandatum est[5] manum perdat aut redimat. Et hoc omnibus annuntiatum fiat, quid periurium aut falsum testimonium noceat.

a) De servis vero *om.* 3 *et caput novum orditur.* b) absque culpa et sine iud. 3. c) suo *add.* 3. d) accipiat 3.

1) *Capitulare proxime antecedens c.* 9. 2) *ibid. c.* 1. 5. 3) *ibid. c.* 2. 4) *ibid. c.* 3. 5) *Capit. Theodonisvill. II.* 805, *c.* 11.

5. De[6] emptionibus et venditionibus, ut nullus praesumat aliter vendere et emere sagellum meliorem duplum viginti solidis et[e] simplum cum decem solidis; reliquos vero minus; roccum martrinum[f] et lutrinum[g 7] meliorem triginta solidis, sismusinum[h 8] meliorem decem solidis. Et si aliquis amplius vendiderit aut empserit, cogatur exsolvere in bannum solidos quadraginta, et ad illum qui hoc invenerit et eum exinde convicerit solidos viginti[i 9].

6. De[10] fugitivis hominibus ut, ubicumque inventi fuerint, ille qui eum retinet bannum dominicum solvere cogatur, et ille fugitivus absque dubio in patriam ad dominum suum revertatur.

7. De[11] monetis, ut in nullo loco moneta percutiatur nisi ad curtem; et illi denarii palatini mercantur[k] et per omnia discurrant.

e) et *om.* 3. f) marderinum 3. g) lutrinem 3. h) si semusinum 3. i) pertineant *add.* 3. k) mercentur *corr.* 1.

6) *Capit. prox. antecedens c.* 7. 7) Marderpelz, Otternpelz (*francog.* martre, loutre.) 8) Zobel, zibeline. 9) *Cfr. Capit. Franconof.* 794, *c.* 4; *Cap. a misso cogn. facta, infra C.* 59, *c.* 10. 10) *Cfr. capit. proxime antecedens c.* 4. 11) *ibid. c.* 6. 8.

---

53. CAPITULARE MISSORUM.
808.

Inscriptum Item de anno octavo *capitula proxime antea edita sequitur in codicibus* 1) *Paris.* 9654. *fol.* 21v *et* 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 24v.

In placito quod secundum capitulare nostrum 51, *c.* 12 *indictum erat hoc missorum capitulare fortasse datum est. In provincias Parisiensem et Remensem missos cum his capitulis ablegatos esse, Attiniaci et Vermeriae (c.* 9. 10*) nomina suadere videntur. Capp.* 4. 6 *tam breviter concepta, fortasse etiam corrupta sunt, ut difficilia sint intellectu.* (*B. I,* 465; *P. I,* 154.)

De pace infra patriam.

2. De canonicis et monachis.

3. De falso testimonio et periurio.

4. De his qui se fraudulenter ingenuare volunt et aliqui optumescunt[a 1].

5. De falsis monetis.

6. De illorum hominum conquisitu qui modo foris ducti fuerunt, et postea adquisierunt postquam patres eorum et parentes ducti sunt.

7. De decimis et nonis.

8. De latronibus et disciplina eorum.

9. De operibus palatii ad Vermeriae[b].

10. De illo broilo[2] ad Atiniacum palatium nostrum.

a) obtumescunt 2. b) vermerium *corr.* 1.

1) *Cfr. Capit. leg. add.* 803, *c.* 5. 2) *Cfr. supra Cap.* 32, *c.* 46.

54. CAPITULA PER EPISCOPOS ET COMITES NOTA FACIENDA.

805—808.

Exstant in solo codice Parisiensi 4995. *fol.* 33, *subiuncta Noviomagensibus capi-* 5 *tulis et inscripta verbis* Item alia capitula domni imperatoris.

Verno tempore edita sunt (c. 2*), cum imperatoris filius natu maximus Karolus expeditionem cum exercitu faceret (prologus et c.* 4*). Ex annalibus patet, tam anno* 805 *quam* 806 *et* 808 *Karolum filium hostili expeditioni contra Boiohaemos, Sorabos Danosque praefuisse, nec dixerim ad quamnam expeditionem potissimum capitulare nostrum* 10 *referendum sit. Fames in cap.* 1. 6 *dicta tam vere* 806, *ut capitularia in Theodonis villa et Niumagae data docent, quam vere* 808 *(Einh. ann.* 808: hiems mollissima et pestilens) *grassata est.* *(B. deest; P. I,* 130.)

Capitula quae volumus, ut episcopi, abbates et comites qui modo ad casam redeunt per singula loca eorum nota faciant et observare studeant, tam infra eorum par- 15 rochias et missaticos[a] seu ministeria[b] eorum convicinantium qui in exercitu simul cum equivoco nostro perrexerunt.

1. Ut indigentibus adiuvare studeant de annona, ita ut famis periculum non pereant.

2. Ut medio mense Agusto cum excarritis[1] hominibus ad nos esse debeant, si 20 antea iussio nostra ad eos non pervenerit pro aliqua necessitate.

3. Ut omnes praeparati sint ad Dei servitium et ad nostram utilitatem, quandoquidem missus aut epistola nostra venerit, ut statim nobiscum venire faciatis.

4. Si alicui de illis hominibus qui in exercitu exire valent[c] et[c] una cum dilecto filio nostro Karolo esse videntur aliquis ad casam male fecerit, aut in uxore aut in 25 domo aut in aliis quibuslibet causis, ut ipsi malefactores conpraehensi et in cippo et in carcere fiant[d] missi et sub custodia salvi, usque dum ad casam remeaverint contra quos[e] illa mala fuerit perpetrata.

5. De latronibus et malefactoribus habeant providentiam quantum melius possunt una cum missis[2] illorum qui in exercitu sunt.

30 6. Ut per civitates monasteria virorum et puellarum commonere faciant, ut omnes pie et caste Dei servitio certent vivere et eorum pauperes et familias iuxta possibilitatem nutrire faciant.

a) ministeria *corrigendum?* b) misteria *c.* c) valeant *c.* d) faciant *c.* e) quos *om. c.*

1) *Scariti, in scaras distributi; cfr. cap. Baiw. infra C.*69, *c.* 9, *et saepius in recentioribus capitu-* 35 *laribus.* 2) *Missis illorum = vicariis comitum.*

55. CAPITULA POST A. 805 ADDITA.

806—813.

Leguntur in codicibus 1) *Barrois olim Lovanii folio fere* 49. 2) *Paris.* 9654. *fol.* 14. 3) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 16v; *caput* 1. *in codice quoque* 4) *Monacensi* 3853. *fol.* 259v *exstat, inter capitula e diversis capitularibus excerpta. In codice* 1. *capita* 1. 2. *secundo capitulari in Theodonis villa dato anni* 805 *tamquam capita* 23. 24 *subnexa sunt, caput vero* 3 *alio loco scriptum est; in codicibus autem* 2. 3 *capita nostra capitulare Ribuaricum anni* 803 *sequuntur praefixa inscriptione*: alia capitula addenda sunt, ea quae nuper audita et comperta habemus, *quae haud dubie a capitularis auctore concepta non est et fortasse non ad nostrum tantum capitulare sed ad reliqua etiam capitula spectat, quae in codicibus* 2. 3 *capitulis diversis e fontibus haustis subiuncta sunt.*

Capitulare anno 805 *esse recentius, pro certissimo e capite tertio collegi potest; ad Theodonisvillare capitulare supplendum fortasse concepta sunt. Karolo idem tribuendum esse maxime probabile videtur, respectis tam capitum verbis quam codicum natura.* (*B. I,* 399, *c.* 1—3; *P. I,* 120, *c.* 1—3.)

De clericis et laicis qui chrisma ad aliquam nimietatem[1] dant et accipiunt: si quis presbyter aut diaconus dare aut accipere praesumpserit, gradum amittat; ceteri clerici et nonnanes disciplinam corporalem et carceris custodiam sustineant; laici qui acceperint aut alicui dederint manum perdant.

2. De negotio super omnia praecipiendum est, ut nullus audeat in nocte negotiare in vasa aurea et argentea, mancipia, gemmas, caballos, animalia, excepto vivanda et fodro quod iter agentibus necessaria sunt, sed in die coram omnibus et coram testibus unusquisque suum negotium exerceat.

3. Reliqua capitula quae in anteriore[2] capitulari scripta sunt, tam de venundatione annonae[3] et de reliquis iustitiis[4] et de restauratione aecclesiarum[5] et de pace[6] et de fugitivis[7] et de singulis quibusque causis, omnia ita observentur.

1) Sub praetextu medicinae et maleficii; *cfr. infra Cap.* 78, *c.* 17 *et similiter in stat. Bonifacii, quae dicuntur, c.* 5 *et in multis synodis;* ad iudicium (Dei) subvertendum *Capit. Aquisgr.* 809, *c.* 10. *Pro* '*nimietate*' *fortasse legendum est* '*necessitate*', *ut in capitulis quibusdam infra inter additamenta editis* (*C.* 119, *c.* 11). 2) *Capit. miss. in Theod. villa datum generale a.* 805. 3) *l. c. c.* 4. 4) *l. c. c.* 3; *in hoc capite allegato legitur:* de regalibus iustitiis, *in hoc contra capitulari secundum codices omnes falso:* reliquis. 5) *l. c. c.* 2. 6) *l. c. c.* 1. 7) *l. c. c.* 14.

56. CAPITULA KAROLI MAGNI.

803—813.

Traduntur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 14v *et* 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 17; *caput* 3 *etiam in* 3) *Monac.* 3853. *fol.* 259v *occurrit. In codicibus*
5 1. 2 *recensentur inter diversorum quandam capitulorum collectionem, in qua proxime capitibus nostris antecedit recapitulatio solidorum vel recapitulatio legis Salicae vulgo dicta.*

De capitulis nostris (cfr. cap. 1) *pro certo dici potest, ea recentiora esse capitulari Ribuarico anni* 803; *Karoli ea esse locus suadere videtur quem in codicibus bene di-*
10 *gestis obtinent.* (*B. I,* 399, *c.* 12—15; *P. I,* 120, *c.* 12—15.)

Nemini[1] liceat servum suum propter dampnum [a se dimittere, sed iuxta qualitatem culpae dominus eius pro ipso servo respondeat aut componat quicquid ille fecit usque ad super plenam leudem[a] liberi hominis; quicquid super hoc fuerit, in regis iuditio esse videtur.

15 2. Si inventus fuerit quis cartam falsam fecisse aut falsum testimonium dixisse, manum perdat aut redimat.

3. Si[b] quis homo[b] liber peccato imminente, quod absit, patrem aut matrem, avunculum vel nepotem interfecerit, hereditatem propriam amittat. Et si quis mechatus fuerit matrem, sororem, amitam aut neptam, similiter hereditatem perdat.

20 4. Ut homines fiscalini sive coloni aut servi in alienum dominium commorantes, a priore domino requisiti, non aliter eisdem concedantur, nisi ad priorem locum; ubi prius visus fuit mansisse, illuc revertatur[c] et ibi diligenter inquiratur de statu ipsius cum cognatione eius.

a) liudem 2. b) *ita* 3; Ut homo 1. 2. c) revertantur 2.

25 1) *Cfr. capit. leg. Rib. add.* 803, *c.* 5.

---

57. CAPITULA OMNIBUS COGNITA FACIENDA.

801—814. (801—806?)

Inveniuntur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 14v. 2) *Vaticano inter Palatinos*
30 582. *fol.* 17v; *capita* 1. 2 *leguntur etiam in* 3) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52 *fol.* 89v; *capp.* 7. 5. 3. 4 *in* 4) *cod. Guelferb. inter Gudianos* 299; *capp.* 3. 4 *in* 5) *Paris.* 4626. *pag.* 43; *denique cap.* 7 *abbreviatum exstat in cod.* 6) *Paris.* 4629. *et* 7) *Cheltenham.* 1736.

Karoli esse capitula non est quod dubitemus; quo anno data fuerint non liquet:
35 *si codicum ordinem respicimus, intra annos* 801 *et* 814 *capita data aestimanda videntur,*

si caput nostrum septimum allegatum haberi potest in Capitulari Niumagensi 806. *capite* 10, *ante annum* 806 *haec capitula data esse credendum est.*

(B. I, 400, *c.* 16—22; *P. I,* 121, *c.* 16—22.*)*

Hoc[a] a nobis praeceptum est omnibus cognitum facere.

1. Ut infra regna Christo propitio nostra omnibus iterantibus[b] nullus hospitium deneget, mansionem et focum tantum[c]; similiter pastum nullus contendere faciat, excepto[1] pratum[d] et messem[d].

2. Ut liberi homines nullum obsequium comitibus faciant nec vicariis neque in prato neque in messe neque in aratura aut vinea et coniectum ullum vel residuum eis[e] resolvant[e], excepto servitio[f] quod ad regem pertinet et ad[f] haribannitores[g] vel his qui legationem ducunt.

3. Ut[h] ubicumque inveniuntur vicarii aliquid mali consentientes vel facientes, ipsos eicere et meliores ponere iubemus[i].

4. Ut comites et[k] vicarii eorum legem sciant, ut ante eos iniuste neminem[l] quis[l] iudicare possit vel ipsam legem mutare.

5. Ut[h] quicumque in dona regia caballos praesentaverit[m], in unumquemque suum nomen scriptum habeat[n].

6. Ut qui oratorium consecratum habet vel habere voluerit, per consilium episcopi de suis propriis rebus ibidem largiatur, ut propterea illi vici canonici non sint neglecti.

7[o]. Ut nullus homo praesumat teloneum in ullo loco accipere, nisi ubi antiquitus pontes constructi sunt et ubi navigia praecurrunt et antiqua videtur esse consuetudo. Similiter nec rodaticum[2] neque pulveraticum ullus accipere praesumat; quia qui hoc facere temptaverit, bannum dominicum omnimodis componere debet.

a) *Inscriptio e codd.* 1—3, *sed in codd.* 1. 2 *subnexa est capiti in codicibus antecedenti.* Hoc nobis praecipiendum *rell.* 3. b) iter agentibus 3. c) *deest* 3. d) prato vel messe 3. e) non solvant, *om.* eis, 3. f) excepto ... et ad *om.* 3. g) heribannitores 1; haribannatoribus 3. h) Et hoc nobis precipiendum est ut *rell.* 4. 5; *cfr. inscript. e cod.* 3. i) iub. *om.* 4. 5. k) vel 4. 5. l) quis nemini 4. 5. m) destulerit 4. n) similiter et in vestimenta abbatissarum *add.* 4. o) *In cod.* 4 *tale capitis excerptum legitur:* Theloneus aut census non exigatur a quolibet, ubi nec aqua navigio aut pontem transeundum non est; *et tale in* 6. 7: Ut nullus presumat teloneum per vias nec per villas nec rotaticum nec cepstaticum nec pulveraticum recipere.

1) *Cfr capit. Haristall.* 779, *c.* 17: '*Et nemo alterius erbam defensionis tempore tollere praesumat*'. *Edict. Roth.* 358. 2) *Rodaticum et pulveraticum tributa sunt de viis, cespitaticum sive de viis sive de fluviis solvenda. Cfr. form. Lindenbr.* 11. 12.

58. RESPONSA MISSO CUIDAM DATA.

801—814?

Subsequuntur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 15. 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 18, *nulla inscriptione vel numerorum serie distincta incerti anni capitulare* 5 *proxime antea editum. Misso regio qui de quibusdam causis ad palatium retulerat responsa dantur. Missum in Galliam fuisse delegatum, caput* 2 *probat; de anno nihil constat.* (*B. I,* 401; *P. I,* 121.)

Continebatur namque in primo capitulo, utrum, ubi colonam servus cuiuslibet uxorem acceperit, infantes illorum pertinere deberent ad illam colonam an ad illum. 10 Considera enim, si proprius servus tuus alterius propriam ancillam sibi sociaverit, aut alterius servus proprius tuam propriam ancillam uxorem acceperit, ad quem ex vobis eorum procreatio pertinere debeat, et taliter de istis fac; quia non est amplius nisi liber et servus.

2. De secundo unde me interrogasti, si comes de notitia solidum unum accipere 15 deberet et scabinii sive cancellarius. Lege Romanam legem, et sicut ibi inveneris exinde facias; si autem ad Salicam pertinet legem et ibi minime repereris quid exinde facere debeas, ad placitum nostrum generale exinde interrogare facias.

3. Continebatur quippe in tercio capitulo de his qui per falsos testes libertatem consecuntur, quid ex his facere deberes interrogasti. Nos vero ubique vobis praece- 20 pimus, ut nequaquam cum falso testimonio ullus se potuisset liberare de servitio; et si secundum legis ordinem se liberare potuerit, liber permaneat, si vero cum falsis testibus, nequaquam illi consentias.

4. In quarto namque capitulo declarabat de his qui prima, secunda, tertia vice maniti[a] ad vestram praesentiam venire nolunt. Similiter[1] de ipsis praecepimus, quid 25 ex his facere deberet.

5. In quinto autem capitulo referebatur de episcopis, abbatibus vel ceteris nostris hominibus qui ad placitum vestrum venire contempserint. Illos vero per bannum nostrum ad placitum vestrum bannire faciatis; et qui tunc venire contempserint, eorum nomina annotata ad placitum nostrum generale nobis repraesentes.

30 6. In sexto autem capitulo scriptum erat de pontibus antiquis constitutis vel de inlicitis[b] teloneis[c]. Unde praecipimus, ut ubicumque antiqua consuetudo fuit teloneum accipiendi teloneum legittimum accipiant. Nam et hoc antea vobis ore proprio iniunximus et nequaquam intellexistis.

7. In septimo autem capitulo, ubi referebatur qualiter post querelas dominorum 35 servi eorum cartas ostendant, et ipsi servi a scabineis sententia accepta eas veras esse comprobare debeant. Nequaquam hoc volumus, quod servus suam cartam propriam probare debeat; sed dominus, qui ipsum servum quaerit, ipse, si poterit, ipsam cartam falsam depraehendat.

8. In octavo capitulo referebatur de servis qui Francas feminas accipiunt, et 40 postea illorum domini eis cartas faciunt eo tenore ut, si aliqua procreatio filiorum aut

a) admoniti 2. b) *deest* 2. c) theloneis *corr.* 1; *item infra.*

1) *Uti ipse missus declaraverat.*

filiarum ex ipsis orta fuerit, liberi permaneant; et nesciunt, sicut scripsisti, utrum habere debeant an non. Deinde volumus ut, si ille homo servo aut ancillae[2] cartam in sua praesentia fecerit, et ille vel illa qui cartam libertatis habere debet praesentes fuerint, ipsa carta stabilis permaneat. Sed qui post discessum domini sui ortus fuerit, in servitio permaneat; et illae cartae, quae a quibusdam dominis his factae fuerint qui necdum nati esse noscuntur sed post eorum discessum nati fuerint, nullum optineant effectum, nec per easdem cartas liberi esse valeant.

2) *Procreatis a servis et feminis Francis.*

---

59. CAPITULA A MISSO COGNITA FACTA.
(803—813.)

Exstant capitula, inscripta De banno dominico *in codicibus* 1) *Paris.* 9654. *fol.* 15[v] *et* 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 18[v], *inter Karoli M. capitularia.*

Capita 1—3 *ad verbum consentiunt cum missorum capitularibus specialibus anno* 802 *datis; haec quoque capitula missis data esse, capita* 2. 11 *dissuadere videntur, quae fortasse missum enunciantem indicant. Capitula Karoli haud dubie annis posterioribus orta sunt.* *(B. I,* 403; *P. I,* 122.*)*

In primis de[1] banno domni imperatoris et regis, quem per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundoburde[a] aecclesiarum, viduarum, orfanorum et de minus potentum personarum atque de[b] raptu[b] et de exercitali placito instituto, ut hi qui ista irrumperint bannum dominicum omnimodis componant.

2. De[2] decimis et nonis atque iustitia aecclesiarum Dei, ut studeatis dare et facere sicut lex est.

3. Qui[3] beneficium domni imperatoris et aecclesiarum Dei habet nihil exinde ducat in suam hereditatem, ut ipsum beneficium destruatur.

4. Nullus homo alterius clericum aut hominem recipiat in sua potestate.

5. Ut nullus latronem habeat in sua potestate nec celet.

6. Ut nullus[c] se praesumat periurare aut falsum testimonium dicere.

7. Ut nullus contra rectum iudicium audeat iudicare quicquam.

8. Ut nullus[c] praesumat nocere eum qui rectum imperatoris dixerit[4].

9. Ut nullus praesumat alium sine lege opprimere vel aliquid mali agere.

10. Nullus homo praesumat aliter vendere aut emere vel mensurare nisi sicut domnus imperator mandatum habet[5].

11. Ut diem dominicum cum omni diligentia custodiatis sicut lex est vel sicut domnus imperator mandatum habet[6].

12. Nullus fidelitatem quam promissam habet domno imperatori infrangat, aut qui infractam habet non consentiatur[d] ei[d].

13. Necnon etiam de istis causis paganiis[e] quod aliqui observant, ut nullus faciat nec consentiat facientem[f 7].

a) mundoburgio *corr.* 1; mundoburdo 2. b) *desunt* 1. 2; *cfr. autem c.* 18 *citatum.* c) homo *add.* 2. d) *ita corr.* 1; consentiat 1. 2. e) paganicis *corr.* 1. f) facienti *corrigunt* 1. 2.

1) *Capit. miss. specialia* 802, *c.* 18. 2) *l. c. c.* 17. 3) *l. c. c.* 10; *cap. miss. speciale* 802, *(pg.* 104*), c.* 49. 4) *Cfr. cap. missor. gener.* 802, *c.* 31. 5) *Cfr. Synod. Franconof.* 794, *c.* 4; *Admon. gener.* 789, *c.* 74. 6) *Cfr. Admon. gener.* 789, *c.* 15. 81. 7) *Cfr. admon. gener.* 789, *c.* 65.

60. CAPITULARE MISSORUM.

802–813.

Exstat in codice 1) *Guelferbytano inter Blankenburgenses* 130. 52. *fol. fere* 80, *subnexum capitulari secundo in Theodonisvilla* 805 *data; cap.* 4 *legitur etiam in* 2) *cod.*
5 *Eporediensi* 34. *fol.* 34, *ubi inter Hludowici Pii capitularia insertum est.*

Capitula ipsa 'missis praecepta' se dicunt; Karolo Magno ac postremis eius regni annis ut ea adscribamus, non solum codex Blankenburgensis nobis persuadere videtur, sed capitulorum etiam praecepta anno 802 *haud dubie recentiora, necnon et verba in capite quarto:* quae a multis iam annis per capitularios nostros in toto regno nostro
10 mandavimus. *(B. deest; P. I,* 135, *c.* 23. 24.*)*

Volumus et ita missis nostris mandare precipimus, ut in aeclesiis libri canonici veraces habeantur, sicut iam in alio capitulare sepius mandavimus[1].

2. Ut laici symbolum et orationem dominicam pleniter discant[2].

3. Comites quoque et centenarii et ceteri nobiles viri legem suam pleniter di-
15 scant, sicut in alio loco decretum est[3].

4. Praecipimus autem missis nostris, ut ea quae a multis iam annis per capitularios nostros in toto regno nostro mandavimus agere, discere, observare vel in consuetudine habere, ut haec omnia nunc diligenter inquirant et omnino innovare ad servitium Dei et ad utilitatem nostram, vel ad omnium christianorum hominum profectum inno-
20 vare studeant et, quantum Domino donante prevalent, ad perfectum usque perducant. Et nobis omnino adnuntient, quis inde certamen bonum hoc adimplere habuisset, ut a Deo et a nobis gratum habeat; qui autem neglegens inde fuerit, ut talem disciplinam percipiat, qualem talis sit contemptor percipere dignus, ita ut ceteri metum habeant amplius.

25 1) *Cfr. Admonit. gen.* 789, *c.* 20. 78. 2) *Cfr. Capp. a sacerd. propos. a.* 802, *c.* 5; *capp. de examin. eccles. a.* 802, *c.* 9. 13. 3) *Cfr. Cap.* 57, *c.* 4.

---

61. CAPITULARE AQUISGRANENSE.

809.

Traditur in codicibus 1) *Paris.* 4995. *fol.* 35. 2) *Paris.* 4628 A. *fol.* 42.
30 3) *Norimberg. fol.* 35v. 4) *Chis. F. IV.* 75. *fol.* 65v *(in quo desunt capp.* 13. 14*).* 5) *Cavensi* 22. *folio fere* 220 *(in quo desunt omnia inde a cap.* 6, *folio uno absciso. In codicibus* 6) *Vaticano inter Palat.* 582. *fol.* 25v *et* 7) *Paris.* 9654. *fol.* 23 *capita* 1. 2. 4. 7. 12 *sub numeris XXX—XXXIV subnectuntur missorum capitulari quod in editione nostra proxime sequitur.*
35 *Codices* 1—5 *omnes capitulari inscribunt prooemii nostri verba:* Capitula quae domnus imperator Aquis palatio constituit, *codex* 1. *iisdem verba praeterea praefigit:* Item capitula quae propter iustitias infra patriam faciendas constituta sunt, *quae alii*

capitulari (infra Cap. 79) in codicibus inscripta sunt et ad hoc nostrum aberrasse videntur.

Capitulare proxime cohaeret cum capitulari missorum quod sequitur et haud dubie eodem etiam nono Karoli imperii anno editum est, quo imperator Aquis in palatio semper fere versatus est. *(B. I,* 469; *P. I,* 155.*)*

Capitula[a] quae domnus[b] imperator Aquis palatio constituit[b] de illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem diiudicati[c] fuerint, et postea vita eis fuerit concessa, si ipsi iustitiam ab aliis requisierint aut ab eis iustitiam quaerere voluerit[d], qualiter inter eos iuditium terminetur.

1.[e] Primum[f] omnium[f] de illis causis pro quibus iudicatus fuit ad mortem nullam potest facere repetitionem, quia omnes res suae secundum iudicium Francorum in publico fuerunt vocatae[g]. Et si aliquid in postmodum, postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere potuerit, in sua libertate teneat et defendat secundum legem. In testimonio non suscipiatur nec inter scabinos[h] legem[i] iudicandam[k] locum non[k] teneat. Et si ad sacramentum aliquid ei iudicatum fuerit quod iurare debeat, si aliquis ipsum[l] sacramentum falsum dicere voluerit, cum[m] arma[m] contendat[1].

2. Si alicui post iudicium scabiniorum[n] fuerit vita concessa, et ipse in postmodum aliqua mala perpetraverit et iustitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit et ideo iustitiam reddere non debeat, statutum est ut superiorem iuditium sustineat quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum aliquid male fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat suam iustitiam requirendi de causis perpetratis postquam ad mortem iudicatus est; de praeteritis maneat, sicut supra[o] diiudicatum fuit.

3. De latrone forbannito: ut[p q] liber homo qui eum suscepit[q] XV solidos conponat, et servus CXX percussionibus vapuletur[p r].

4. Ut[s] comes qui latronem in forbanno miserit vicinis[t] suis comitibus[t] notum faciat, eundem latronem a se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.

5. Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis scabinis[u] et vassis comitum, nisi[1] qui causam suam aut[v] quaerere debet aut[w] respondere[u].

6.[x] Ut testes ad testimonium dicendum[y] praemio non conducantur, et ut nullus testimonium dicat aut sacramentum iuret[z] nisi ieiunus. Et ut testes, priusquam iurent, separatim discuciantur, quid[a] dicere velint de illa re[a] unde testimonium reddere debent[2].

a) Item capitula 3; Incipiunt kap. 4. 5. b) domnus Karolus const. 2. Cap.... const. *hoc loco om.* 6. 7. *Verba* de illis... terminetur *secundum codd.* 2. 4 *antecedentibus coniunxi et pro prooemio constitui; in aliis codicibus pro capitis primi inscriptione ponuntur. Pertinent autem etiam ad caput secundum.* c) iudicati 4—7. d) voluerint 4—7. e) Primum cap. *praefigunt* 2. 4. f) *sic* 1. 2; Primo 3; Primo omnium 6. 7; Placuit nobis 4. 5. g) revocatas 1. h) scabineis 1. i) ad legem 6. 7. k) iud.... non *om.* 2; non *om.* 6. 7. l) *ita* 2—7, *item Anseg. et liber Papiensis;* ipsum ad sacr. aliquid admallaverit, ipse semper ad iudicium Dei examinandus accedat 1, *quae ex eiusdem anni missorum capitulari c.* 28 *desumta videntur.* m) armis 2; cum armis 7. n) scabinorum 2. 4—7. o) superius 4. 5. p) ut... vapuletur *om.* 2. q) si liber homo susceperit eum 4. 5. r) vapulet 3. s) Ut *om.* 3. t) aliis comitibus 2. u) scabineis et qui illorum casas querendi aut respondere debent 1. *Verba* 'et vassis comitum' *in omnibus aliis codicibus leguntur, item apud Anseg. et in libro Papiensi.* v) aut *om.* 2. w) ac 2. x) *Caput* 6 *anteponitur quinto in* 1. y) *deest* 2. z) *hic desinit* 5, *folio uno absciso.* a) quod de illam rem dicere velint 1.

1) *Cfr. Capit. missor.* 803, *c.* 20. 2) *Cfr. Cap. Theodonisvill.* 805. *II,* 11.

7. Ut nullus quislibet missus[b] noster[b] neque comes neque iudex neque scabineus cuiuslibet iustitiam dilatare praesumat, si statim adimpleta poterit esse secundum rectitudinem; neque praemia pro hoc a quolibet homine per aliquod[c] ingenium accipere[d] praesumat.

5 8[e]. Ut mercatus die[f] dominico[f] in nullo loco habeatur nisi ubi antiquitus fuit et legitime esse debet.

9. Ut nullus cogatur ad pontem ire ad flumen[g] transeundum propter telonei causam, quando ille in alio loco conpendiosius illud flumen transire potest. Similiter et in plano campo, ubi pons[h] nec treiectus est, ibi[i] omnimodis praecipimus ut teloneum non 10 exigatur[k] [3].

10. Ut presbiter qui sanctum crisma donaverit ad iudicium subvertendum, postquam de gradu suo expoliatus[l] fuerit, manum[m] amittat[4].

11. Ut iudices, advocati, praepositi, centenarii[n], scabinii, quales meliores inveniri possunt et[o] Deum timentes[o], constituantur ad sua ministeria exercenda[p].

15 12. Ut nemo propter cupiditatem pecuniae et propter avaritiam suam prius detur[q] pretio[q] et futura questione[r] sibi praeparet, ut duplum vel triplum tunc recipiat[5], sed tunc tantum quando fructum praesens est illos conparet[s].

13. Ut in locis ubi mallos publicos habere solent, tectum tale constituatur, quod in hiberno et in aestate ad placitos observandos usus esse possit.

20 14. Ut sacramenta quae ad palatium[t] fuerunt adhramita in[u] palatio[u] perficiantur; et si consacramentales homines cum ipso venire renuerint, iussione dominica cum[v] indiculo aut sigillo ad palatium[w] venire cogantur.

b) nostrorum 1; *omnes alii, Anseg. et liber Pap:* missus noster. c) malum 6. 7. d) malum 2. e) *Caput* 8 *capiti* 9 *postponit* 1. f) *desunt* 4. g) fluvium 2. 3. h) nec pons 3. i) ibi *om.* 1. 25 k) exactetur 1. l) spoliatus 3; expulsus 4. m) manus 4. n) vicarii *add.* 2. o) et D. tim. *om.* 2. p) cum comite et populo elegantur mansueti et boni *add.* 1; *cfr. primum capit. missor.* 809, *c.* 22. q) det precium 2, *recte quod ad sensum pertinet.* r) *ita* 1; contentionem 3. 4; coemptionem 2. 6. 7. s) *Reliqua om.* 4. (5.) t) placitum 1. u) ut ibidem 3. v) aut 2. w) placitum 1; ad p. *om.* 2.

3) *ibid. c.* 13. 4) *Supra Cap.* 55, *c.* 1. 5) *Cfr. Capit. Niumag.* 806, *c.* 17.

30

62. CAPITULARE MISSORUM AQUISGRANENSE PRIMUM.

809.

Capitula hic edita numeris I—XXIX numerata ita leguntur in codicibus 1) *Vaticano inter reg. Christ.* 520. *fol.* 108. 2) *Norimberg. fol.* 38. 3) *Vaticano inter Palatinos* 582. 35 *fol.* 24[v]. 4) *Paris.* 9654. *fol.* 22[v]. *Praeterea cod.* 5) *Paris.* 4995. *capp.* 23. 1. 2. 4—7. 26. 27. 20 *capitulari quod antecedit tanquam eius partem subiunxit. — Codices* 3. 4. *capitularis inscriptionem praebent:* Capitula que domnus imperator Aquis palatio constituit in anno nono.

Capitula haud dubie missorum capitularibus tam multis adnumeranda sunt et 40 *causas saepe ab imperatore monitas missis anno imperii nono (c.* 24*:* praesenti anno) *ablegatis emendandas mandant. Suppleta sunt haec mandata non solum verbis quibus*

imperator ipse missos allocutus erat (cap. 25*), sed etiam capitulari per se scribendo (ut cum Hludowico Pio loquamur), proxime ante hoc (Cap.* 61*) a nobis edito. Nam quae in huius alterius capitularis capitibus* 3 - 14. 1 *ut populo nota fierent statuuntur, in capitularis missorum capitibus* 11. 13. 16 – 19. 21. 22. 24. 25. 28. 29 *in missorum usum partim abbreviantur partim illustrantur. Duo haec capitularia, natura omnino diversa et in codicibus etiam distincta, parum recte miscentur apud Pertzium, cum Baluzius contra recte distinxisset.* *(B. I,* 465; *P. I,* 155.*)*

De ecclesiis nondum[a] bene restauratis.

2. De causis quae cotidie non cessant.

3. De pace latronum.

4. De concordia fidelium nostrorum[b].

5. De fugitivis quos[c] non cessant recipere et abscondere.

6. De vagis[d] peregrinis[e].

7. De homicidiis.

8. De monetis et[f] mensuris modiorum vel[g] sistariorum.

9. De beneficiis nostris non bene condrictis[h].

10. De clericis et vassallis ut nullus sine licentia domini sui recipiatur.

11. De[1] meziban[i 2], ut unusquisque comis alio mandet ut nullus eum recipere audeat; si liber eum susceperit, solidos XV conponat; si servus, CXX ictus accipiat et insuper dimidium caput tundatur.

12. Ut nullus absque iusticia pauperem et inopem expoliare presumat.

13. Ut[3] nullus ad placitum venire cogatur nisi qui causam habet ad querendam, exceptis scabinis[k].

14. Ut nullus audeat prestare adiutorium ei[l] qui male facit[m].

15. Ut missi nostri per Dei[n] misericordiam viriliter in omnibus agant.

16. De[4] testibus, sicut in anterioribus capitulis[5] continetur, ut ieiuni ad placitum veniant, et postquam comederint nec testimonium dicere nec sacramentum iurare possent[o].

17. Ut[6] nullus praemium recipiat propter iustitiam tollendam.

18. De[7] mercatis[p] ut in die dominico non agantur, sed in diebus in quibus homines ad opus dominorum suorum debent operari.

19. De[8] pontibus et viis, ut nullus ubi toloneum accipiat[q].

20. Ut omnes[r] iuditium Dei[9] credant[s] absque[t] dubitatione.

21. Si[10] presbiter crisma dederit, ab episcopo degradetur et postmodum ad iudicem manu perdat[u].

a) non 3. 4. b) *deest* 1. c) qui 5. d) navigiis 5. e) qui propter Deum non vadunt *add.* 3. 4. f) sive 5. g) et 3 — 5. h) constructis 5. Et ut nonae vel decimae per omnia donentur *add.* 3. 4. i) id est de latrone forbannito *add.* 3. 4. k) et vassallis comitum *add.* 4. l) iniquo 1. m) aut respondere *add.* 4. n) Dei *om.* 4. o) Et ut priusquam iurent separatim discutiantur *add.* 4. p) publicis *add.* 1. q) et ut nullus cogatur ad pontem ire ad flumen transeundum propter telonei causam quando ille in alio loco conpendiosius illud flumen transire potest *add.* 3. 4. r) omnis homo 5. s) credat 5. t) ulla *add.* 5. u) si propter iudicium subvertendum hoc fecerit *add.* 3. 4.

1) *Cfr. supra Cap. Aquisgr.* 809, *c.* 3. 4. 2) *Meteban, in speculo Saxon.:* verfestung. *Glossa quaedam ad Karol. M. c.* 48 *in libro Papiensi:* in forbanno id est in medio banno. *Cibo interdictus, secundum Grimm Rechtsalterthümer* 735. 3) *Capit. cit. c.* 5. 4) *ibid. c.* 6. 5) *Capit. miss.* 803, *c.* 15; *Capit. Theodonisv.* 805. *II, c.* 11. 6) *Cap. Aquisgr.* 809, *c.* 7 7) *ibid. c.* 8. 8) *ibid. c.* 9. 9) *Ordale.* 10) *Capit. Aquisgr.* 809, *c.* 10.

22. Ut[v] [11] vicedomini, prepositi, advocati[w] boni et veraces et mansueti cum comite et populo eligentur[x].

23. Si vero advocatus sacramentum contra alium habuerit et iurare non potuerit[y], propter hoc beneficium suum[z] non perdat.

5 24. De[12] debitis pauperum anterioribus et negotia facienda antequam fructum collegatur: omnino inantea cavenda[a]. Ut[b] unusquisque presenti anno sive liberum sive servum suum[c] de famis inopia adiutorium prebeat.

25. Ut[13] loca ubi placita esse debent bene restaurare[d] faciant[d], sicut ore proprio diximus[e].

10 26. De traditionibus ut in abscondito non fiant propter conturbationes[f] diversas.

27. Ut nullus conparationem[g] faciat cum paupere dolose nisi per iusticia[h].

28. Ut[14] postquam quisque ad mortem fuerit iudicatus, neque iudex fiat neque scabinius neque testis neque ad sacramentum recipiatur; sed unde alii iurare debent, ipse semper ad iudicium Dei examinandus accedat.

15 29. Sacramenta[15] vero quae ad palatium[i] fuerint iudicata ut ibidem finiantur[k].

v) iudices *add.* 3. 4. w) centenarii scabinei *add.* 3. 4. x) et constituantur ad sua ministeria exercenda *add.* 3. 4. y) aut aliquid per iustitiam reddiderit *add.* 5. z) suum *om.* 5. a) hoc ex ore proprio locuti sumus *add.* 3. 4. b) Ut *om.* 3. 4. *Novi capitis initium* 2. c) *deest* 1. d) restaurata fiant 3. 4. e) comitibus nostris *add.* 2; quod in hiberno et in aestate ad placitos observandos usus 20 esse possit *add.* 3. 4. f) contentiones 3. 4. g) comparationes 3. 4. h) *In cod.* 5 *cap.* 26. 27 *taliter iuncta videntur:* De traditionibus seu comparationibus ut nullus in absconso non faciat. i) placitum 1. k) Explicit *add.* 2. Et si consacramentales homines cum ipso venire renuerint, iussione dominica aut indiculo ad palatium venire cogantur *add.* 3. 4.

11) *ibid. c.* 11. 12) *ibid. c.* 12. 13) *ibid. c.* 13. 14) *ibid. c.* 1. 15) *ibid. c.* 14.

25

63. CAPITULARE MISSORUM AQUISGRANENSE ALTERUM.
809.

Legitur in codice Norimbergensi fol. 37. *(qui primum etiam missorum capitulare continet), sub numeris XV—XXVII subnexum capitulari Aquisgranensi eiusdem anni* 30 *supra Cap.* 61 *edito. Capita* 10—12 *leguntur etiam in codd.* 2) *Paris.* 9654. 3) *Vaticano inter Palatinos* 582. 4) *Paris.* 4995, *capitula* 10 *et* 12 *in cod.* 5) *Paris.* 4628 A., *in his quattuor codicibus omnibus subnexa reliquis anni* 809 *capitulis, qualia in ipsis codicibus continentur.*

Etiamsi de his capitulis iudicium omnino certum ferre non licet, maxime tamen 35 *probabile est, iis alterum anni* 809 *capitulare missorum quorundam contineri, cuius capita* 1—9 *primi missorum capitularis capitibus* 1—9 *partim consentiunt, partim (c.* 7*) adaptata sunt, cum contra capita* 10—13 *noviter concepta sint, quam ob rem alii quoque nonnulli librarii capita* 10—12 *ceteris anni* 809 *capitulis inseruisse videntur. Capita* 7 *et* 13 *antea inedita sunt; de eorum sinceritate non dubitandum esse censeo.*

40 *(B. deest; P. deest.)*

De ecclesiis non bene restauratis.

2. De causis que cotidie non cessant.

3. De concordia fidelium nostrorum.

4. De fugitivis quos non cessant recipere et abscondere.

5. De vagis peregrinis.

6. De homicidiis.

7. De monetis statutum est ut nullus audeat[a] denarium merum et bene pensantem reiectare; et qui hoc facere presumpserit, si liber fuerit, bannum componat, si servus, corporali disciplina subiaceat[1]. Et in cuiuscumque comitatum et potestate inventum fuerit et denarius ex dominica moneta[2] bene merus et pensantes reiectaverit, episcopus, abba aut comes, in cuiuslibet potestate ut diximus inventi fuerit et hoc emendare distullerint, honore priventur.

8. De mensuris modiorum vel sistariorum.

9. De beneficiis nostris non bene condrictis.

10. De hospitalitate et susceptione iterantium tam missorum nostrorum quam relicorum bonorum hominum[b][3].

11. Quod missos nostros ad vicem nostram mittimus.

12. De[4] illis qui vinum et annonam vendunt antequam colligantur[c] et per hanc occasionem pauperes efficiantur[d].

13. De iudeis constitutum est, ut si aliquis iudeus[e] super christiano propter suam querellam aliquid interpellaverit et cum testibus fuerit ei iudicatum adprobare, III. testes idonei cristiani illi sufficiant, et habeat iudeus secundum estimationem rei IIII. aut VIIII. aut VII. Si vero christianus iudeum interpellare voluerit et de qualibet re, similiter cum tribus testibus idoneis christianis vel tribus iudeis illi sufficiat. Statutum est, ut nullus de iudeis in die dominica christianum hominem in suo opere collocare presumat; et si repertum fuerit et conlocaverit, perdat ipse iudeus quod proinde dederit, et ipse christianus fiat correptus, ita ut alii in die dominica opus servili agere non audeant[5].

a) audeatur *c*. b) omnium 4. c) colligant 4. d) efficiunt 4. e) iudeos *c*.

1) *Cfr. Cap. Franconof.* 794, *c.* 5; *Capp. leg. add. Hludowici Pii* 817, *c.* 18. 2) *Cfr. Cap. Theodonisv.* 805. *II*, 18; *Cap. cum primis constituta* 808, *c.* 7. 3) *Cfr. supra Cap.* 57, *c.* 1. 4) *Cfr. Capitulare* 62, *c.* 24. 5) *Cfr. Hludowici P. de iudaeis praecepta quae inter formulas leguntur: Carpentier* 32—34, *Rozière* 27—29.

---

64. CAPITULARE MISSORUM AQUISGRANENSE PRIMUM.

810.

Exstat in cod. 1) *Parisiensi* 9654. *fol.* 22v. *et* 2) *Vatic. inter Palatinos* 582. *fol.* 26, *inscriptum in utroque:* Capitula quae anno decimo imperii domni Karoli serenissimi augusti Aquis palatio commonita sunt.

Breve memoratorium continet missis quibusdam ad loca maritima (c. 16) ablegatis datum, quo causae comprehenduntur anno praesenti *(c. 4) maxime observandae.*

(B. I, 473; *P. I,* 162.*)*

De clamatoribus qui magnum impedimentum faciunt in palatio ad aures domni
5 imperatoris[1].

2. Ut[a] missi sive comites illorum missos transmittant contra illos qui mentiendo vadunt[2], ut eos convincant.

3. Ut ante vicarium et centenarium de proprietate aut libertate iudicium non terminetur aut adquiratur, nisi semper in praesentia missorum imperialium aut in prae-
10 sentia comitum.

4. De homicidiis factis anno praesenti inter vulgares homines, quas propter pulverem mortalem[b] acta sunt[3].

5. Ut sacerdotes admoneant populum ut aelemosinam dent et orationes faciant propter diversas plagas quas assidue pro peccatis patimur[4].

15 6. Ut ipsi sacerdotes unusquisque secundum ordinem suum praedicare et docere studeat plebem sibi commissam.

7. De ebrietate, ut primum omnium seniores semetipsos exinde vetent et eorum iuniores exemplum bonae sobrietatis ostendant.

8. Admonendi sunt omnes generaliter secundum euangelicam auctoritatem, ut sic
20 luceant opera vestra coram hominibus, ut glorificent patrem vestrum qui in coelis est.

9. De fugitivis qui per diversas provintias detenti et occultati contra praeceptum domni imperatoris sunt, ut qui eos post praeteritum tempus suscepit aut retinet bannum dominicum componat[5].

10. De pace et iustitia infra patriam, sicut saepe per alia capitula iussi[c] adimple-
25 tum fiat.

11. De latronibus qui magnam habent blasphemiam: quicumque aliquem ex ipsis conpraehenderit, nullum dampnum exinde patiatur.

12. De heribanno, ut diligenter inquirant missi. Qui hostem facere potuit et non fecit, ipsum bannum componat si habet unde componere possit; et si non habuerit
30 unde componere valeat, rewadiatum fiat et inbreviatum et nihil pro hoc exhactatum fiat usque dum ad notitiam domni imperatoris veniat[6].

13. Herisliz qui factum habent per fideiussores ad regem mittantur.

14. De beneficiis destructis et alodis restauratis[7].

15. De freda exigenda.

35 16. De materia[d] ad naves faciendas.

17. De vulgari populo, ut unusquisque suos iuniores distringat, ut melius ac melius oboediant et consentiant mandatis et praeceptis imperialibus.

a) *Novum caput non distinguunt* 1. 2. b) motalem 1. 2. c) iussimus *corr.* 2. d) materiamine *corr.* 1.

40 1) *Cfr. infra Cap. de discipl. Aquisgr. circa* 820, *c.* 6. 2) *Cfr. Cap. miss.* 803, *c.* 24. 3) *Agobard. de grand. et tonitruis c.* 16: Ante hos paucos annos disseminata est quaedam stultitia, cum esset mortalitas boum, ut dicerent Grimaldum ducem Beneventorum transmisisse homines cum pulveribus, quos spargerent per campos et montes, prata et fontes. 4) *Anno* 810 *diversis sane plagis Karolus affectus est: bellis adversis, filiae Hruodtrudis et filii Pippini morte, magna per omnes provincias grassata*
45 *pestilentia; cfr. Einh. ann. ad a.* 810. 5) *Cap. cum primis constituta* 808, *c.* 6. 6) *Cap. miss. de exerc. prom.* 808. 7) *Cfr. capit. de causis div. supra Cap.* 49, *c.* 4.

18. De elemosina mittenda ad Hierusalem propter aecclesias Dei restaurandas.
19. Ut nullus homines malignos consentiat, sed magis in quantum potest resistat.
20. Ut pauperes, orfani et viduae et ecclesiae Dei pacem habeant.

---

65. CAPITULARE MISSORUM AQUISGRANENSE SECUNDUM. 5

810.

Traditur inscriptum: item de anno decimo *in codd.* 1) *Par.* 9654. *fol.* 23v *et* 2) *Vaticano inter Palat.* 582. *fol.* 26v.

Eodem haud dubie tempore quo antecedens capitulare aliis quibusdam missis quasi memoratorium datum est; causae omnes de quibus missi commonentur in antecedenti 10 *quoque capitulari commemorantur, quod capitibus in margine allegatis indicavi.*

(*B. I,* 475; *P. I,* 163.)

De tribulatione generali quam patimur omnes, id est de mortalitate animalium c. 5. et ceteris plagis.

c. 6. 2. De praedicatione per singulas parroechias. 15
c. 8. 3. De euangelio, ut luceat lux vestra coram hominibus.
c. 7. 4. De omnibus vitiis et ebrietate fugiendum.
c. 17. 5. De semetipso et sua familia unusquisque corrigendum.
c. 5. 6. De orationibus in invicem facientibus.
c. 4. 7. De innocentibus occisis inquirendum. 20
c. 1. 8. De clamatoribus, quomodo castigentur.
c. 14. 9. De beneficia non bene condricta inquirendum.
c. 2. 10. De mendacia et periuria cavenda.
c. 12. 11. De heribanno exigendo.
c. 12. 12. De pauperibus qui minime solvere possunt. 25
c. 15. 13. De freda[a] exigenda.
c. 13. 14. De his qui herisliz[b] fecerunt, ut fideiussores donent.
c. 3. 15. De res et mancipia, ut ante vicariis et centenariis non conquirantur.
c. 11. 16. De latronibus, quomodo distringantur.

a) freta 2. b) brisliz 1. 2. 30

---

66. CAPITULA DE MISSORUM OFFICIIS.

810.

Leguntur in codd. 1) *Paris.* 9654. *fol.* 23ᵛ *et* 2) *Vaticano inter Palat.* 582. *fol.* 26ᵛ; *caput* 3 *inter alia Karoli capitula etiam in* 3) *Monac.* 3853. *fol.* 261.

5 *In utroque codice collocantur post capitularia missorum anni* 810 *et ante capitula anno* 811 *data; cum in his codicibus secundum aetatem capitularia semper scripta sint, capitula iusta ratione anno* 810 *tribui possunt. Cui rei consentaneum est quod capite quinto imperatoris filii dicuntur: nam inde ab anno* 811 *solus Hludowicus filius supervixit.* (*B. I,* 475; *P. I,* 163.)

10 Cap. 1. Ut tales sint missi in legatione sua, sicut decet esse missos imperatoris strenuos, et perficiant quod eis iniunctum fuerit aut, si non potuerint, domno imperatori notum faciant quae difficultas eis resistat, ne illud perficere possint.

2. Ut quicquid de eius iussione cuilibet praecipere et commendare debent, potestative annuncient atque praecipiant; et non sibi faciant socios inferioris ordinis homi-15 nes, qui semper inde retro res qualescumque tractare volunt, sed illos sibi socient qui ad effectum unamquamque rem deduci cupiunt.

3. Quando[a] iustitiam pauperibus facere iusserint, semel aut bis praecipiant ut iustitia facta fiat, tercia vice[b], si nondum factum est, ipsi pergant ad locum et ad hominem qui iustitiam facere noluit et cum virtute tollant ab eo quod iniuste alteri tulit 20 et reddant illi cuius per iustitiam esse debuit.

4. Ut qui bannum domni imperatoris vel freda[c] dare[c] debet, accipiatur illa solutio et ad eum inferatur, ut ipse tamen det cuicumque ei placuerit.

5. Quicumque illis iustitiam facere volentibus resistere conatus fuerit, domno imperatori annuncient. Similiter quicumque contra iustitiam alteri in placito defendere 25 voluerit[1], legitimam poenam incurrat, cuiuslibet homo sit, sive domni imperatoris sive cuilibet filiorum et filiarum[2] vel ceterorum potentium hominum.

a) Ut missi nostri quando 3. b) die 3. c) fredare *pr. man.* 1; fretare 2.

1) *Cfr. capit. missor. generale* 802, *c* 9. 2) *Cap. cum primis conferenda* 808, *c.* 13.

---

67. CAPITULA PER MISSOS COGNITA 30 FACIENDA.

803 — 813.

Capitula 1—6 *leguntur in codicibus* 1) *Paris.* 4995. *fol.* 24ᵛ. 2) *Norimberg. fol.* 32. 3) *Paris.* 4404. *fol.* 234. 4) *Monac.* 19416. 5) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. *fol. fere* 82. 6) *Lugdun. Batav. Voss. Q.* 119. *fol.* 140. 7) *Vatic. inter codd. reg.* 35 *Christin.* 1036. *fol.* 10. 8) *Monac.* 19415. *pag.* 124. 9) *Monac.* 5260. *fol.* 31ᵛ.

10) *Monac.* 3519. *Capita* 1—3 *exstant in codd.* 11) *S. Pauli in Karinth.* 12) *Chis. F. IV.* 75. *fol.* 83. 13) *Cavens.* 22. *fol.* 144; *capita vero* 1. 2 *in codd.* 14) *Paris.* 4629. *fol.* 18v. 15) *Cheltenham.* 1736. *Codex etiam Montispess. fac. de med. H.* 136 *capitulare continet, sed qua forma non nobis notum est.*

Capitula data fuisse, ut per missos cognita fierent, inscriptio docet; sed capita tantum 1—3 *praecepta continent a populo observanda, cum capita* 4—6 *missos potius alloquantur iisque data sint. Inde fortasse evenit, ut in quinque codicibus capp.* 4—6 *vel* 3—6 *omnino desint. Admodum dubitari potest de subscriptione, qua in codicibus* 2—7 *capita nostra finiuntur, verbis scilicet:* Et hoc missi nostri ante nativitatem Domini omnibus cognitum faciant *vel similiter. Haec verba ad capita antecedentia* 4—6 *referri vix possunt, cum ea non, ut* omnibus cognita fierent *data sint, sed missorum praeceptum contineant; si vero ad capita* 1—3 *eadem verba referimus, non solum superflua videntur, cum iam in inscriptione idem fere iussum iisdem verbis contineatur, sed contraria quoque capiti* 2, *quo haud dubie collegi oportet, ante diem festum S. Iohannis baptistae* (24. *Iunii) capitula populo nota fieri auctorem voluisse. Quamobrem cum codice nostro* 1. *et cum Baluzio subscriptionem illam a capitulis nostris segregandam et pro inscriptione capitularis Baiwarici aestimandam esse duxi, quod in tribus codicibus capitula nostra continuo sequitur. Utrumque capitulare eadem aetate datum et in codicibus coniunctum fuisse videtur, ut facile librarii de verbis illis errare potuerint, utrum pro subscriptione an pro inscriptione habenda sint, sicut saepius erraverunt. (Cfr. Legat. edict.* 789, *et alia Karoli incerti anni capitula supra Cap.* 57. *edita.) Concedo vero, de universa capitularis nostri natura non sine ratione dubitari posse.*

Capitula in codicibus inter capitula annis 803—806 *data leguntur et ad posteriorem Karoli aetatem haud dubie pertinent; quo vero anno vel loco data sint, in incerto relinquendum est.* *(B. I,* 449; *P. I,* 146.*)*

Haec[a] capitula[b] missi nostri cognita faciant omnibus[c] in omnes partes[c].

Ut nullus ad mallum vel ad placitum infra patria arma, id est scutum et lanceam, portet[d] [1].

2. De latronibus. Quicumque post[e] missam sancti Iohannis baptiste[e] latroni mansionem dedit, si Francus est, cum duodecim similibus Francis[f] iuret, quod[g] latronem eum fuisse non sciret[g], licet pater eius sit aut frater aut propinquus. Si hoc iurare non potuerit et ab alico[h] convictus fuerit, quod latronem in ospicio suscepisset, quasi[i] latro et infidelis iudicetur; quia qui latro est infidelis[k] est noster et Francorum, et[l] qui illum suscipit similis est illi[l]. Si[m] autem audivit quod latro fuisset et tamen non scit[m] pro firmiter, aut iuret solus quod nunquam eum audisset nec per veritatem nec per mendatium latronem[n], aut sit paratus, si ille de latrocinio postea convictus fuerit, ut similiter[o] damnetur[p].

a) *Ita inscr.* 1—3. 6—12. 14. 15; *deest* 4. 13. Ad omnes 5. Incipit alius capitularis *ipsi praefigit* 1. Incipit capitula Karo imper. 6. b) nostra *add.* 8—10. c) *ita* 1. 2. 8—10. 12; omnes hominibus partis 3; omnibus hominibus partibus 11; omnibus partibus 14. 15. d) non portet 2. 3. 14. 15. e) post ... baptiste *om.* 5; bapt. *om.* 1. 2. 7—11. f) suis 14. 15; *deest* 3. g) quod se latronem eum non scisset 4. 11. h) aliquo 2. 7—10. 15; alio 11—13. i) quod et ipse 9—11; qualis 14. 15. k) et inf. 14. 15. l) et....... illi *om.* 2. m) Si autem aut non sciret quod latro fuisset 14. 15. n) esse *add.* 8—10; audisset *add.* 14. 15. o) similis 11. 14. 15. p) *Desinunt hic* 14. 15.

1) *Cfr. Cap. Theodonisvill. sec.* 805, *c.* 5; *Specul. Saxon. II,* 67.

3. Ut nullus conparet caballum, bovem aut iumentum vel alia[q], nisi illum hominem cognoscat qui ei vendidit, aut de quo pago est vel ubi manet aut quis est eius senior[r].

4. De adventiciis ut[s], cum[s] missi nostri ad placitum nostrum venerint, habeant descriptum[t] quanti adventicii sunt in eorum missatico et de quo[u] pago sunt et nomina eorum, et qui sunt eorum seniores[v] [2].

5. Similiter[w] dreximus missos in Aequitania et[x] Langobardia, ut omnes fugitivos et adventicios ad nostrum placitum adducant.

6. Quicumque ista capitula habet, ad alios missos ea transmittat qui non habent, ut nulla excusatio de ignorantia fiat[y].

q) alia res 5. 12. 13; aliud quid 8—11. r) *Desinunt hic* 11—13. s) autem cum 4; quicumque 3. t) obstricte quesitum 8—10. u) quale 3. v) *reliqua sine distinctione capitum cum antecedentibus cohaerent* 3. 4. 7—10. w) Similis 3; similes 4. x) et in 3. 4. y) Et hoc (haec capitula 3) missi nostri (m. n. *om.* 3; omnimodis *add.* 2; omnimodo *add.* 5.) ante nativitatem domini omnibus (omn. *om.* 4) cognitum faciant (nota faciant omnes partes 3) *add.* 2—7, *quae subscriptio* deest 1, *inscriptionis loco ante capitulare Baiwaricum quod sequitur (C. 69.) legitur* 8—10.

2) *Cfr. capit. missor.* 803, *c.* 6.

---

68. CAPITULA AD LEGEM BAIWARIORUM ADDITA.

801—813.

Inveniuntur, legi Baiwariorum plerumque subnexa, in codicibus 1) *Epored.* 33. *fol.* 124. 2) *Vaticano inter collectionem reginae Christ.* 991. *fol.* 105. 3) *Paris.* 4417. *fol.* 159. 4) *Monac.* 19415. *pag.* 286. 5) *Monac.* 4460. *fol.* 22. 6) *Monac.* 3853. *fol.* 181[v]. 7) *Monac.* 5260. *fol.* 30. 8) *Monac.* 3519. *fol.* 39.

Qua aetate capitula data sint inscriptio docet; certum originis annum indicare non licet. Octo bannos regios Baiwariorum lege recipere his capitulis rex edicit, similiter ac legibus Saxonum et Langobardorum capitularibus anno 797 *et* 801 *editis bannus regius receptus est.*

Editum est capitulare etiam a Iohanne Merkel, in Mon. Germ. Leges III, 477.

(B. I, 207 *et* 447; *P. I,* 126.*)*

Capitula quae ad[a] legem Baivariorum[a b] domnus Karolus[c] serenissimus imperator[d] addere iussit, ut bannum[e] ipsius quislibet inruperit conponere debeat.

Ut aecclesia, viduae, orfani vel minus potentes pacem rectam habeant; et ubicunque fuerit infractum, sexaginta solidis conponatur.

2. Ut raptum vel vim per collecta hominum et incendia infra patriam nemo fa-

a) ad leg. Baiw. *om.* 4—8. b) baioariorum 2. 3. c) Karrulus 1. d) *deest* 7. 8. e) pannum 4—8; *item infra.*

cere praesumat; et qui hoc commiserit, sexaginta solidos in bannum nostrum conponat.

3. Similiter et qui iussionem regiam in hoste bannitus inruperit.

Haec octo[f] capitula in assiduitate[1]; reliqua autem reservata sunt regibus, ut ipsi potestatem habeant nominativae demandare, unde exire debent. 5

4. De denarialibus, ut si quis eos occiderit regi conponantur.

5. Similiter de his qui per cartam in ecclesia iuxta altare dimissi sunt liberi, cum quadraginta solidis regi conponantur.

6. Hi vero qui per cartam ingenuitatis dimissi sunt liberi, ubi nullum patrocinium et defensionem non elegerint, similiter regi conponantur[g] quadraginta solidis. 10

7. Ut clericum nemo recipere audeat sine consensu episcopi sui; et si eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipsius episcopi fuerit, aliter non faciat nisi eum[h] eius praesentiae[i] perscrutandum si dignus fuerit deducatur.

f) *deest* 7. 8. g) cum *add.* 7. 8. h) cum 4—8. i) presentia 2. 5.

1) *Tamquam legis praecepta perpetua.* 15

---

69. CAPITULARE BAIWARICUM.

circa a. 810?

Legitur in codicibus 1) *Vindobonensi iuris canonici* 128. *fol.* 62. 2) *Monac.* 19415. *pag.* 127. 3) *Monac.* 5260. *fol.* 31 v. 4) *Monac.* 3519. *fol.* 40. *In codicibus Monacensibus subiunctum est capitulis supra in Cap.* 67 *editis, ita ut utriusque capitularis capita eadem numerorum serie numerentur.* 20

Capitulare esse Baiwaricum, capita 5. 8 *probant; recensetur in codicibus inter Karoli M. constitutiones posteriores.* *(B. I,* 449; *P. I,* 127.*)*

Et[a] hoc missi nostri ante nativitatem Domini omnibus cognita faciant.

In[b] primis[b] omnium iubendum est, ut[c] habeant[c] aecclesiae[d] earum[d] iustitias, tam in vita illorum qui habitant in ipsis ecclesiis quamque in pecuniis et substantiis eorum. 25

2. Ut[e] omnes episcopi potestative[f] secundum regulam canonicam doceant et regant eorum ministeria, tam in monasteriis virorum quamque et puellarum vel in forensis presbiteris seu reliquo populo Dei. 30

3. Ut viduae, orfani et minus potentes sub Dei defensione et nostro mundeburdo pacem habeant et eorum iustitia.

4. Ut episcopi cum comitibus stent et comites cum episcopis, ut uterque pleniter suum ministerium peragere possint.

a) *ita inscriptio in* 2—4; *deest* 1. *Cfr. supra praef. ad C.* 67. b) Primus 1. c) *desunt* 1. 35
d) ecclesias eorum 2—4. e) Et ut 2. Ast ut 3. 4. f) potestati vel 2—4.

5. Ut latrones vel homicidae seu adulteri vel incestuosi sub magna districtione et[g] correctione[g] sint correpti secundum eoa[h] Baiuvariorum[i] vel[k] lege[k].

6. De rebus propresis[l 1] ut ante missos et[m] comites seu iudices nostros veniant et ibi accipiant finitivam sententiam; et[n] inantea nullus praesumat rebus alterius pro-
5 prindere[o], nisi magis suam causam quaerat ante iudices nostros, ut diximus, et ibi recipiant[p] quod iustum est.

7. Ut si aliquis voluerit dicere quod iuste ei non iudicetur, tunc in praesentia nostra veniant; aliter vero non praesumat[q] in praesentia nostra venire pro alterius iustitia[r] dilatandum.

10 8. Quod non amplius de illis iustitiis missi nostri ad praesens modo faciunt nisi de temporibus Tassilonis seu Liutpirgae[s 2], excepto illis qui ad[t] fidem[t] avi et genitoris nostri vel ad nos venerint.

9. Ut marca nostra secundum quod ordinatum vel scaritum[u] habemus custodiant una cum missis nostris.

15 g) *desunt* 1. h) eowa 3. 4. i) Baiuwariorum 2; Baioar. 3. 4. k) velle 2—4. l) propressis 2—4. m) et *om.* 1. n) et ut 1. o) propendere 3. 4. p) recipiat 1. q) se presumat 1. r) iustitiam 1. s) liutpergae 1. t) *desunt* 3. 4. u) *ita* 1—4; sancitum *Bal.*

1) *Lex Rib.* 75. 2) *Filia Desiderii, Tassilonis uxor.*

---

70. CAPITULA KAROLI APUD ANSEGISUM
20
SERVATA.

810. 811?

Capita 1—4 *in nullo quidem capitularium codice sed tantum in Ansegisi collectione servantur ibique libro tertio cap.* 64—66 *recensentur. Eadem capita etiam in librum Papiensem transierunt, ubi leguntur inter Karoli M. capitula* 29—32. *Secundo*
25 *huic capiti in quibusdam libri Papiensis codicibus recentioribus verba inscripta sunt:* Kap. de exercitalibus, *quam ob causam capita omnia Pertzius pro capitulari de exercitalibus constituit. Minus recte, ut videtur. Nam verba illa a glossatore tantum langobardico posteriori concepta sunt, ut capitulorum sensus restringatur et Liutprandi legibus adaptetur. Ipse capitum auctor haud dubie capitula* 1—3 *de hominibus omnibus et*
30 *quartum tantum de exercitalibus dicta esse voluit.*

Capitibus his quattuor addidit Pertzius duo alia ex secunda ad Ansegisum appendice desumta ibique numeris 34. 35 *posita, et satis probabile videtur, capita haec duo cum prioribus cohaesisse. Conferentem enim Ansegisi collectionis tertium librum cum appendice secunda non fugere potest, appendicis collectorem ex capitularibus libro tertio*
35 *receptis ea capitula excerpsisse, quae antea in libro tertio omissa fuissent. Ita appendicis secundae capita* 27—33 *supplementa sunt ad tertii libri capita* 47—63; *appendicis secundae capita* 36. 37 *supplementa sunt ad libri III. capita* 67—75, *ut satis verisimile videatur, appendicis etiam capita* 34. 35 *pertinere ad tertii libri capita* 64—66. *Cui rei congruit, quod universa dicendi ratio eadem est in capitulis nostris* 1—4 *et in* 5. 6:
40 tripla compositio *statuitur capp.* 2. 4. 6, secundum legem et ewam *componi iubetur in*

capp. 2. 5, servus disciplinae corporali subiicitur *in capp.* 1. 4. 6. *Capita sane* 5. 6 *ad Saxones tantum spectant; an capita etiam* 1—4 *saxonica sint, admodum ambiguum videtur, etiamsi tam tripli compositio quam ewae commemoratio leges et capitularia saxonica (ao.* 797, *c.* 7. 8*) in memoriam revocant. Capita apud Ansegisum recensentur inter Karoli capita anno* 810 *et* 811 *edita, ut iis fere annis recte tribui possint.* 5

(B. deest; P. I, 169.*)*

Si quis super missum dominicum cum collecta et armis venerit et missaticum illi iniunctum contradixerit aut contradicere voluerit, et hoc ei adprobatum fuerit, quod sciens contra missum dominicum ad resistendum venisset, de vita componat: et si negaverit, cum XII suis iuratoribus se idoniare faciat; et pro eo quod cum collecta contra 10 missum dominicum armatus venit ad resistendum, bannum dominicum componat. Simili modo domnus imperator de suis vassis iudicavit. Et si servus hoc fecerit, disciplinae corporali subiaceat.

2. Si quis domum alienam cuiuslibet infregerit, quicquid exinde per virtutem abstulerit aut rapuerit vel furaverit, secundum legem et ewam illi cuius domus fuerit 15 infracta et spoliata in triplum componat et insuper bannum dominicum solvat. Si servus hoc fecerit, sententiam superiorem[1] accipiat et insuper secundum suam legem compositionem faciat.

3. Si[a] quis liber homo aliquod tale damnum cuilibet fecerit, pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum in wadio pro servo dare studeat, usque 20 dum plenam compositionem adimpleat.

4. Si quis messes aut annonas in hoste super bannum dominicum rapuerit vel paverit aut furaverit aut cum caballis vastaverit, aestimato damno secundum legem in triplum componat. Et si liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur; servus vero secundum suam legem tripla composicione damnum in loco 25 restituat, et pro banno[b] disciplina corporali subiaceat.

---

5. Si aliquis Saxo hominem conprehenderit absque furto aut absque sua propria aliqua re, dicens quod illi habeat damnum factum, et hoc contendere voluerit, in iudicio aut in campo aut ad crucem licentiam habeat; si vero hoc noluerit, cum suis iuratoribus ipse liber homo se idoniare faciat. Et si servum cuiuslibet absque aliqua conpro- 30 batione conprehenderit, ipse servus aut ad aquam ferventem aut ad aliud iudicium se idoniare faciat.

6. Si aliquis Saxo caballos in sua messe invenerit et ipsos caballos inde ducere pro suo damno ad conprobandum voluerit, si quis liber homo hoc ei contradixerit aut aliquod malum pro hoc fecerit, tripla conpositione secundum legem et secundum ewam 35 contra eum emendare studeat et insuper bannum dominicum solvat, et manum perdat pro eo quod inoboediens fuit contra praeceptum domni imperatoris, quod ipse pro pace statuere iussit. Si servus hoc fecerit, secundum suam legem omnia in triplum restituat et disciplinae corporali subiaceat.

a) *Caput cum antecedenti cohaeret apud Anseg.* b) *sic unus Anseg. codex;* damno *rell.* 40

1) *cap.* 1.

---

71. CAPITULA TRACTANDA CUM COMITIBUS EPISCOPIS ET ABBATIBUS.

811.

Leguntur in codd. 1) *Paris.* 9654. *fol.* 24. 2) *Vaticano inter Palatin.* 582. 5 *fol.* 27. 3) *Norimb. fol.* 38ᵛ, De interrogatione domni imperatoris de anno undecimo *inscripta in* 1. 2, Item alia capitula *in cod.* 3.

Capitula non imperatoris edicta continent sed conspectum causarum earum, de quibus imperator proceres in placito Aquisgrani haud dubie congregatos alloqui et cum ipsis tractare voluit. Capita 2—4 *comites,* 6—13 *pontifices, caput* 5 *tam comites quam* 10 *pontifices respiciunt.* *(B. I,* 477; *P. I,* 166.*)*

Cap. 1. In primis separare volumus episcopos[a], abbates[a] et comites nostros et singulariter illos[b] alloqui.

2. Quae causae efficiunt, ut unus alteri adiutorium praestare nolit, sive in marcha sive in exercitu ubi aliquid utilitatis defensione patriae facere debet.

15 3. Unde illae frequentissimae causationes, in quibus unus alteri quaerit[c], quicquid parem suum viderit possidentem.

4. De eo quod quilibet alterius hominem ad se fugientem suscipit.

5. Interrogandi sunt, in quibus rebus vel locis ecclesiastici laicis aut laici ecclesiasticis ministerium suum impediunt[d]. In hoc loco discutiendum est atque intervenien-20 dum, in quantum se episcopus aut abbas rebus secularibus debeat inserere vel in quantum comes vel alter laicus in ecclesiastica negocia. Hic interrogandum est acutissime, quid sit quod apostolus ait[1]: 'nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus', vel ad quos sermo iste pertineat.

6. Quid sit, quod unusquisque christianus in baptismo loquitur[e], vel[f] quibus[f] 25 abrenunciet.

7. Quae sectando vel neglegendo ipsam suam renunciationem vel abrenunciationem irritam faciat.

8. Quod ille bene in Deum non credit qui praecepta eius impune se contempnere putat vel qui[g] ea quasi non ventura despicit quae ille comminatus est.

30 9. Quod nobis[h] despiciendum est, utrum vere christiani sumus. Quod in consideratione vitae vel[i] morum nostrorum facillime cognosci potest, si diligenter conversationem coram discutere voluerimus[k].

10. De vita et moribus pastorum nostrorum id est episcoporum, qui populo Dei non solum docendo sed etiam vivendo exemplum bonum dare debent; ipsis namque 35 apostolum dixisse credimus, ubi dicit[2]: 'imitatores mei estote et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram'.

11. De vita eorum qui dicuntur canonici, qualis[l] esse debeat[l].

12. De conversatione monachorum, et utrum aliqui monachi esse possint praeter

a) episcopis abbatibus 3. b) separare volumus et *add.* 3. c) quaerat 3. d) imperium 3. 40 e) *ita* 3; *deest* 1. 2. f) vel quibus *om.* 3. g) quia 1. 2. h) in nobis 1. 2. i) et 3. k) volumus 3. l) quales e. debeant 3.

1) 2. *Tim.* 2, 4. 2) *Philipp.* 3, 17.

eos qui regulam sancti Benedicti observant. Inquirendum etiam[m], si in Gallia monachi fuissent, priusquam traditio[n] regulae sancti Benedicti in has parroechias[o] pervenisset.

13. Ista conservetis sicut vobis decet; et in vobis confido, piissimi pontifices, et in quantum investigare possum vobis mittere seu scribere non dubito. Bene[p] valete in Domino[q]. 5

m) etiam *om.* 3. n) tractatio 3. o) provintias 3. p) bene *om.* 3. q) Expl. cap. *add.* 3.

---

72. CAPITULA DE CAUSIS CUM EPISCOPIS ET ABBATIBUS TRACTANDIS.

811.

Subiuncta iis quae ante edita sunt leguntur in codd. 1) *Paris.* 9654. *fol.* 24. 10 2) *Vatic. inter Palatinos* 582. *fol.* 27[v].

Capitulari quod antecedit simile hoc quidem causas adnotat, de quibus imperatori cum episcopis et abbatibus tantum colloqui et agere in animo erat; compluria omnino consentiunt cum anterioribus, ut dubitari possit, an ad idem placitum ab imperatore habendum utrumque capitulare pertineat, etiamsi hoc quoque anno 811 *esse scriptum* 15 *non negaverim. Capitulare magis neglegenter conceptum est quam aliud aetate eadem ortum, fortasse quia ut promulgetur non scriptum est.*

(B. I, 479; *P. I,* 166.*)*

Item brevis capitulorum quibus fideles nostros episcopos et abbates alloqui volumus et commonere de communi omnium nostrorum utilitate. 20

Cap. 1. Primo commemorandum est, quod anno praeterito[1] tria triduana ieiunia fecimus, Deum orando ut ille nobis dignaretur ostendere, in quibus conversatio nostra coram illo emendari[a] debuisset: quod nunc facere desideramus.

2. Quaerendum est in primis ecclesiasticis, id est episcopis et abbatibus, ut illi nobis patefaciant de conversatione sua, qualiter vivere debeant, ut cognoscere valeamus, 25 cui de illis aut bonum aut aliud aliquid refrenati credere debeamus; et ut scire possimus, in quantum cuilibet ecclesiastico, id est episcopo vel abbate seu monacho, secularibus negotiis se ingerere[b][2]; aut quod proprie pertineat ad illos qui dicuntur et esse debent pastores ecclesiae patresque monasteriorum; ut[c] aliud ab eis nec non quaeramus, quam quod ipsis facere licet[c], et ut quislibet ex eis a nobis ea non quaerat, in quibus 30 eis consentire non debemus.

3. Interrogare[3] volumus ipsos ecclesiasticos et qui scripturas sanctas non solum ipsi discere sed etiam alios docere debent, qui sint illi quibus apostolus loquitur: 'imi-

a) emendare 1. 2. b) liceat *omissum videtur.* c) *corrig. videtur:* ut aliud ab eis non quaeramus, quam quod ipsis facere non licet. d) militetur *corr.* 35

1) *Anno* 810 *ieiunia generalia facta esse Riculfi quaedam epistola docet in additamentis (C.* 127.*) edita.* 2) *Cfr. capitula* 811. *antea edita c.* 5. 3) *l. c. c.* 5. 10.

tatores mei estote', vel quis ille de quo idem dicit: 'nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus', aut qualiter apostolus sit imitandus vel quomodo Deo militet[d].

4. Iterum inquirendum ab eis, ut nobis veraciter patefaciant, quid sit quod apud eos dicitur seculum relinquere, vel in quibus internosci possint hi qui seculum relin-5 quunt ab his qui adhuc seculum sectantur; utrum in eo solo, quod arma non portant nec publice coniugati sunt.

5. Inquirendum etiam, si ille seculum dimissum habeat, qui cotidie possessiones suas augere quolibet modo, qualibet arte non cessat, suadendo de coelestis regni beatitudine, comminando de aeterno supplicio inferni, et sub nomine Dei aut cuiuslibet 10 sancti tam divitem quam pauperem, qui simpliciores natura[e] sunt et minus docti atque cauti inveniuntur, sic[f] rebus suis expoliant et legitimos heredes eorum exheredant, ac per hoc plerosque[g] ad flagitia et scelera propter inopiam, ad quam per hoc fuerint devoluti, perpetranda compellunt, ut quasi necessario furta et latrocinia exerceant, cui paternarum[h] hereditas, ne ad eum perveniret, ab alio praerepta est.

15 6. Iterum inquirendum, quomodo seculum reliquisset, qui cupiditate ductus propter adipiscendas res quas alium vidit possidentem[4] homines ad periuria et falsa testimonia praecio conducit, et advocatum sive praepositum non iustum ac Deum timentem sed crudelem ac cupidum ac periuria parvipendentem inquirit, et ad inquisitionem rerum non qualiter, sed quanta adquirit[i].

20 7. Quid de his dicendum, qui, quasi ad amorem Dei et sanctorum sive martyrum sive confessorum, ossa et reliquias sanctorum corporum de loco ad locum transferunt ibique novas basilicas construunt et, quoscumque potuerint ut res suas illuc tradant, instantissime adhortantur. Ille siquidem vult, ut videatur quasi bene facere seque propter hoc factum bene meritum apud Deum fieri, quibus potest persuadere episcopis: 25 palam sit hoc ideo factum, ut ad aliam perveniat potestatem.

8. Miramur unde accidisset, ut is qui se confitetur seculum reliquisse neque omnino vult consentire ut ipse a quolibet secularis vocetur, armatos[k] homines[k] et[l] propria vellit retinere[l], cum ad eos qui nondum in totum seculum renunciaverunt hoc pertineat: ad ecclesiasticos vero quomodo iuste pertineat, penitus ignoramus, nisi illi 30 nobis insinuaverint qui haec quasi licita usurpare non dubitant.

9. Quid[5] unusquisque Christo in baptismo promittat vel quibus causis abrenunciat; ut, quamvis unicuique christiano considerandum sit, specialiter tamen ab ecclesiasticis inquirendum, qui laicis ipsius promissionis et abrenunciationis in sua vita exemplum praebere debent. Hic[6] diligentissime considerandum est et acutissime distinguendum, 35 quae sectando vel neglegendo unusquisque nostrum ipsam suam promissionem et abrenuntiationem vel conservet vel irritam faciat; et quis sit ille Satanas sive adversarius, cuius[m] opera vel pompam[n] in baptismo renunciavimus. Hic autem conspitiendum est, ne perversa unusquisque faciendo illum quislibet nostrum sequatur, cui iamdudum in baptismo renunciavimus.

40 10. In quo canonum vel in cuius sancti patris regula constitutum sit, ut invitus quislibet aut clericus aut monachus fiat[o], aut ubi Christus praecepisset aut quis apostolus praedicasset, ut de nolentibus et invitis et vilibus personis congregatio fieret[p] in ecclesia vel canonicorum vel monachorum.

d) militetur *corrigendum.* e) naturae 1. 2. f) si 1. 2. g) qui *add.* 1. 2. h) paternarum 45 rerum *emendat Sirm.* i) *ita* 2; inquirit, *corr.* adquirat 1. k) armatus homo cum sit *corr.* 1. l) *ita corr.* 1; qui sint propria retinere 2 *et ut videtur prima manu* 1, *nam rasae sunt litterae.* m) *ita corr.* 1; quae 1. 2. n) pompa eius 2. o) non fiat *legendum videtur.* p) non fieret *legendum videtur.*

4) *cfr. l. c. c.* 3. 5) *l. c. c.* 6. 6) *l. c. c.* 7.

11. Quam paucitatem[q] conferat ecclesiae Christi, quod is qui pastor vel magister nec[r] cuiuscumque venerabilis loci esse debet magis studet in sua conversatione habere multos quam bonos, et non tantum probis[s] quam multitudine hominum delectatur, plus studet, ut suus clericus vel monachus bene cantet et legat quam iuste et beate vivat, quamquam non solum minime in ecclesia contempnenda sit cantandi vel legendi disciplina, sed etiam omnimodis exercenda; sed si utrumque cuilibet venerabili loco accedere potest, tolerabilius tamen ferendum nobis videtur inperfectione cantandi quam vivendi. Et quamvis bonum sit, ut ecclesiae pulchra sint aedificia, praeferendus[t] tamen est aedificiis bonorum morum ornatus et culmen; quia, in quantum nobis videtur, structio basilicarum veteris legis quandam trahit consuetudinem, morum autem emendatio proprie ad novum testamentum et christianam pertinet disciplinam. Quodsi Christus et apostoli et qui apostolos recte secuti sunt in ecclesiastica disciplina sunt sequendi, aliter nobis in multis rebus faciendum est quam usque modo fecissemus, multa de usu et consuetudine nostra auferenda et non minus multa quae actenus non fecimus facienda.

12. Qua[u] [7] regula monachi vixissent in Gallia, priusquam regula sancti Benedicti in ea tradita fuisset, cum legamus sanctum Martinum et monachum fuisse et sub se monachos habuisse, qui multo ante sanctum Benedictum fuit.

13. De sanctimonalium et ancillarum Dei conversatione[v].

q) utilitatem *corr.* 1. r) nec *delendum videtur.* s) *ita corr.* 1; probet 1. 2. t) reuerendus 1; refer. 2; praeferendus *corr.* 1. 2. u) qui 2. *et pr. man.* 1. v) conversione 2.

7) *l. c.* c. 12

---

73. CAPITULA DE REBUS EXERCITALIBUS IN PLACITO TRACTANDA.

811.

Exstant inscripta 'Item unde supra de anno undecimo' *in codicibus* 1) *Paris.* 9654. *fol.* 25ᵛ *et* 2) *Vatican. inter Palatin.* 582. *fol.* 29.

Uti capitularia duo quae antecedunt haec quoque capitula non imperatoris edicta continent sed causas adnotant ad imperatorem antea relatas, de quibus imperator comites et fideles suos in placito alloqui volebat. Anno 811 *haec capita esse scripta inscriptio docet, neque obstat, quod capite* 7. *Pippinus filius anno iam* 810 *mortuus commemoratur, cum de causis iam antea ad imperatorem relatis in capitulis agatur. Caput ultimum quod subobscurum est fortasse a reliquis secernendum est.*

(B. I, 485; *P. I,* 168.*)*

De causis propter quas homines exercitalem oboedientiam[a] dimittere solent.

Cap. 1. In primis discordantes sunt et dicunt, quod episcopi, abbates, et eorum advocati potestatem non habeant de eorum tonsis clericis et reliquis hominibus; similiter et comites de eorum pagensis non habeant potestatem.

a) *ita* 2; obeditionem 1.

2. Quod pauperes se reclamant expoliatos esse de eorum proprietate; et hoc aequaliter clamant super episcopos et abbates et eorum advocatos et super comites et eorum centenarios.

3. Dicunt etiam, quod quicumque proprium suum episcopo, abbati vel comiti aut 5 iudici vel centenario dare noluerit, occasiones quaerunt super illum pauperem, quomodo eum condempnare possint et illum semper in hostem faciant ire, usque dum pauper factus volens nolens suum proprium tradat aut vendat; alii vero qui traditum habent absque ullius inquietudine domi resideant[1].

4. Quod episcopi et abbates sive comites dimittunt eorum liberos homines ad 10 casam in nomine ministerialium, similiter et abbatissae: hi sunt falconarii, venatores, telonearii, praepositi, decani et alii qui missos recipiunt et eorum sequentes[2].

5. Dicunt etiam alii, quod illos pauperiores[b] constringant et in hostem ire faciant, et illos qui habent quod dare possint ad propria dimittunt.

6. Dicunt ipsi comites, quod alii eorum pagenses non illis obediant nec bannum 15 domni imperatoris adimplere volunt, dicentes quod contra missos domni imperatoris pro heribanno debeant rationem reddere nam non contra comitem[3]; etiam etsi comes suam domum illi in bannum miserit, nullam exinde habeat reverentiam, nisi intret in domum suam et faciat quaecumque ei libitum fuerit[4].

7. Sunt etiam alii qui dicunt se esse homines Pippini et Chluduici et tunc pro- 20 fitentur se ire ad servitium dominorum suorum, quando alii pagenses in exercitum pergere debent[5].

8. Sunt iterum et alii qui remanent et dicunt, quod seniores eorum domi resideant et debeant cum eorum senioribus pergere, ubicumque iussio domni imperatoris fuerit. Alii vero sunt qui ideo se commendant ad aliquos seniores, quos sciunt in 25 hostem non profecturos.

9. Quod super omnia maius fiunt inoboedientes ipsi pagenses comiti et missos decurrentes, quam antea fuissent.

10. De illis hominibus, qui parentes eorum, matrem aut materteram aut patruelem aut quemlibet de sua genealogia occidunt, ut per illos non fiant conquisiti. Sunt 30 et alii qui de ipsa genealogia non debent esse inclinati, attamen fiunt propter illam occasionem inclinati.

b) pauperes *prima manu* 2.

1) *Cfr. capit. Theodonisv.* 805. *II, c.* 19. 2) *Cfr. Cap. de exerc. promov.* 808, *c.* 4. 3) *Capit. omnib. cogn. fac., supra C.* 57, *c.* 2; *Karoli Capit. miss. ital., infra C.* 99, *c.* 13. 4) *Capit. de part.* 35 *Saxon., supra C.* 26, *c.* 27. 5) *Cfr. capit. de exerc. promov.* 808, *c.* 9.

74. CAPITULARE BONONIENSE.

811 Oct.

Editur capitulare hoc de rebus exercitalibus (caput 9 *tantum* praesenti anno *valere dicitur) e codicibus* 1) *Paris.* 4995. *fol.* 33 v. 2) *Paris.* 9654. *fol.* 28. 3) *Vaticano inter Palatin.* 582. *fol.* 31. 4) *Vatican. inter codd. reg. Christinae* 1036. *fol.* 48 v. — 5 *Codex etiam Vatican. reg. Christ.* 1728. *sc. XVII. scriptus capitulare continet.*

Ad huius capitularis originem illustrandam haec annalium Einhardi dictorum ad a. 811 *verba pertinent:* Ipse (imperator) autem interea propter classem quam anno superiore fieri imperavit videndam ad Bononiam civitatem maritimam, ubi eaedem naves congregatae erant, accessit farumque ibi ad navigantium cursus dirigendos antiquitus 10 constitutam restauravit et in summitate eius nocturnum ignem accendit. Inde ad Scaldim fluvium veniens in loco qui Ganda vocatur naves ad eandem classem aedificatas aspexit et circa medium Novembrium Aquas venit.

(B, I, 493; *P. I,* 172.*)*

Capitula[a] quae domnus imperator constituit Bononiae quae est in littore 15 maris anno regni sui XLIV. mense Octobrio indictione quinta[b].

Quicumque[c] liber homo in hostem bannitus fuerit et venire contempserit, plenum heribannum[d], id est solidos sexaginta, persolvat, aut si non habuerit unde illam summam persolvat semetipsum pro wadio in servitium principis tradat[1], donec per tempora ipse bannus ab eo fiat persolutus; et tunc iterum ad statum libertatis suae re- 20 vertatur. Et si ille homo qui se propter heribannum in servitium tradidit in illo servitio defunctus fuerit, heredes eius hereditatem, quae ad eius pertinent, non perdant nec libertatem[2], nec de ipso heribanno[d*] obnoxii fiant.

2. Ut non per aliquam occasionem, nec de wacta nec de scara nec de warda nec pro heribergare[e] neque pro alio banno, heribannum comis exactare praesumat, nisi mis- 25 sus noster prius heribannum ad partem nostram recipiat[3] et ei suam tertiam partem exinde per iussionem nostram donet. Ipse vero heribannus non exactetur neque in terris neque in mancipiis, sed in auro et argento, palleis[f] adque armis et animalibus atque pecoribus[g] sive talibus[h] speciebus quae ad utilitatem pertinent[4].

3. Quicumque homo nostros honores habens[i] in ostem bannitus fuerit et ad con- 30 dictum placitum non venerit, quot diebus post placitum condictum venisse conprobatus fuerit, tot diebus abstineat a carne et vino.

4. Quicumque absque licentia vel permissione principis de hoste reversus fuerit, quod factum Franci herisliz[k] dicunt, volumus ut antiqua constitutio id est capitalis sententia erga illum puniendum custodiatur[5]. 35

a) Incipiunt cap. 4. b) VI, 2. 3. c) *In cod.* 4 *capitulis rubricae praefiguntur e tertio Ansegisi libro desumtae.* d) heirbannum 1; *item infra.* d*) banno 4. e) heirbare 1; heirbergare 4. f) *sic* 1—4; *fortasse* pannis *corrig. secundum Cap. Theodonisv.* 805. II, *c.* 19. g) pecudibus 2. 3. h) utilis 1. i) *deest* 2. 3. k) herisclíz 1. 4. l) eis 2. 3.

1) *Cfr. supra cap. ab Ans. servata* 810. 811, *c.* 3. 2) *Capit. legib. add.* 803, *c.* 8. 3) *Cfr. cap. de* 40 *reb. exercit.* 811, *c.* 6. 4) *Cfr. capit. Theodonisv.* 805. II, *c.* 19. 5) *Cfr. capit. miss. Aquisgr.* 810. I, *c.* 13.

5. Quicumque ex his[l] qui beneficium principis habent parem suum contra hostes communes in exercitu pergentem dimiserit et cum eo ire vel stare noluerit, honorem suum et beneficium perdat.

6. Ut in hoste nemo parem suum vel quemlibet alterum hominem bibere roget[6]. Et quicumque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita excommunicetur, ut in bibendo sola aqua utatur, quousque male fecisse cognoscat.

7. De vassis[m] dominicis qui adhuc intra casam serviunt et tamen beneficia habere noscuntur statutum est, ut quicumque ex eis cum domno imperatore domi remanserint vassallos suos casatos secum non retineant, sed cum comite cuius pagenses sunt ire permittat[7].

8. Constitutum est, ut secundum antiquam consuetudinem praeparatio ad hostem faciendam indicaretur et servaretur, id est victualia de marca ad tres menses et arma atque vestimenta ad dimidium annum[8]. Quod tamen ita observari placuit, ut his qui de Reno ad Ligerem pergunt, de Ligere initium victus[n] sui conputetur; his vero qui de Ligere ad Renum iter faciunt, de Reno trium mensium victualia habenda esse dicatur[o]; qui autem trans Renum sunt et per Saxoniam pergunt, ad Albiam[p] marcam esse sciant; et qui trans Ligerem manent, atque in Spaniam proficisci debent, montes Pirineos marcam sibi esse cognoscant.

9. Quicumque liber homo inventus fuerit anno praesente cum seniore suo in hoste non fuisse, plenum heribannum persolvere cogatur[9]. Et si senior vel comis illius eum domi dimiserit, ipse pro eo[q] eundem bannum persolvat; et tot heribanni ab eo exigantur, quot homines domi dimisit. Et quia nos anno praesente unicuique seniori[r] duos homines quos domi dimitteret concessimus, illos volumus ut missis nostris ostendant, quia his[s] tantummodo heribannum concedimus[10].

10. Constitutum est, ut nullus episcopus aut abbas aut abbatissa vel quislibet rector aut custos aecclesiae bruniam vel gladium sine nostro permisso cuilibet homini extraneo aut dare aut venundare praesumat, nisi tantum vassallis suis. Et si evenerit, ut in qualibet ecclesia vel in sancto loco plures brunias habeat quam ad homines rectores[s*] eiusdem ecclesiae sufficiant, tunc principem idem[t] rector[u] ecclesiae interroget, quid de his fieri debeat[v].

11. Ut quandocumque navigium mittere volumus, ipsi seniores in ipsis navibus[w] pergant, et ad hoc sint praeparati.

l) eis 2. 3. m) vasallis 1. n) viatus 1. o) denoscatur 2. 3. p) libiam 2. 3. q) eo *om.* 1. 4. r) seniorum 1. s) hisque 1. s*) rectoris *corrig. videtur.* t) id est 1 — 3. u) rectorem 3; rectoris 4. v) precipiat 2. 3. w) navigibus 1.

6) *Cfr. capit. missor.* 803, *c.* 16. 7) *Cfr. cap. missor. de exerc. prom.* 808, *c.* 9. 8) *Cfr. infra Karoli ad Fulr. abb. epist.* 804—811. 9) *Cfr. contra Cap. Theodonisv.* 805. II, *c.* 19. 10) *Cfr. Cap. missor. de exerc. prom.* 808, *c.* 3. 5.

75. KAROLI AD FULRADUM ABBATEM EPISTOLA.

804—811.

Legitur in codice Hermanni abbatis Altahensis in tabulario regio Monacensi servato, ubi in folii 75 *margine scripta est haec epistola posteriori manu saeculi decimi tertii. Primo eam ex ipso codice edidit Pez, thesaurus anecdotorum VI*[a], *pag.* 73, *postremo Jaffé, biblioth. rerum german. IV. pag.* 387 *inter Carolinas epistolas.*

*Data videtur epistola ad Fulradum S. Quintini Veromanduensem, postea etiam Laubiensem abbatem, qui commemoratur etiam in missorum dominicorum capitulis (infra C.*85.*) Epistolam post annum* 800 *esse datam exordium probat; placitum generale cum ad Salam Saxonicam hac epistola indicetur, ex annalibus collegere licet, eam intra annos* 804 *et* 811 *esse scriptam. Plerumque epistola adscribitur anno* 806, *quo Karolum filium iussu patris in Soraborum terram hostilem expeditionem fecisse constat. Sed pro certo talis epistolae origo statui non potest.* *(B. deest; P. I,* 145.*)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Carolus serenissimus augustus a Deo coronatus, magnus pacificus imperator, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Longobardorum, Fulrado abbati.

Notum sit tibi, quia placitum nostrum generale anno presenti condictum habemus infra Saxoniam in orientali parte, super fluvium Bota[a] in loco que dicitur Starasfurt[1]. Quapropter precipimus tibi, ut pleniter cum hominibus tuis bene armatis ac preparatis ad predictum locum venire debeas XV.[b] Kal. Iul. quod est septem diebus ante missam sancti Iohannis baptiste. Ita vero preparatus cum hominibus tuis ad predictum locum venies, ut inde, in quamcumque partem nostra fuerit iussio, et exercitaliter ire possis; id est cum armis atque utensilibus necnon et cetero instrumento bellico, in victualibus et vestimentis. Ita ut unusquisque cabalarius habeat scutum et lanceam et spatam et semispatum[c], arcum et pharetras cum sagittis; et in carris vestris utensilia diversi generis, id est cuniada et dolaturia, tarratros, assias, fosorios, palas ferreas et cetera utensilia que in hostem sunt necessaria. Utensilia vero ciborum in carris de illo placito in futurum ad tres menses, arma et vestimenta ad dimidium annum[2]. Et hoc omnino precipimus ut observare facietis, ut cum bona pace pergatis ad locum predictum, per quamcumque[d] partem regni nostri itineris vestri rectitudo vos ire fecerit, hoc est ut preter herbam et ligna et aquam nichil de ceteris rebus tangere presumatis[3]; et uniuscuiusque vestri homines una cum carris et caballariis suis vadant et semper cum eis sit usque ad locum predictum, qualiter absencia domini locum non det hominibus eius mala faciendi.

Dona vero tua quae ad placitum nostrum nobis presentare debes nobis medio mense Maio transmitte ad locum ubicumque tunc fuerimus; si forte rectitudo itineris tui ita se conparet, ut nobis per te ipsum in profectione tua ea presentare possis, hoc magis optamus. Vide[e] ut nullam negligentiam exinde habeas, sicut gratiam nostram velis habere.

a) Rota *c.* b) XII. *c., quod corrig. est secundum diei notam quae sequitur.* c) senispatum *c.* d) quacumque *c.* e) inde *c.*

1) *Stassfurt super fluvium Bode, versus meridiem a Magdeburg.* 2) *Cfr. cap. Bonon.* 811, *c.* 8. 3) *Pipp. Capit. Aquitan.* 768, *c.* 6.

76. PRAECEPTUM PRO HISPANIS.

812. Apr. 2.

Editum est a Baluzio ex archivo archiepiscopi Narbonensis, postremo anno 1876 *in 'Histoire générale de Languedoc, nouvelle édition', tom. II*[b] *p.* 73 *nro.* 20 *ex eodem* 5 *documenti apographo hodie codice signato lat.* 11015. *fol.* 8, *quam editionem sequimur. Edicto inscriptum est secundum Baluzium:* Hoc est praeceptum concessionis atque donationis quam fecit Karolus imperator profugis Hispanis. *B. I,* 499; *P. deest.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Karolus, serenissimus augustus, a Deo coronatus, magnus pacificus imperator, Romanum gubernans imperium, qui et 10 per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum Berane, Gauscelino, Gisclafredo, Odilone, Ermengario, Ademare, Laibulfo et Erlino comitibus.

Notum sit vobis, quia isti Ispani de vestra ministeria, Martinus presbyter, Iohannis, Quintila, Calapodius, Asinarius, Egila, Stephanus, Rebellis, Ofilo, Atila, Fredemirus, Amabilis, Christianus, Elpericus, Homodei, Jacentius, Esperandei, item Stepha- 15 nus, Zoleiman, Marchatellus, Theodaldus, Paraparius, Gomis, Castellanus, Ardaricus Wasco, Wisisus, Witericus, Ranoidus, Sunicfredus, Amancio, Cazerellus Longobardus, Zate, militeis, Odesindus, Walda, Roncariolus, Mauro, Pascales, Simplicio, Gabinus, Solomo presbyter, ad nos venientes suggesserint quod multas obpressiones sustineant de parte vestra et iuniorum vestrorum. Et dixerunt, quod aliqui pagenses fiscum 20 nostrum sibi alter alterius testificant ad eorum proprietatem et eos exinde expellant contra iustitiam et tollant nostram vestituram, quam per triginta annos seu amplius vestiti fuimus, et ipsi per nostrum donitum de eremo per nostram datam licentiam retraxerunt. Dicunt etiam, quod aliquas villas, quas ipsi laboraverunt, laboratas illis eis abstractas habeatis et beboranias[1] illis superponitis, et saiones[2] qui per fortia super eos exactant.

25 Quamobrem iussimus Iohanne archiepiscopo[3] misso nostro, ut ad dilectum filium nostrum Lodoicum regem veniret et hanc causam ei per ordinem recitaret. Et mandavimus illi, ut tempore oportuno illuc veniens, et vos in eius praesentiam venientes, hordinare faciat, quomodo aut qualiter ipsi Ispani vivere debeant. Propterea has litteras fieri praecepimus atque demandamus, ut neque vos neque iuniores vestri memora- 30 tos Ispanos nostros, qui ad nostram fiduciam de Ispania venientes, per nostram datam licentiam erema loca sibi ad laboricandum propriserant et laboratas habere videntur, nullum censum superponere praesumatis neque ad proprium facere permittatis; quoad usque illi fideles nobis aut filiis nostris fuerunt, quod per triginta annos abuerint per aprisionem[4], quieti possideant et illi et posteritas eorum, et vos conservare 35 debeatis. Et quicquid contra iustitiam eis vos aut iuniores vestri factum habetis aut si aliquis eis iniuste abstulistis, omnia in loco restituere faciatis, sicuti gratiam Dei et nostram vultis habere propitiam.

Et ut certius credatis, de anulo nostro subter sigillari iussimus. Guidbertus diaconus ad vicem Ercambaldi recognovit.

40 Data IV. Nonas Aprili, anno Christo propicio imperii nostri XII, regni vero in Francia XLIV.[a] atque XXXVIII. in Italia, indictione quinta.

Actum Aquisgrani palacio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

a) LIIII. *cod.*

1) *Praestationes.* 2) *Comitum apparitores apud Wisigothos.* 3) *Arelatensi.* 4) *Germ. in* 45 *medio aevo* bivanc, bifang.

77. CAPITULARE AQUISGRANENSE.

801—813.

Exstat in codicibus 1) *Paris.* 10758. *pag.* 256. 2) *Paris.* 4628 *A. fol.* 144. 3) *Paris.* 4638. *fol.* 70. 4) *Paris.* 9654. *fol.* 70ᵛ. 5) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 78ᵛ. 6) *Ashburnham. Barrois* 73. 7) *Middlehill.* 1762. 8) *Bamberg.* 60. *fol.* 66ᵛ.

Capitulare in codicibus omnibus inter Hludowici Pii capitularia post Ansegisianam collectionem recensetur, nihilominus autem, ut prologus docet, Karolo Magno eiusque imperii annis tribuendum est. Anno 813 *ipsum esse adscribendum codices manuscripti minime probant: nam in nullo verba quae Pertzius capitulari praefixit*: De anno tertio decimo *huic capitulari vere praefixa leguntur. Sane Karolus testibus annalibus Einhardi dictis generalem conventum Aquis in palatio anno* 813 *habuit ibique Hludowicum filium imperatorem coronavit; sed in hoc conventu capitulare nostrum esse datum, tamen pro certo statui non potest, cum semper fere imperator posterioribus vitae annis Aquis versaretur. Pertzius quidem ad capitulare nostrum retulit verba in Moissiacensi chronico ad a.* 813 *scripta (Mon. Germ. Scriptt. I, p.* 310*)*: De omni regno et imperio suo convenerunt episcopi... et senatus Francorum in Aquis; et ibidem constituerunt capitula quadraginta sex de causis quae necessariae erant ecclesiae Dei et populo christiano, *iungens scilicet cum his viginti capitulis alia viginti sex e conciliis anni* 813 *excerpta. Sed in nullo codice capitula e conciliis excerpta nostro capitulari iunguntur vel subnectuntur, et verba illa chronici Moissiacensis rectius Baluzius ad Francorum Chamavorum legis capitula* 46 *retulisse videtur, cum huius legis capite primo* de causis ecclesiae et de illis Dei servis qui ibidem deserviunt *agatur.*

Caeterum haec capitula in prologo dicuntur constituta ex lege Salica, Romana atque Gombata: *quod ita intellegendum esse duco, ut capitula data sint regni Francorum parti tantum occidentali, in qua leges illae vigebant. Nam cum ipsis legibus capitula non cohaerent.* *(B. I,* 505; *P. I,* 187.*)*

Karolus[a] serenissimus imperator augustus, a Deo coronatus, magnus et pacificus, cum episcopis, abbatibus, comitibus, ducibus omnibusque fidelibus christianae ecclesiae cum consensu consilioque constituit ex lege Salica, Romana atque Gombata[b] capitula ista in palatio Aquis, ut unusquisque fidelis iustitias ita[c] faceret: qui[d] et ipse manu propria firmavit capitula ista, ut omnes fideles manu roborare studuissent.

1. Ut episcopi circumeant parrochias sibi commissas et ibi inquirendi studium habeant de incestu, de patricidiis, fratricidiis, adulteriis, cenodoxiis et alia mala quae contraria sunt Deo, quae in sacris scripturis leguntur[e] quae christiani devitare debent. Et infra illorum parrochias ecclesiae, cui[f] necesse est, emendandi curam habeant; similiter nostras a nobis in beneficio datas quam et aliorum, ubi[g] reliquiae[g] praeesse videntur. Et ut monachi per verbum episcopi et per regimen abbatis et per bona illorum exempla regulariter vivant, prout loca locata sunt. Et ut praepositus et hi qui foras monasteria sunt, ne venatores[h] habeant; quia iam frequenter iussimus, ne monachi foras monasterio habitassent.

a) Karlus 1. 3. b) gundobada 5; congregata *corr.* 4. c) istas 4—6. d) *ita* 6; quae 1—5. e) legitur 3—5. f) quibus 3-5. g) *desunt* 4. 5. h) venditores 4. 5

2. Ut ecclesiae, viduae, pupilli per bannum regis pacem habeant. Sin aliter, in praesentia nostra hoc veniat, si fieri potest; sin autem, missi nostri investigent illud quomodo gestum sit.

3. Ut[i] iumenta pacem habeant similiter per bannum regis.

5 4. Ut hi qui beneficium nostrum habent bene illud inmeliorare in omni re studeant; et ut missi nostri hoc sciant.

5. Ut vicarii nostri[k] vel centenarii a servo regis mancipia ne emant. Et ut ipsi vicarii de hereditate, foris heredibus[l] si extiterit, ad opus nostrum recipiatur, ne illud fraudetur.

10 6. De his qui a[m] litterarum conscriptione ingenui fuerint, si sine traditione mortui fuerint, hereditas eorum ad opus nostrum recipiatur; nec comis nec vicarius illud sibi societ, sed ad opus nostrum revocetur. Similiter volumus ut banni nostri de illis unde censa exigunt, ut ipsa censa ad nostrum opus vel ubi nos iubemus veniant.

7. De hereditate inter heredes, si contentiose egerint, et rex missum suum ad 15 illam divisionem transmiserit, decimum mancipium et decimam virgam hereditatis fisco regis detur[1].

8. Ut vicarii luparios habeant, unusquisque in suo ministerio duos; et ipse[n] de hoste pergendi et de placito comitis vel vicarii ne custodiat[o], nisi clamor super eum eveniat[p]. Et ipsi[q] certare studeant de hoc ut profectum exinde habeant, et ipsae[r] pelles 20 luporum ad nostrum opus dentur[2]. Et unusquisque de his qui in illo ministerio placitum custodiunt dentur[s] eis modium unum de annona[s][3].

9. De hoste pergendi, ut comiti in suo comitatu per bannum unumquemque hominem per sexaginta solidos in hostem pergere bannire studeat, ut ad placitum denuntiatum ad illum locum ubi iubetur veniant. Et ipse comis praevideat quomodo sint 25 parati, id est lanceam, scutum et[t] arcum cum duas cordas, sagittas duodecim. De his uterque habeant. Et episcopi, comites, abbates hos homines habeant qui hoc bene praevideant[u] et ad diem denuntiati placiti veniant et ibi ostendant quomodo sint parati. Habeant loricas vel galeas et temporalem hostem, id est aestivo tempore.

10. Ut[4] regis spensa in carra ducatur, simul episcoporum, comitum, abbatum et 30 optimatum regis: farinam, vinum, baccones et victum abundanter, molas, dolatorias, secures, taretros, fundibulas[v], et illos homines qui exinde bene sciant iactare. Et marscalci regis adducant eis petras in saumas viginti, si opus est. Et unusquisque hostiliter sit paratus, et omnia utensilia sufficienter habeant. Et unusquisque comis duas partes de herba in suo comitatu defendat ad opus illius hostis, et habeat pontes bonos, 35 naves[w] bonas.

11. Ut comites, unusquisque in suo comitatu, carcerem habeant; et iudices atque vicarii patibulos habeant.

12. Ut homines boni generis, qui infra comitatum inique vel iniuste agunt, in praesentia regis ducantur; et rex super eos districtionem faciat carcerandi, exiliandi us- 40 que ad emendationem illorum.

13. Ut vicarii munera ne accipiant pro illos latrones, qui ante comite iudicati

i) *Caput* 3 *om.* 6. k) *deest* 6. l) exheredibus 4. 5. m) a *om.* 4. 5. n) ipsi 4. 5. o) custodiant 4. 5. p) veniat 4. 5. q) ipsa 1. 2. r) ipsas 1. 2. s) modium unum de annona accipiant 3. t) *ita* 3—5; aut 1. 2. 6; *cfr. Karoli M. ad Fulrad. abb. epist. supra C.* 75 *et capitulare de villis* supra 45 *C.* 32, *c.* 64. u) provideant 3—5. v) fondibulas 1. 2. w) et naves 2. 6.

1) *Cfr. Marculf. I,* 20. 2) *Capit. de villis supra C.* 32, *c.* 69. 3) *Singuli pagenses liberi singulos modios dent lupario.* 4) *Cfr. capit. de villis c.* 64.

fuerint ad mortem; quod si hoc perpetraverint, tale iudicium sustineant, sicut et latro iudicatus fuit; quia postquam scabini eum diiudicaverint, non est licentia comitis vel vicarii ei vitam concedere. Sed si bannus[5] ei iudicatus fuerit, et banno peracto, stet in eo interim, usquedum comiti et eo qui clamorem[6] vel causam ad eum habuit, et tunc sit foris banno. 5

14. Ut episcopi et abbates advocatos habeant, et ipsi habeant in illo comitatu propriam hereditatem; et ut ipsi recti et boni sint et habeant voluntatem recte et iuste causas perficere[7].

15. Ut vicarii eos qui pro furto se in servitio tradere cupiunt non consentiant, sed secundum iustum iudicium terminetur[8]. 10

16. Quod nullus seniorem suum dimittat postquam ab eo acciperit valente solido uno, excepto si eum vult occidere aut cum baculo caedere vel uxorem aut filiam maculare seu hereditatem ei tollere.

17. Quod nullus in hoste baculum habeat sed arcum.

18. De forestis, ut forestarii bene illas defendant, simul et custodiant bestias et 15 pisces. Et si rex alicui[x] intus foreste feramen unum aut magis dederit, amplius ne prendat quam illi datum sit[9].

19. Ut vilicus bonus, sapiens et prudens in opus nostrum eligatur, qui sciat rationem misso nostro reddere et servitium perficere, prout loca locata sunt, aedificia emendent, nutriant porcos, iumenta, animalia, ortos, apes, aucas, pullos, vivaria cum 20 pisces, vennas, molina, stirpes, terram aratoriam studeant femare; in forestis mansum regale, et ibi vivaria cum pisces, et homines ibi maneant. Et plantent vineas, faciant pomaria, et ubicumque inveniunt utiles homines, detur illis silva ad stirpandum[10], ut nostrum servitium inmelioretur. Et ut feminae nostrae, quae ad opus nostrum sunt servientes, habeant ex partibus nostris lanam et linum, et faciant sarciles[y] et camisiles[y], 25 et perveniant ad cameram nostram per rationem per vilicis nostris aut a missis eius a se transmissis.

20. Et[z] si quis de[a] fidelibus nostris[a] contra adversarium suum pugnam aut aliquod certamen agere voluit, et convocavit ad se aliquem de conparis suis ut ei adiutorium praebuisset, et ille noluit et exinde neglegens permansit, ipsum bene- 30 ficium quod habuit auferatur ab eo et detur ei qui in stabilitate et fidelitate sua permansit[11].

x) *deest* 1. 6. y) sarcil̄ et camisil̄ 1. 6; sarcillos et camisilos 4. 5. z) Ut 3. 6. a) *ita* 4. 5; fidelibus suis 1. 2; de fid. n. *om.* 6.

5) *Capit. Aquisgr.* 809, *c.* 4; verfestung. 6) Klage; *cfr. supra c.* 8. 7) *Capit. Theodonisv.* 35 805. II, *c.* 12. 8) *Cfr. Capit. Haristall.* 779, *c.* 23. 9) *Cfr. Capit. miss. gener.* 802, *c.* 39; *Capit. de villis c.* 36. 10) *Capitul. de villis c.* 36. 11) *Cfr. Capit. Bonon.* 811, *c.* 5.

78. CAPITULA E CANONIBUS EXCERPTA.

813.

Leguntur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 27v. 2) *Vaticano inter Palatinos* 582. *fol.* 31. 3) *Vatic. inter Palat.* 289. *fol.* 58; *capita* 3. 15 *etiam in cod.* 4) *Monacensi* 3853. *fol.* 261. *In codd.* 1. 2 *inscripta sunt:* De anno tertio decimo.

Ad horum capitum originem haec referri possunt quae in Einhardi annalibus ad annum 813 *leguntur:* concilia quoque iussu eius (imperatoris) super statu ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogontiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillione, quintum Arelati congregatum est, et constitutionum quae in singulis factae sunt collatio coram imperatore in illo conventu (Aquisgranensi) habita. *Quae verba bene congruunt cum Arelatensis concilii epilogo hoc:* 'Haec igitur... quam brevissime adnotavimus et domino imperatori praesentanda decrevimus poscentes eius clementiam, ut si quid hic minus est, eius prudentia suppleatur; si quid secus quam se ratio habet, eius iudicio emendetur; si quid rationabiliter taxatum est, eius adiutorio divina opitulante clementia perficiatur'. *Fortasse* collatio *illa ab Einhardo dicta his capitulis continetur, quae secundum Arelatense concilium ordinata apparent, ita tamen, ut haud pauca capitula Mogontinensis concilii canonum verbis magis quam Arelatensis adaptata sunt. Caeterum conciliorum canones his capitulis potius abbreviantur quam augentur et supplentur; ubi codicum nostrorum lectiones variant, codices* 1. 2 *semper fere ad canonum verba propius accedunt quam codex* 3.

Edidit Pertzius (Leges II, 552—554*) e codice quodam Monacensi olim Frisingensi* concordiam *quandam synodorum quinque anno* 813 *habitarum et capitularis nostri, quod* capitulare dominicum *saepe in ipsa nominatur. Haec* concordia *a synodo quadam, cui imperator non interfuit, anno* 813 *haud dubie decreta est, ut ipsius capita* 12 *sub fine et* 27 *demonstrant; capitularibus igitur inserenda non erat.*

(B. I, 501; *P. I,* 189.*)*

1. Cap. De[1] baptismo, ut unusquisque archiepiscopus suos suffraganeos diligenter ac studiosae admonere studeat, ut unusquisque suos presbiteros puriter investigare non neglegat, baptismatis sacramentum qualiter agant, et[a] hoc eos studiose doceant ut ordinabiliter fiat[b].

2. Ut[2] laici presbiteros non eiciant de ecclesiis nec mittere praesumant sine[b] consensu episcoporum[b].

3. Ut[3] laici omnino non audeant munera exigere a presbiteris propter commendationem ecclesiae cuique presbitero.

4. Providendum[4] necesse est, qualiter canonici vivere debeant necnon et monachi, ut secundum ordinem canonicum vel regularem vivere studeant.

5. De[5] monasteriis puellarum, ut presbitero oportuno tempore ad missarum solemnia liceat illic advenire et iterum ad proprias ecclesias redire.

a) et hoc studiosae cuncti episcopi presbiteros doceant 3. b) sine cons. ep. *om.* 1.

1) *Concil. Arelat.* 3. 2) *Concil. Arel.* 4; *Mogunt.* 29. 3) *Concil. Arel.* 5. 4) *ibidem* 6. 5) *Concil. Mogunt.* 26 *ac similiter Arelat.* 7.

6. Ut[6] plus non mittatur in monasterio canonicorum atque monachorum seu puellarum quam sufferre possint.

7. De[7] decimis admonendis.

8. De[8] incestuosis omnino investigandum, ut ab ecclesia expellentur, nisi penitentiam egerint. 5

9. Ut[9] pax sit et concordia inter episcopos et comites et reliquos clericos et[c] monachos[c] et laicos.

10. Ut[10] comites et iudices seu reliquus populus oboedientes sint episcopo et invicem consentient ad iustitias faciendas et munera pro iudicia non accipiant nec falsos testes. 10

11. Ut[11] unusquisque propter inopiam famis suos familiares et ad se pertinentes gubernare studeat.

12. Ut[12] unicuique episcoporum liceat de thesauro ecclesiae pauperibus erogare nutrimentum secundum canones cum testibus.

13. Ut[13] pondera[d] vel mensura[d] ubique aequalia sint et iusta. 15

14. De[14] officio praedicationis, ut iuxta quod intellegere[e] vulgus[e] possit assiduae fiat.

15. Ne[15] in dominicis diebus mercatum fiat neque[f] placitum, et[g] ut his diebus nemo ad poenam vel ad mortem iudicetur, et de operis cavendis ammoneatur[g].

16. Ut[16] unusquisque episcopus interim circumeat parrochiam[h] suam docendo et 20 ammonendo et quaeque sunt necessaria emendare studeat; et si quid emendare nequiverit[h], ad praedictum placitum preferat.

17. Ut[17] presbiteri sub sigillo custodiant crisma et nulli sub praetextu medicinae vel maleficii donare praesumant: si fecerint, honore priventur.

18. De[i][18] fide: unusquisque compater vel parentes vel proximi filios suos spiri- 25 tales catholice instruant, ita ut coram Deo ratiocinare debeat[i].

19. Ut[19] ecclesiae antiquitus constitutae nec decima nec alia ulla possessione priventur, ita ut novis tribuatur ecclesiis[k].

20. Ut[20] mortui in ecclesia non sepeliantur, nisi episcopi aut abbates vel fideles et[l] boni[l] presbiteri. 30

21. Ut[21] placita in domibus vel atriis ecclesiarum minime fiant.

22. Ut[22] comites vel vicarii seu[m] iudices[m] aut centenarii sub mala occasione vel ingenio res pauperum non emant nec vi tollant; sed quisque hoc conparare voluerit, in publico placito coram episcopo fiat.

23. Ut[23] unusquisque episcopus in sua parrochia presbiteros vel[n] alios clericos[n] 35 diligenter inquirat et[o] fugitivos ad loca sua redire faciat et ad proprium episcopum suum[o].

c) et mon. *om.* 3. d) mensurae et pondera 3. e) bene vulgaris populus intelligere 1. f) aut 3. g) *ita* 1. 2. 4; ubi quis ad mortem iudicetur aut ad poenam et de opere cavendo 3. h) *ita* 1. 2; suam parrochiam et res necessarias emendat; et si quid non quiverit 3. i) *ita* 1. 2; Ut unusquisque copater 40 vel proximus filiolus spiritales catholicae instruat, qualiter coram deo rationem reddet 3. k) eccl. *om.* 3. l) *desunt* 3. m) *desunt* 3. n) vel alios clericos *om.* 3. o) *ita* 1. 2; unde sint, et si quem fugitivum invenerit ad suum episcopum redire faciat 3.

6) *Concil. Mogunt.* 19 *ac similiter Arelat.* 8. 7) *Concil. Arel.* 9. 8) *Concil. Mogunt.* 53 *ac similiter Arel.* 11. 9) *Concil. Mogunt.* 5 *ac similiter Arel.* 12. 10) *Concil. Arel.* 13. 11) *ibid.* 14. 45 12) *Concil. Turon.* 11. 13) *Concil. Arel.* 15. 14) *Concil. Mogunt.* 25. 15) *Concil. Arel.* 16. 16) *ibid.* 17. 17) *ibid.* 18. 18) *Concil. Mogunt.* 47 *ac similiter Arel.* 19. 19) *Concil. Mogunt.* 41 *ac simil. Arel.* 20. 20) *Concil. Mogunt.* 52 *ac simil. Arel.* 21. 21) *Concil. Mog.* 40 *ac simil. Arel.* 22. 22) *Concil. Arel.* 23. 23) *Concil. Mogunt.* 31 *ac simil. Arel.* 24.

24. Quicumque[24] beneficium ecclesiasticum habet, ad tecta ecclesiae restauranda vel ipsas ecclesias omnino adiuvet.

25. Ut[25] qui publico crimine convicti sunt rei, publice iudicentur et publicam poenitentiam agant secundum canones.

5 26. Ut[26] presbiteri bene[p] vivere studeant et ita populum doceant.

p) et iuste *add.* 3.

24) *Concil. Mog.* 42 *ac sim. Arel.* 25. 25) *Concil. Arel.* 26. 26) *ibid.* 10.

---

79. CAPITULA ORIGINIS INCERTAE.

813 vel post.

10 *Edita sunt a Sirmondo (Concil. Gall. II. p.* 323*) e codice quodam Gandavensi hodie incognito, in quo subnexa erant capitulari e canonibus excerpto proxime ante edito. Ipsius capitularis haec quae sequuntur capitula haud dubie partes non fuerunt, cum capita* 3. 4 *ad verbum fere consentiant cum superioris capitularis capitibus* 4. 5. *Capitula post concilia anno* 813 *celebrata sine dubio data sunt, cum ex ipsorum con-*
15 *ciliorum canonibus capita haec* 3 *et* 4 *hausta sint; missorum capitulis adnumeranda videntur.* *(B. I,* 505; *P. I,* 190.*)*

Ut hoc inquiratur, si de partibus Austriae verum est quod dicunt an non, quod presbiteri de confessionibus accepto pretio manifestent latrones.

2. Ut inquiratur diligenter de faidosis hominibus, qui solent incongruas commo-
20 tiones facere tam in dominicis diebus quamque et aliis solemnitatibus sicuti et in feriaticis diebus: hoc omnino prohibendum est, ne facere praesumant.

3. Providendum[1] omnimodis ac diligenter exquirendum, qualiter canonici vivant necnon et monachi, ut unusquisque eorum secundum ordinem canonice ac regulariter vivant, et[a] non similiter[a]; id[2] est, ut refectoria et dormitoria una simul observentur,
25 quemadmodum iamdudum in capitulis nostris iniunctum habemus.

4. De[3] monasteriis puellarum, ut presbyteris certo tempore ad missarum solemnia celebranda liceat ad eas in ecclesia convenire, et mox ad proprias redire ecclesias. Caeteri vero clerici vel laici similiter observentur, ut nequaquam in eadem monasteria ingredi audeant, nisi necessitatis causa ipsius monasterii compulerit; hoc tamen cum
30 summa providentia episcopi vel abbatissae fiat. Similiter et hoc pleniter observandum sit, ut feminae per domos clericorum minime discurrant.

a) *Verba corrupta videntur.*

1) *Concil. Arelat.* 813, *c.* 6. 2) *Cfr. Concil. Turon.* 813, *c.* 23. 3) *Concil. Mogunt.* 813, *c.* 26.

80. CAPITULARE DE IUSTITIIS FACIENDIS.

811—813.

Legitur in codicibus 1) *Paris.* 9654. *fol.* 29. 2) *Vatic. inter Palat.* 582. *fol.* 32ᵛ. 3) *Vaticano inter codd. reg. Sueciae* 1036. *fol.* 51. *Codex etiam Vat. reg. Suec.* 1728 *recens apographum continet.*

Tam in codicibus quam apud Ansegisum capitulare collocatur post capitulare Bononiense anni 811 *et eam ob causam ultimis Karoli imperii annis recte adscribitur. Fortasse item Bononiae anno* 811 *datum est. Nam quod in concilio Rhemensi a.* 813. *c.* 44. *legitur:* Ut de falsis testibus eius (imperatoris) simili modo piissimum firmetur capitulum qualiter et hoc quod ille Bononiae statuit firmissimum habeatur... ne propter eorum falsa testimonia iniquaque periuria tot damna totque iniustitiae oriantur, *item ad capitularis nostri caput tertium referendum videtur, uti eiusdem concilii canon* 43 *ad capitularis nostri caput primum. Capitulare missis potissimum datum est.*

(*B. I,* 497; *P. I,* 174.)

Item capitula quae pro[a] iustitiis infra patriam faciendis[a] constituta sunt.

De termino causarum et litium statuimus, ut ex quo bonae memoriae domnus Pippinus rex obiit et nos regnare coepimus causae vel lites inter partes[b] factae atque exortae discutiantur et congruo sibi iudicio terminentur; prius vero, id est ante obitum praedicti domni Pippini regis, causae commissae vel omnino non moveantur vel salvae usque ad interrogationem nostram reserventur[1].

2[c]. Ut episcopi, abbates, comites et potentiores quique, si causam inter se habuerint ac se pacificare noluerint, ad nostram iubeantur venire praesentiam, neque illorum contentio aliubi diiudicetur[d] neque propter hoc pauperum et minus potentium iustitiae remaneant. Neque comes palatii nostri potentiores causas sine nostra iussione finire praesumat, sed tantum ad pauperum et minus potentium iustitias faciendas sibi sciat esse vacandum.

3. Ut quandocumque testes ad rem quamlibet discutiendam quaerendi atque eligendi sunt, a misso nostro et comite in cuius ministerio de rebus[e] qualibuscumque[e] agendum est tales eligantur, quales optimi in ipso pago inveniri possunt[2]. Et non liceat litigatores[f] per praemia[g] falsos testes adducere, sicut actenus fieri solebat[3].

4. Ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia iudicetur, sed ista aut in praesentia comitis vel missorum nostrorum iudicentur[4].

a) propter iustitias i. p. faciendas 3. b) pares 1. 2. c) *In cod.* 3 *huic capiti et sequentibus praefiguntur rubricae ex Ansegisi libro tertio desumtae.* d) divideretur, *corr.* finiatur 1. e) re qualicumque 3. f) litigatoribus 3. g) plurima 1. 2.

1) *Capit. missor.* 803, *c.* 9. *Ad hoc capitulum referri videtur concilii Rhemensis* 813 *habiti canon* 43: '*Ut eius (imperatoris) magnificum cuncto imperio eius suis et futuris temporibus firmetur capitulum, sive ab anno XXX. a quo adhuc testes haberi possunt seu etiam ab illo a quo felicissimum regnum eius sumpsit exordium, qualiter omnes lites et iurgia in sua misericordia terminum habere potuissent*'. 2) *Capit. legib. add.* 803, *c.* 11. 3) *Capit. Aquisgr.* 809, *c.* 6. 4) *Primum cap. miss.* 810, *c.* 3.

5. Ut missi nostri diligenter inquirant et describere faciant unusquisque in suo[h] missatico, quid unusquisque de beneficio habeat vel quot homines casatos in ipso beneficio[i].

6. Quomodo[k] eadem beneficia condricta sunt, aut quis de beneficio suo alodem 5 comparavit vel struxit[5].

7. Ut non solum beneficia episcoporum, abbatum, abbatissarum atque comitum sive vassallorum nostrorum sed etiam nostri fisci describantur, ut scire possimus quantum etiam de nostro[l] in uniuscuiusque legatione habeamus.

8. Volumus ut[m] propter iustitias quae usque modo de parte comitum remanserunt 10 quatuor tantum mensibus in anno missi nostri legationes suas[n] exerceant, in hieme Ianuario, in verno Aprili, in aestate Iulio, in autumno Octobrio. Ceteris vero mensibus unusquisque comitum placitum[o] suum[o] habeat et iustitias faciat. Missi autem nostri quater in[p] uno mense et in quatuor locis habeant placita sua cum illis comitibus, quibus congruum fuerit ut ad eum locum possint convenire.

15 9. Ut quicquid ille missus in illo missatico aliter factum invenerit quam nostra sit iussio, non solum illud emendare iubeat sed etiam ad nos ipsam rem, qualiter ab eo inventa est, deferat.

10. Ut missi nostri census nostros perquirant diligenter, undecumque antiquitus ad partem regis exire[q] solebant, similiter et freda; et nobis renuntient, ut nos ordine- 20 mus quid de his in futurum fieri debeat.

11. Ut de rebus unde census ad partem regis exire solebat, si ad aliquam ecclesiam traditae sunt, aut reddantur[r] propriis heredibus, aut qui eas retinuerit[s] illum censum persolvat.

12. Ut unusquisque missorum nostrorum in placito suo notum faciat comitibus 25 qui ad eius missaticum pertinent, ut in illis mensibus quibus ille legationem suam non exercet[t] conveniant inter se et communia placita faciant, tam ad latrones distringendos quam ad ceteras iustitias faciendas.

13. Ut missi nostri populum nostrum iterum nobis fidelitatem promittere faciant secundum consuetudinem iamdudum ordinatam[6]; et ipsi aperiant et interpretentur illis 30 hominibus, qualiter ipsum sacramentum et fidelitatem erga nos servare debeant[7].

h) *deest* 1. 2. i) habeat *add.* 3. k) *Anteriori iunctum in* 1. 2. l) nostra 1. 2. m) ut *om.* 1. 2. n) nostras 1. 2. o) placito suo 1. 2. p) *sic* 3; in anno mense 1. 2, *supra lineam addito numero* I. *in cod.* 2. q) venire *supra lineam* 1. r) tradantur 1. 2. s) vel *add.* 1. 2. t) facit 2.

35 5) *Capit. de causis diversis* (807 ?), *c.* 4. 6) *Cfr. capit. Niumag.* 806, *c.* 2. 7) *Capit. missor. gener.* 802, *c.* 2—9.

81. CAPITULA ECCLESIASTICA.
810—813?

Capita 1—19 *traduntur in Ansegisi collectione, ubi recensentur in libro I. capp.* 140—158; *caput* 20 *in eiusdem collectionis appendice I. capite* 30 *legitur et haud dubie cum anterioribus cohaeret, cum non solum capp.* 19. 20 *eandem originem prodant sed etiam in appendice prima ea capitula contineantur quae supplent capitularia in libro primo recepta.*

Capitula Karolo esse adscribenda Ansegisus suadere videtur; fortasse in imperatoris consilio vel conventu minori orta sunt, cum res quaedam dubiae (c. 19. 20.*) concilio maiori haud dubie reserventur. Dubito an paullo ante magna illa concilia anno* 813 *celebrata capitula haec edita sint: nam quae hic* ad interrogandum relinquuntur *fortasse decisa sunt in Moguntini illius anni concilii canonibus* 36 *et* 54, *et praeterea alia quoque capitula istius anni canonibus similia sunt (Cfr. capp.* 1. 2. 14. 18 *cum conc. Mog. can.* 30. 29. 52. 42*). Sine causa capita nostra anno* 809 *et conventui Aquisgranensi Pertzius adscripsisse videtur, cum praesertim* nihil *in ipso definitum esse affirment Einhardi annales.* *(B. apud Ans.; P. I,* 161.*)*

Ut nullus presbyter ad introitum ecclesiae exenia donet[1].

2. Ut nullus laicus presbyterum in ecclesia mittere vel eicere praesumat, nisi per consensum episcopi.

3. Ut episcopi praevideant, quem honorem presbyteri pro ecclesiis[a] senioribus[2] tribuant.

4. Ut decimae in potestate episcopi sint, qualiter a presbyteris dispensentur.

5. Ut ecclesiae vel altaria melius[b] construantur[b]. Et nullus presbyter annonam vel foenum in ecclesia mittere praesumat.

6. Ut ecclesiae vel altaria, quae ambiguae sunt de consecratione, consecrentur.

7. Ut presbyteri per parrochias suas feminis praedicent, ut linteamina altaribus praeparent.

8. Ut nullus presbyter alterius parrochianum, nisi in itinere fuerit vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat.

9. Ut nullus presbyter in alterius parrochia missam cantare praesumat, nisi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

10. Ut terminum habeat unaquaeque aecclesia, de quibus villis decimas recipiat.

11. Ut unusquisque presbyter res quas post diem consecrationis adquisierit proprias ecclesiae relinquat.

a) suis *add. complures codd.* b) melius a presbyteris conserventur *codd. nonnulli.*

1) *Recentiores conciliorum interpretes (Binterim, Hefele) hoc caput ita intellegunt, ut eleemosynas ante ecclesiarum ostia dare vetetur. Mihi idem potius caput edicere videtur quod in concil. Mogunt.* 813, *c.* 30 *ita statuitur: 'Ut laici munera iniusta non exigant a presbyteris propter commendationem ecclesiae cuiquam presbytero'. Pro his iniustis muneribus verbum 'exenia' saepe accipitur in legibus ecclesiasticis.*

2) *Conciliorum interpretes verbum 'senioribus' pro 'antiquis', scil. ecclesiis accipiunt; sed de honore potius ecclesiarum senioribus i. e. dominis vel patronis debito agi videtur; cfr. infra c.* 13.

12. Ut nullus presbyter aut laicus poenitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare, nisi ad praesens pro ipso unum vel duos[c] denarios, iuxta qualitatem poenitentiae, dederit.

13. Ut nullus presbyter cartas scribat nec conductor[3] sui senioris existat.

5 14. Ut nullus deinceps in ecclesia mortuum sepeliat.

15. Ut unusquisque presbyter capitula habeat de maioribus vel de minoribus vitiis, per quae cognoscere valeat vel praedicare subditis suis, ut caveant ab[d] insidiis[d] diaboli.

16. Ut presbyter semper eucharistiam habeat paratam, ut, quando quis infirma-10 verit aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

17. Ut presbyter in coena Domini duas[e 4] ampullas secum deferat, unam ad chrismam, alteram ad oleum ad cathecuminos inunguendum vel[f] infirmos iuxta sententiam apostolicam[5]; ut, quando quis infirmatur, inducat presbyteros ecclesiae, et orent 15 super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini.

18. Ut qui ecclesiarum beneficia habent nonam et decimam ex eis ecclesiae cuius res sunt donent. Et qui tale beneficium habent, ut[g] ad medietatem laborent, ut[h] de eorum portione proprio presbytero decimas[6] donent.

19. Hae sunt festivitates in anno quae per omnia venerari debent: natalis[7] Do-20 mini, sancti Stephani, sancti Iohannis evangelistae, innocentum[7], octabas Domini[8], epiphania[9], octabas epiphaniae[10], purificatio sanctae Mariae[11], pascha dies octo, letania maior[12], ascensa Domini, pentecosten, sancti Iohannis baptistae[13], sancti Petri et Pauli[14], sancti Martini[15], sancti Andreae[16]. De adsumptione sanctae Mariae[17] interrogandum reliquimus[18].

25 20. De iudicio poenitentiae ad interrogandum reliquimus, per quem poenitentialem vel qualiter iudicentur poenitentes; et de incestibus, quibus liceat iungere, quibus non[19].

c) aut tres *add. codd. complures.* d) a servitio *codd. nonn.* e) tres *multi codd.* f) tertiam ad *add. codd. nonnulli.* g) ut *om. nonnulli; alii* unde *vel* quod *legunt.* h) ut *om. nonnulli, alii* et 30 *legunt.*

3) *Actor, procurator; cfr. supra concil. Vern.* 755, *c.* 16. 4) *In quibusdam dioecesibus duae, in quibusdam tres ampullae in usu erant, quamobrem tam codices quam editiones Ansegisi variant.* 5) *Ep. Iacobi* 5, 14. 6) *Decimas tantum, non nonas et decimas, cum pro nonis laborent.* 7) 25—28. *Decembr.* 8) 1. *Ianuar.* 9) 6. *Ian.* 10) *Deest in concil. Mogunt.* 813. 11) 2. *Febr.* 12) *Triduum* 35 *ante ascensionem Domini; cfr. concil. Mog.* 813, *c.* 33. 13) 24. *Iun.* 14) 29. *Iun.* 15) 10. *Nov.* 16) 30. *Nov.* 17) 15. *Aug.* 18) *Inter dies festos numeratur in concil. Mogunt.* 813, *c.* 36. 19) *Cfr. Concil. Mog.* 813, *c.* 53. 54.

82. CAPITULARE KAROLI M. DE LATRONIBUS.

804—813.

Exstat in codicibus 1) *Vaticano inter codices collectionis reginae Christinae* 520. *fol.* 109v. *et* 2) *Paris.* 4404, *ultimo codicis folio* 234v. *In codice* 2 *capitulare nostrum desinit in medio capite* 4, *ut reliqua capitula, antea inedita, in solo codice Vaticano servata sint.*

Capitulare anno 803 *esse recentius capite quinto apparet, a Karolo idem datum esse non solum ipsa praecepta sed codicis Parisiensis saeculi noni initio scripti aetas probare videntur. Ante capitulare in Theodonis villa exeunte anno* 805 *datum nostrum scriptum esse coniecit Pertz, illius capite* 22 *nostrum spectari affirmans. Sed hoc in incerto relinquendum esse duco, cum saepe de latronibus Karolus constituerit et fortasse anno* 805 *ad capitulare pag.* 156, *c.* 2 *editum respexerit.*

(B. deest; P. I, 129, *c.* 1—4.*)*

Capitularem qualiter missi nostri de latronibus agere debent.

Ut, ubicumque eos repperirent[a], diligenter[b] inquirant et cum discritione examinant, ut nec hic superfluum faciant ubi ita non oportet, neque praetermittant quod facere debent.

2. Si latro de liberis personis fuerit ortus, postquam reprobatus fuerit, inventus[1] secundum antiquam consuetudinem iudicetur; si vero dictus fuerit latro et non fuerit conpraehensus[c], qui eum conprobare voluerit secundum legem adprobare faciat. Et si quislibet per aliquam iram[d] aliquem dixerit latronem, si hoc conprobare[e] non potuerit[e], non credatur[f]; et si[g] ipse[g] qui famosus[2] est hoc iurare potuerit aut ad iudicium exire, qualemcumque vobis[h] melius videtur, et plena fuerit discussio de illo facta sine disciplina, nihil patiatur, ita[i] dumtaxat, si hoc facere voluerit quae diximus.

3. Si[k] per[k] sacramentum quis[l] se aedoniare[m] voluerit[n] et fuerit aliquis qui contra eum contendere[n] vellit, retraat alius[o] manum[o] desuper altare antequam iuratores sui iurent, et exeant in campum cum fustibus: et si latro victus fuerit, conponat omnia undecumque reprobatus factus[p] fuerit, nisi forte eveniat ut dignus sit morte. Et si alius[q] vinctus fuerit qui contra eum innocentem surrexerit, sciat se mendatium dixisset, et quicquit iudicaverint hoc susteneat.

4. De liberis hominibus et ecclesiasticis aut fiscalinis, ubicumque reprobati[r] inventi fuerint, secundum legem iudicentur; et antequam per bonorum hominum libero-

a) reperint 2. b) *deest* 1. c) reprobatus 1. d) iracundiam 1. e) *ita* 2; latronem concubuerit 1. f) credat eis 2. g) ipsi, *om.* si, 1. h) *deest* 2. i) inter 2. k) Super 1. l) qui 1. 2. m) exsedoniare 2. n) voluerit ..... contendere *om.* 1. o) illius manus 1. p) *deest* 1. q) ille 1. r) reprobi 1. 2.

1) *Discernitur latro inventus (in latrocinio comprehensus) a latrone dicto (simpliciter accusato) sed bona fama gaudente et a latrone famoso, malam famam habente.* 2) '*Infamis vel clamodicus*': *capit. Carisiac.* 873, *c.* 3.

rum testimonium bonam famam habentium reprobentur[s] aut per iudicium Dei, nequaquam disciplinis constringantur[t] neque de rebus suis expolientur.

5. Si[3] latro in emunitate fugerit[u], mandent[v] hoc missi nostri[v] domino eiusdem emunitatis aut illi qui locum eius ibidem tenet, ut eum foris eiciat et veniat in iudi-5 tium et legibus fiat[w] iudicatus. Et si[x] ipse[x] contradixerit et eum eicere neglexerit, in prima contradictione XV solidos conponat, et in secunda inquisitione solidos XXX culpabilis iudicetur; et si in tertia munitione contradictor perseveraverit, mandent[y] hoc nobis missi nostri et nos commendamus, quit inde fiat, utrum ipsi ibidem intrare debeant aut non.

10 6. Sive liber sive ecclesiasticus sive cuiuslibet[z] hominis[z] servus qui ad mortem deiudicatus[a] fuerit, de rebus suis non expoliantur set domino suo aut infantibus aut propinquis heredibus reserventur: quia nobis dignum non videtur, quod, postquam morti tradetur, ut dominus eius aut infantis aut propinquis heredibus suis perdunt rebus, quia nihil amplius ultra se ipsum perdere debet.

15 7. Ut liceat unicuique de suo servo potestatem habere iusticiam faciendi de omnibus neglegentiis, nisi forte contingat ut cum furto fiat conprehensus; et si cum furto conprehensus fuerit, accipiat iudex de rebus ipsius latronis hoc quod super se habet, tantummodo sua causa, et hoc quod furto consecutus est reddat cui idem[b] latro fraudaverit, aliis vero rebus que habet aliter non se tollendis, nisi ut superius diximus. Et 20 si servus alterius aut ecclesiasticus ad excusandum aut ad emendandum iudicatus fuerit, dominus eius faciat aut, si morte dignus, dominus eum tradat, et quodcumque eius servus facit, dominus eius emendet[4].

8. Ut per nullo modo missi nostri alias iusticias non presumant facere nisi quemadmodum illis iussum est.

25 9. Ut si servi invicem inter se furtum fecerint et in una fuerint[c] potestate, domini eorum habeant licentiam faciendi iusticiam; si vero de foris accusatur adversus eum surrexerit quae ad latrocinium pertinent, habeant missi nostri de hoc licentiam faciendi iusticiam.

s) *Hic finitur cod.* 2; *reliqua tantum in cod.* 1. *servata sunt.* t) constringuntur *c.* u) fuerit *c.* 30 v) mandet hoc misso nostro *c.* w) fuit *c.* x) se ipsi *c.* y) mandant *c.* z) cuilibet homini *c.* a) deiucatus *c.* b) dem *c.* c) fuerit *c.*

3) *Haec concepta sunt ad exemplum Cap. legibus additi* 803, *c.* 2. 4) *Capit. Ribuar.* 803, *c.* 5.

---

83. CAPITULA MISSORUM.

813?

35 *Leguntur in codice Vaticano inter collect. reginae Christinae* 520. *fol.* 108[v]. *Fortasse missorum capitulare continent, quod conciliis magnis anno* 813 *in Francorum regno celebratis nititur.* *(B. deest; P. deest.)*

Admonendum est, ut populi cristiani diebus dominicis vacent orationi et nulla opera non faciunt.

2. Ut in ullo[a] loco diebus dominicis expectacula neque publica mercata[1] seu placita non fiant[2].

3. Ut populi cristiani decimam donent.

4. Ut ecclesia tectum et luminaria habeat et episcopus provideat.

5. Ut nullus baptizet nisi statuto tempore, nisi causa infirmitatis eveniat, sehuti[b] morhostis[b].

6. Ut nullus a propria cognatione mulierem adsumere non presumat neque quem cognatos habeat[c] usque ad sextam generationem.

7. Ut nullus propter iracundiam presbiterum de ecclesia sua eicere non presumat et alium mittere nisi consciencie episcopi sui[3].

8. Ut nullus in atrium ecclesiae secularia iudicia facere presumat, quia solent ibi omines ad mortem iudicare[4]. Statutum est enim[5], si quis reus in atrium ecclesie confugerit, non sit opus ecclesiam ingredi sed ante ianuam pacem habeat.

9. Ut nullus recipiatur in testimonium nisi veraci homines nec ad sacramenta faciendum nisi fidelis. Scriptum est[6] enim: 'quia multum iuret non effugiet peccatum'.

a) illo *c.* b) *verba corrupta; legendumne* id est in pascha et pentecostes? c) habuit *c.*

1) *Cfr. contra Cap. Aquisgr.* 809, *c.* 8. 2) *Cfr. Cap. e canon. excerpta* 813, *c.* 15. 3) *Cfr. ibidem c.* 2. 4) *Cfr. ibidem c.* 21. 15. 5) *Capit. legib. add.* 803, *c.* 3. 6) *Sirach* 23, 11.

---

84. CAPITULA VEL MISSORUM VEL SYNODALIA.

813?

Item leguntur in codice Vaticano reg. Christ. 520. *fol.* 109; *seu missorum seu synodalia videntur, fortasse conciliis anno* 813 *habitis aequalia.*

(B. deest; P. deest.)

Qualiter admonendum est, ut populi cristiani omnes dies dominicis communicent, si est causa pro quit dimittendum sit.

2. Ut quattuor tempora[1] conserventur.

3. Ut populi cristiani vacent orationi.

4. Ut episcopi habeant potestatem in eorum parochia sicut canon docet faciendi tam in vicis publicis seu in monasteria.

5. Ut presbiteri pleniter unusquisque ad sinodum veniant condictum.

6. Ut episcopi res ecclesiarum potestatem habeant sicut canon docet.

7. Ut populi cristiani decimam donent de omnibus suis sicut in lege scriptum est, et ab episcopis dispensentur.

8. Ut ecclesias tectum et luminaria habeant et episcopi hoc provideant.

1) *Quatembres.*

9. Ut clerici vel ecclesiastici, si culpam incurrerint, ante episcopis iudicentur.

10. Providendum est episcopis in eorum parochiis una cum misso domni regis, qualiter vivant[a] canonici[a] seu regulares seu sanctemuniales.

11. Ut monasteria qui semel dedicata fuerint habitacula[b] secularia non fiant[2].

5 12. Ut nonas et decimas donent qui res ecclesiarum habent sicut iussio est domni regis[3].

13. Ut capellas que infra illorum res sunt qui antiquo tempore decimam habuerunt non sit abstractum de illis qui infra ipsa villa commanent excepto nona et decima de dominico.

10 14. De usuris omnino non accipiendis.

a) viveant canoci *c*. b) habitacio *c*.

2) *Conc. Chalc. c.* 24; *Admon.* 789, *c.* 31. 3) *Cfr. supra C.* 81, *c.* 18.

---

85. CAPITULA A MISSIS DOMINICIS AD COMITES DIRECTA.

15 **801—813.**

Ex Andaginensi s. Huberti monasterii codice edita sunt in Martene et Durand ampl. coll. VII. pg. 12; *ex eodem codice Barrois olim Lovanii a me dicto ipsa emendatiora edere licuit.*

A missatici cuiusdam missis Karoli imperatoris concepta sunt, ut ad comites in 20 *ipso missatico constitutos mitterentur et comites certiores fierent de missorum adventu missosque expectarent (cap.* 5*). Missi qui haec capitula ediderunt sunt Adalhardus Corbeiensis abbas (†* 826*), Fulradus S. Quintini Veromanduensis abbas (cfr. pg.* 168*), Unrochus comes (qui etiam in Einh. ann. ad a.* 811 *commemoratur) et Hroccutfus item ut videtur comes quem Leo III. papa in littera anno* 809 *ad imperatorem data a Karolo* 25 *Hierosolyma missum dicit. Rado, cui primo legatio iniuncta erat, abbas et Karoli protonotarius fuisse videtur in Hadriani quadam ad Carolum epistola (Cod. Carol. ed. Jaffé, ep.* 98*) dictus. Capitula intra annos* 801—813 *haud dubie concepta sunt; inter capitularia recipienda videbantur, etiamsi a rege non emissa, cum optime iis missatica illustrentur.* *(B. deest; P. I,* 137.*)*

30 Diligendo nobis in Domino illo comiti Hadalhardus, Fulradus, Unrocus seu Hrocculfus, missi domni imperatoris, in Domino salutem.

Non est incognitum bonitati vestrae, qualiter domnus imperator in istis partibus iniunctam nobis habuit legationem suam, Radoni scilicet, Fulrado et Unroco, ut nos quantum valuissemus et Dei et suam voluntatem in ipsa legatione agere decertaremus. Sed 35 quia modo Rado ex parte infirmatus est et hac vice in ipsa legatione secundum quod necesse est ire non potest, placuit domni imperatori ut Adalhardum et Hrocculfum in supradicta legatione adiungeret, qualiter omnes pariter secundum quod tunc ratio permittit vel necessitas docet, sicut praedictum est, ad Dei et suam voluntatem peragendam decertando laboremus. Nos igitur in ipsa legatione positi, idcirco ad vos hanc direximus

epistolam, ut vobis et ex parte domni imperatoris iuberemus et ex nostra parte exortando precaremur, ut de omni re, quantum ad ministerium vestrum pertinet, tam ex his quae ad Dei cultum quamque ex his quae ad domni nostri servitium seu ad christiani populi salvationem vel custodiam pertinet totis viribus agere studeatis. Praeceptum est enim nobis omnino et omnibus reliquis missis a domino nostro, ut medio Apreli ei veraciter renunciemus, quid in regno suo ex his quae ipse in istis annis per missos suos fieri iussit factum sit vel quid dimissum sit, ut facientibus gratias condignas reddat et non facientibus secundum quod ei placet increpationes meritas rependat. Et quid plura vobis exinde dicere possumus? non vult omnino, nisi ut sic adimpletum ei nunciemus sicut iussit, et quicquid exinde dimissum sit et per cuius neglegentiam dimissum sit. Nunc autem admonemus vos, ut capitularia vestra relegatis et quaeque vobis per verba commendata sunt recolatis et tale exinde certamen habere studeatis, pro quo et apud Deum mercedem et apud ipsum magnum dominum nostrum condignam retributionem suscipiatis.

1. Primo igitur inter cetera praecipimus et admonemus, ut tam vos ipsi quamque omnes iuniores seu pagenses vestri episcopo vestro sive praesenti seu per missum suum mandanti per omnia, quantum ad suum ministerium pertinet, obedientes sitis et nullam exinde neglegentiam habeatis; deinde et de iustitiis domni imperatoris, secundum quod vobis vel scriptum vel verbis est dictum, tale certamen habeatis, sicut vos exinde debitores esse cognoscitis.

2. Deinde ut iustitias ecclesiarum, viduarum, orfanorum et reliquorum omnium sine ullo malo ingenio et sine ullo iniusto pretio vel sine ulla dilatione aut non necessaria mora[a] pleniter et inreprehensibiliter et iuste ac recte per omnia faciatis, sive ad vos ipsos sive ad iuniores vestros seu ad quemcumque hominem pertinet, ut exinde et apud Deum mercedem et apud dominum nostrum bonam recipiatis retributionem.

3. Deinde ut quicumque vobis rebelles aut inobedientes fuerint et vobis nec secundum legem nec secundum iustitiam auscultare voluerint, inbreviate illos quanticumque fuerint et aut antea, si necesse fuerit, remandate aut nobis ipsis cum insimul uerimus dicite, ut exinde secundum quod dominus noster commendatum habet faciamus.

4. Deinde ut hoc certissime provideatis, si aliquid[b] de omni illo mandato sive secundum Deum seu secundum saeculum, quod vobis domni nostri aut scribendo aut dicendo commendatum est, dubitetis, ut celeriter missum vestrum bene intelligentem ad nostras[c] mittatis, qualiter omnia et bene intelligatis et adiuvante Domino bene perficiatis.

5. Deinde observate etiam valde, ne aut vos ipsi aut aliquis, quantum vos praevidere potestis, in vestro ministerio in hoc malo ingenio deprehensus fiat, ut dicatis: 'tacete, donec illi missi transeant, et postea faciamus nobis invicem iustitias!' et per illam occasionem ipsae iustitiae aut remaneant aut certe tarde fiant; sed magis certate[d], ut ante factae[d] fiant quam nos veniamus ad vos.

6. Nam si tale aliquod malum ingenium inter vos factum fuerit, aut si ipsae iustitiae quas sine nobis facere potestis aut per neglegentiam aut per malitiam tamdiu retractae fuerint donec nos veniamus, sciatis certissime quod grandem exinde contra vos rationem habebimus.

7. Deinde ut istam epistolam et saepius legatis et bene salvam faciatis, ut ipsa inter nos et vos in testimonium sit, utrum sic factum habeatis sicut ibi scriptum est aut non habeatis.

a) ora *c.* b) est *add. c.* c) personas *add. Mart.* d) *ita Mart.*; certetur defactae *c.*

86. CAPITULA INCERTI ANNI.
789—814?

Leguntur in codice Bruxellensi 8654—8672 *subnexa legationis edicto anni* 789 *et tamquam partes eiusdem numerata. Karoli videntur esse et missis data.*

5 *(B. deest; P. deest.)*

Ut non sint comites nostri tardi causas nostras ad iudicandum nec eorum scabini.

2. De pravis centenariis vel scabinis et testimonia mala, qui non prevident recta 10 iuditia nec recta testimonia testificant.

3. De pravis advocatis et vicedominis et vicecomitis et pravis archidiaconibus vel prepositis.

4. De hominibus qui per ingenia[a][1] vel iniuste consentiente comiti et centenario se ingenuare voluerint et facere se bargildiones qui multo tempore fuerunt servi.

15 5. De illis hominibus qui per ingenia advocati[b] volunt dimittere exercitum nostrum et facere se servos consenciente advocati.

a) ingenua *c.* b) advocatis *c.*

1) *Fraudulenter; cfr. Cap. missor.* 808, *supra C.* 53, *c.* 4.

---

87. CAPITULA DE REBUS ECCLESIASTICIS.
20
787—813?

Leguntur in cod. Vaticano inter codices reginae Christinae 263. *fol.* 227[v] *inscripta verbis:* Incipit statuta a domno lodoicus gloriosissimo imperatore *et capitum numeris I—IIII. numerata; sub numeris V. et VI. subnectuntur Karoli capitularis in Theodonisvilla anno* 805 *dati secundi caput II. et Widonis capitularis caput nonum, in quo medio* 25 *folium exit. Haec capitula an Hludowico primo vel secundo imperatori a librario tribuantur, admodum dubitari potest, cum diversae originis capitula collecta videantur; fortasse, cum caput quintum Karolinum sit, etiam capita quattuor priora a Karolo data sunt. Quae de decimis statuuntur similia sunt capitulari Mantuano secundo* 787, *c.* 8 *et anteriora videntur concilio Cabilionensi* 813 *canoni* 18 *(Anseg. II.* 37*), in quo de decimis edicitur:* iura- 30 mento vero eos constringi n o l u m u s, *cum in hoc contra capite tertio* ipsa decima sub iuramento *dari iubeatur. Quamobrem capitula fortasse intra* 787—813 *data habenda sunt.* *(B. deest; P. deest.)*

Primum de ecclesiis. 1. Ut ecclesias restituant[a] qui ibidem sacro utuntur baptismate.

35 a) restituantur *c.*

2. Ut de rebus earum inquisitio a nobilioribus homines circummanentibus fiat.

3. Ut decime pleniter dentur: et a quibus retente sunt, de prima contentu[b] sit culpavilis qui eas retenuit solidos VI, ipsa decima sub iuramento[1].

4. De secundo conponat bannum nostrum, et eidem[c] sacerdoti qui preest solidos VI sit culpavilis et tandiu extra ecclesia excommunicetur[d] donec sacerdoti[e] satisfaciat; de tertio autem, ut[f] sacrilegus habeatur[g], sit in exilium missus et res eius in fiscum nostrum redigantur.

b) retentu *corrigendum videtur*. c) eisdem *c*. d) excommunicentur *c*. e) sacerdotes *c*. f) ut si *c*. g) habeant *c*.

1) *Cfr. capit. Mantuan.* 787 *secundum infra C.* 93, *c.* 8; *et Anseg. II,* 37.

V.

KAROLI MAGNI ET PIPPINI FILII CAPITULARIA ITALICA.

88. KAROLI MAGNI NOTITIA ITALICA.

5 **776** vel **781** Febr. **20.**

Traditur in codicibus italicis 1) *Epored.* 34. *fol.* 31. 2) *Epored.* 33. *fol.* 146. 3) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 75. 4) *Cavensi* 22. *fol.* 234. *Caput* 1 *legitur etiam in cod.* 5) *S. Pauli in Karinthia, in capitulorum scilicet collectione inde a folio* 155 *scripta numero LV. numeratum, caput denique* 4 *cum epilogo in codice* 6) *Mediolanensi,* 10 *Ambros. bibl. O.* 55 *inter Hlotharii capitula. In codice* 1 *inter capita* 2 *et* 3 *inseritur caput ab hac notitia alienum, alio loco inter capitula diversa editum.*

Etiamsi haec notitia *(cap.* 4; *cfr. etiam Liutpr. regis* notitia *Leg. IV. p.* 180*) in codd.* 3. 4. *inter Hludowici capitula collocatur, tamen ipsius verba eam a Karolo M. non multo post Desiderium regem (cap.* 4*) debellatum in ipsa Italia (c.* 2: antequam nos 15 hic cum exercitu introissemus) *datam esse ita probant, ut de origine dubitari non possit. Notitia, die XX. mensis Februarii secundum caput* 4 *data, anno* 774 *adscribi non potest, cum Karolus mense demum Maio vel Iunio anni* 774 *victor extiterit; utrum in Karoli expeditione italica anni* 776 *an potius anni* 781 *orta sit, in medio relinquendum esse duco, etiamsi non multo post Francorum in Italia regnum institutum capitula* 20 *data esse magis veri simile videtur. Notitiam primus edidit Mabillon in museo italico* I[b] *pag.* 44 *sqq.* *(B. deest; P. I,* 241.*)*

Primis[a] omnium placuit nobis, ut cartulas obligationis[a], quae factae sunt de singulis hominibus qui se et uxores, filios vel filias suas in servitio tradiderunt, ubi inventae fuerint, frangantur[b], et[c] sint liberi sicut primitus fuerunt.

25 2. Qui pulsat, quod res venundasset et non iusto pretio, accedant ambe partes super res quas venundavit, et existimatores cum ipsis, et rememorent et adpretient res ipsas, sicut tunc valebant quando res ipsae bene restauratae fuerunt, antequam nos hic cum exercitu introissemus. Et si res[d] adpretiata fuerint[d] iusto pretio, sicut in ipsa cartula legitur quod res ipsas legitimo pretio venundasset, sicut tunc valuerunt ut dictum 30 est, venditio ipsa firma permaneat. Nam si res ipsius amplius estimaverint quod tunc

a) Placuit nobis de cartulas illas 5. b) reddantur 5. c) et ipsi 3. 4. d) res ipsa sic adpr. fuerint 3. 4.

valuissent quam pretio ipso quod accepit, et ipse qui venundaverit ostendere potuerit, ut strictus[e] necessitate famis venditionem ipsam fecisset, aut forte[f] cartula ipsa manifestaverit tempore necessitatis famis, cartula ipsa frangatur, et pretio iuxta[g] quod in ipsa[g] cartula legitur reddat, et recipiat res suas sicut modo invenerit eas, anteposito[1] aedificia aut labores, qui postea ibi facti sunt, ipse qui fecit tollat, aut sicut inter eos convenerit[h]. Et de ista venditione ipsa persona agat qui venundavit aut filius eius, nam non alter propinquus.

3. Cartula illa que legitur de donatione similiter volumus ut adpretietur, si amplius valuerint res ipse quando[i] bene[k] restaurate fuerint, quam ipso launegild fuisset quando accepit, et ipsam donationem similiter strictus[l] necessitate famis fecisset; et si approbare potuerit, reddat launegild[m] et recipiat res suas; et cartula ipsa frangatur.

4. De donatione vel venditione que in loca venerabilia facta sunt suspendi iussimus[2], usque[n] dum[n] compensaverimus in sinodo cum episcopis et[o] comitibus[o], quomodo fieri debeant. Et hoc iubemus, ut illis partibus iustum[p] procedat iudicium, ubi nos aut nostra hostis[q] fuerimus, pro illud quod supra scriptum est. Et hoc statuimus, ut cartule ille quae tempore Desiderio[r] factae fuerunt per districtionem famis aut per qualecumque ingenio, ut ista causa non computetur, sed iuxta legem ipsorum exinde procedat iudicium. Et hoc damus in mandatis, ut quicumque homo ab[s] hac[s] presenti die vicesimo mensis Februarii res suas vendere aut alienare voluerit, in omnibus eorum permaneat[t] potestatem: tantum sic faciant, sicut eorum fuerit lex.

Unde qualiter nobis complacuit, presentem deliberationis notitiam pro amputandas intentiones fieri iussimus et nobis relegi fecimus, et volumus ut sic procedat iudicium. [Facta notitia anno dominorum nostrorum ...[u]].

e) ei 3. 4. f) in 3. 4. g) iuxta ut ipsa 3; iusta ipsa 4. h) faciant *add.* 4. i) quando *om.* 2. 4. k) bene *om.* 3. l) stricto 4; stricto et 3. m) launichil 2. n) dum enim 3; usq. d. comp. *om.* 4. o) *desunt* 2. p) istum *corrig.?* q) ostis 3. 4; austes 6. r) necessitatis 6. s) *desunt* 2. t) pertineat 3. u) tercio *add.* 6; *numerus abest a codd.* 1—4. *Verba* facta notitia *rell. a librario quodam notitiae addita videntur.*

1) *Excepto quod.* 2) *Cfr. Liutpr. edict. c.* 73: excepto si in ecclesiam aut in loca sanctorum aliquit quiscumque donaverit, stabile deveat permanere.

---

89. CAPITULARE CUM EPISCOPIS LANGOBARDICIS DELIBERATUM.

circa a. 780—790.

Adest in unico Italico codice, hodie Sangallensi 733. *pag.* 10, *capitularia saeculi nonnisi octavi continente et fortasse iam ipso saeculo octavo scripto, collocatum post Haristallense capitulare* (779) *et ante anni* 789 *admonitionem generalem. Capitulare ad Langobardorum regnum esse referendum verba in capite quinto:* senodochia quae ad mundio palatii pertinet *produnt; eius praecepta cum Pippini Italiae regis constitutione post annum* 782 *data (infra C.* 91*) consentire videntur. Capitulare an a rege seu Karolo seu Pippino Karoli filio promulgatum sit dubitari posse opinor; fortasse ab episcopis in synodo Italica a rege convocata constitutum est, cui rei non contraria videntur verba*

quae in epilogo et capite 8. *leguntur:* per vestram sanctissimam monitionem, *quae pro synodi etiam allocutione accipere licet. Sed haec res pro certo statui non potest.*

Baluzius et Pertzius anno 819 *vel* 823 *capitulare editum esse affirmaverunt, verbis* dominorum nostrorum *(c.* 1. 4. 5. 7.*) ad Hludowicum Pium et Hlotharium spectari credentes. Ipsa autem verba idem significare opinor, quod in capitibus* 6. 8. *et in epilogo legitur:* domini nostri vel eius posteribus *h. e. successoribus, qui forent. Capitulare nostrum illis annis esse anterius, codicis Sangallensis aetas et capitularia reliqua quae in ipso leguntur nobis persuadent.* *(B. I,* 619; *P. I,* 237.*)*

Cap. 1. De statu eclesie et honore pontificum: ut canonice secundum iussionem dominorum nostrorum vivere et conservare[a] debeant.

2. Ut sacerdotes et clericos secundum normam priorum patrum vivant.

3. Ut tam monachi quam monachas, ubicumque fuerint, regulariter vitam degant.

4. De restauratione eclesiarum vel luminaria seu officia etiam et missas necnon et sacri[b] tecta: ut in quantum possibilitas fuerit, per iussionem dominorum nostrorum, ubi necessitas, restaurate et emendate fiant.

5. De eclesiis et monasteria et senodochia que ad mundio palatii pertinet aut pertinere debent: ut unusquisque iustitiam dominorum nostrorum regum et eorum rectum consentiat.

6. De causis inlicitis, coniunctionibus omnibus vel etiam ceteris nefandas res: ut unusquisque[c] in sua parrochia una cum consensu et adiutorio comiti sui hoc pleniter sub celeritate amputare et emendare studeat. Et qui hoc facere non potuerit, ad aures piissimi domini nostri vel eius posteribus[d] hoc innotescat absque tarditate, ut malum quod perpetratum est canonice emendatum fiat.

7. De viduis et orfanis et pauperibus vel omnibus inpotentibus[1]: ut in elemosyna dominorum nostrorum regum eorum iustitiam plenius accipiant.

8. De homicidiis et periuriis, sacrilegis[e] et falsis testimoniis, et hoc quod nefandum aut contrarium sacris canones esse videtur: ut[f] hoc pleniter per vestram monitionem et per iudicium comitis emendatum fiat. Et qui hoc facere noluerit, absque tarditate auribus precellentissimi domini nostri vel eius posteribus[d] hoc patefaciat.

9. De[2] decimis: ut unusquisque suam decimam ad eclesiam offerat, sicut mos vel sacra consuetudo esse dinoscitur.

10. Ut illi electi qui illos episcopatos tenent, qui canonice esse potest, sub celeritate sacratos fiant.

Volumus quidem, ut ea que superius retulimus, ut unusquisque bonum certamen exinde habeant, seu et de aliis causis quas minime in hoc capitulare inseruimus et necessarii sunt emendandi[g] per vestram sanctissimam monitionem emendanda[h]. Et qui hoc facere neglexerit, si sacerdos aut clericus fuerit, sciat se canonicum subiacere iuditium[i], et si laicus[k], dominorum[l] nostrorum iudicio et eius proceribus[l] sustinere[m].

a) conversare *emendat* B; *fortasse* conservari *(scil. ecclesiae) legendum est.* b) sarta *legendum censet P.* c) unusque *c.* d) proceribus *corrigere vult B.* e) sacrilegiis *fortasse legendum.* f) et *c.* g) commendandi *c.* h) emenda *c.* i) servitium *c.* k) ladicus *c.* l) domini nostri iudicio vel eius posteribus *secundum capp.* 6. 8. *legendum esse censeo.* m) explicit *add. c.*

1) *Personae quas bannus regius tuetur; cfr. etiam Cap. Mantuan. Cap.* 90, *c.* 1. 2) *Capit. Harist.* 779 *(Cap.* 20*), c.* 7.

90. CAPITULARE MANTUANUM.

781?

Capitularis editio parata est ope codicum italicorum 1) *Chisiani F. IV.* 75 *fol. fere* 73. 2) *Cavensi* 22. *fol.* 230. 3) *S. Pauli in Karinthia fol. fere* 165. *Collocatur capitulare haud dubie italicum in codicibus manuscriptis inter Karoli M. capitularia. Ipsum in Karoli expeditione italica anni* 781. *mense Martio ante Pippinum filium Italiae regem coronatum fuisse datum, admodum probabile videtur. Primo editum est apud Mabillonem in museo italico I*[b]. 47. *(B. deest; P. I,* 40.*)*

De singulis capitulis, qualiter Mantua ad placitum generale omnibus notum fecimus.

De iustitiis ecclesiarum Dei, viduarum, orfanorum, minus[a] potentium[a] volumus atque omnimodis precipimus ut omnes episcopi et abbates et comites secundum legem pleniter iustitiam faciant et recipiant.

2. Hoc statuimus, ut unusquisque clamator tertiam vicem ad comitem suum se proclamet et inde idoneos homines habeat, qui hoc veraciter sciant[b] quod proclamasset et nullam exinde iustitiam habere potuisset; et si quis aliter fecerit et antea ad palacium[c] se proclamaverit, legem suam conponat.

3. Comes vero de illorum parte per testes adfirmet, quod eis iustitiam facere voluisset, et omnia notarium suum scribere[d] faciat, quanti ad se proclamassent vel quantas iustitias factas habent, ut[e] nullam excusationem habere possint, nisi veritas clara sit, ut iustitiam facere voluisset; et hoc ipse comis aut eius advocatus per sacramentum firmare possit, quod de illorum iustitias nulla neglegentia habeat, et per ipsa brebe cognoscere valeamus[f], utrum ad se proclamasset aut non.

4. Hoc omnibus notum sit, si quislibet post causam legibus finitam se proclamaverit, aut quindecim accipiat camactos[g] [1] aut solidos XV conponere cogatur.

5. Ut nullus alterius presbiterum recipiat, antequam ab episcopo loci illius examinatus vel inquisitus sit, neque liceat ei ibi[h] missas celebrare[2].

6. Ut quando episcopus per sua parrochia cercata[i] fecerit, comis vel sculdais[k] adiutorium prebeat, qualiter ministerium suum pleniter perficere valeat secundum canonicam institutionem[3].

7. Ut nullus mancipia christiana vel pagana nec qualibet arma vel amissario foris regno nostro vendat[4]; et qui hoc fecerit, bannum nostrum[l] conponere cogatur; et si ea mancipia minime revocare potuerit, widrigild[m] suum componat.

8. De[n] theloneis[n], ut nullus aliter teloneum[o] presumat tollere nisi secundum antiquam consuetudinem, et aliubi[p] non tollatur nisi ad locis antiquis legitimis[5]; et cui

a) maius minus sue (*h. e.* minusve) potentes 3; *male, nam semper* minus potentes (unvermagon) *bannus regius tuetur.* b) faciant 3. c) placitum 1. 2. d) et scribere 3. e) cum *add.* 2. 3. f) valeat 3. g) gamatos 1; gamaitos 2. h) inivi 3. i) circa se 2; circata 3. k) sculdahis 2; sculdaz 3. l) *ita* 2; domnicum 1; regis 3. m) guidrigild 2. n) De tolonariis 3; *desunt* 1. o) theloneus 2; tolloneum 3. p) alivi 3.

1) *Fustium ictus, ital.* camato. 2) *Cfr. Capitul.* 769 (?), *c.* 4; *Capit. Harist.* 779, *c.* 6. 3) *Cfr. Capit.* 769 (?), *c.* 6. 7. 4) *Cfr. Cap. Harist.* 779, *c.* 19. 20. 5) *Cfr. Cap. Harist.* 779, *c.* 18.

iniuste tollitur, secundum legem componat et insuper bannum nostrum ad missi nostri componat.

9. De moneta, ut nullus post Kalendas Augusti istos denarios quos modo habere visi sumus dare audeat aut recipere; si quis hoc fecerit, bannum nostrum componat.

5 10. De latronibus qui ante missi nostri minime venerunt, ut comites eos perquirant et ipsos aut per fideiussores aut sub custodia serventur, donec missi ibidem revertunt.

11. Ut nullus quilibet hominem Langobardiscum[q] in vassatico vel in casa sua recipiat[r], antequam sciat unde sit vel quomodo natus est; et qui aliter fecerit, bannum 10 nostrum conponat.

12. De sinodochiis volumus adque precipimus ut restaurata fiant.

13. De vassis regalis, de iustitiis illorum, ut ante comitem suum recipiant et reddant.

q) languvardiscum *sua scribendi ratione* 3. r) recipere audeat 1.

---

15 91. PIPPINI ITALIAE REGIS CAPITULARE.

782—786.

Pippinus diebus paschalibus anni 781 *quattuor tantum annos natus a Karolo patre Langobardorum rex constitutus complures constitutiones vel sua vel patris auctoritate in regnum suum emisit. Primum inter ipsas locum tam in codicibus* 1) *Chisiano F.IV.*75. 20 *fol.* 84. 2) *Cavensi* 22. *fol.* 244 *quam in libro legis Langobardorum Legum tomo quarto a me edito hoc quod sequitur capitulare obtinet, quod respecto capite nono et epilogo non ante annum* 782, *respecto vero alio Pippini capitulari paullo post quartum Karoli iter italicum* (786. 787) *orto et hanc nostram constitutionem in codicibus subsequenti non post annum* 786 *editum mihi videtur. Haud dubie Papiae, fortasse in concilio Kalendis* 25 *Martiis more Langobardorum antiquo habito, hoc capitulare dicendi ratione Langobardorum edicto simillimum constitutum est.* *(B. deest; P. I,* 42.*)*

In nomine domini nostri Iesu Christi, qualiter complacuit nobis Pipino excellentissimo regi gentis Langobardorum, cum[a] adessent nobis cum singulis episcopis, abbatibus et comitibus seu et reliqui fideles nostros Francos et Langobardos qui nobiscum 30 sunt vel in Italia commorantur[b].

1. Ut ecclesias baptismales seu oraculas qui eas a longo tempore restauraverunt mox iterum restaurare debeant, et tam curtis regia quam et Langobardos talem inibi habeant dominationem, qualem illorum a longo tempore fuit consuetudo.

2. Ut pontifices ordinent et disponant unusquisque suas ecclesias canonico ordine, 35 et sacerdotes suos vel clericos constringant canonice vivendo ordine. Et si quis pontifex cleros suos canonice ordine distringere noluerit et ad secularem pertraxerit habitum, quod canones cleros facere prohibent, comis qui in loco fuerit ordinatus distringat[c] illos in omnibus ad suam partem sicut et alios exercitales.

a) *ita lib. leg. Lang.;* cum *om.* 1. 2. b) commorantibus 1. Incipit capitula pipini excellen- 40 tissimi regis *rubris litteris add.* 2. c) *sic lib. leg. Lang.;* stringatur 1; firgatur 2.

3. Monasteria virorum et puellarum, tam que in mundio palatii esse noscuntur vel etiam in[d] mundio[d] episcopales seu et de reliquis hominibus esse inveniuntur, distringat[e] unusquisque in cuius mundio sunt, ut regulariter vivant; simul[f] et senodochia, cuiuslibet[g] sint, fratres[g] in omnibus pascantur iuxta illorum possibilitatem.

4. Ut de restauratione ecclesiarum vel pontes faciendum aut stratas restaurandum omnino generaliter faciant, sicut antiqua fuit consuetudo, et non anteponatur[1] emunitas nec pro hac re ulla occasio proveniat.

5. Ut viduas et orfanos tutorem[h] habeant iusta illorum legem qui illos defensent et adiuvent, et per malorum hominum oppressiones suam iustitiam non perdant. Et si tutor aliquis illorum esse non voluerit, iudex prevideat Deum timentem hominem iuxta ut lex ipsorum est, qui per nostra praeceptione illorum peragere debeant causa.

6. Ut qui se reclamaverit super pontificem quod iustitiam habeat ad requirendum, distringat illum comis aut per missum suum aut per epistolam suam ad ipsum pontificem. Et si ipse[i] pontifice[i], Francus aut Langobardus, distulerit iustitiam faciendum, tunc, iuxta ut ipsi episcopi eligerunt[2], ubi consuetudo fuerit pignerandi a longo tempore[3], ut et inantea in eo modo sit pro ipsas iustitias faciendas. Et hoc constitutio[k]: ubicumque pontifex substantiam habuerit, advocatum abeat in ipsu comitatu, qui absque tarditate iustitias faciat et suscipiat; et talis sit ipse advocatus, liber homo et bone opinionis, laicus aut clericus, qui sacramento pro causa ecclesiae, quae peregerit, deducere possit iuxta[l] qualitatem substantiae[l4], sicut lex ipsorum est.

7. De universali quidem populo quis, ubique iustitias quaesierit, suscipiat tam a comitibus suis quam etiam a castaldehis seu ab sculdaissihis[m] vel loci positis iuxta ipsorum legem absque tarditate. Et si comis Franciscus distulerit iustitias faciendum et probatum fuerit, iusta ut eorum fuit electio, ita subiaceat[5], et de illorum honorem sicut Francorum est consuetudo. Et de Langubardiscos comites qui ex ipsis neglectum posuerit iustitias faciendum, sicut ipsorum lex est[6] ita componat; et[7] si forsitan attenderit ad gasindios vel parentes et amicos suos seu premium et legem non iudicaverit, et probatum fuerit, componat et honorem suum perdat[n] sicut lex ipsorum est. Et si castaldius et sculdais seu loci positus de qualibet iudicaria tam de suos pagenses quamque et alios, qui iustitias quesierit, non fecerit, componat sicut lex ipsorum est. Et si forsitan Francus aut Langobardus habens beneficium iustitias facere noluerit, iudex ille in cuius ministerio manserit contradicat illi beneficium illum, interim quod ipse aut missus eius iustitias faciant.

8. Iudex unusquisque per civitatem faciat iurare ad Dei iudicia homines credentes iuxta quantos previderit, seu foris per curtes vel vicoras ibi[o] mansuros, ut, cui ex ipsis cognitum fuerit id est homicidia, furta, adulteria et de inlicitas coniunctiones, ut nemo eas concelet. Et hoc damus in mandatis, ut si quis venerit iustitias reclamare super quempiam hominem, dicendo de homicidia, furta[p] aut de praeda, et ille super quem dixerit denegare voluerit, tunc ille qui reclamat si potuerit approbet illud; et si forsitan ipse non potuerit approbare, et ipse super quem dicit negaverit quod malum

d) *ita lib. leg. Lang.;* immunditio 1; in domo 2. e) *ita lib. leg. Lang.;* stringantur 1; *deest* 2. f) similiter *lib. leg. Lang.* g) cuiuslibet francos 2. h) auctorem 2. i) episcopus ipse 1. k) *ita* 1; constitutos 2. l) iuxta qual. subst. *om.* 1. m) sculdahis 2. n) admittat 2. o) *deest* 1. p) et adulteria *add.* 2.

1) *Langobardice pro excipiatur; cfr. supra Cap.* 88, *c.* 2. 2) *Statuerunt hoc ipso capitulari?* 3) *Cfr. Rothari c.* 245. 4) *Roth. c.* 359. 5) *Lex Salica emend. LII,* 3. 6) *Liutpr.* 25—28. 7) *Rachis* 6.

ipsum nec ipse nec homines ipsius perpetrassent, et posuerit excusationem et dixerit: 'nomina michi homines meos qui tibi malum illum fecerunt; ego tibi de illos iustitias facio', et ille incognitus qui reclamat et[q] nomina de illos homines non scit et nec approbare potest, et ipsi qui exinde sic veritatem sciunt denegare voluerint, et ille qui
5 reclamat[q] dixerit: 'quia homo ille exinde scit veritatem', tunc iudex ille qui in loco ipso est faciat iurare homines illos, quilibet sint, Francos aut Langobardos, quod ipse nominative dixerit, et dicant exinde veritatem; et si credentes homines fuerint, in manus comiti sui dextrent[r]. Et si latrocinia vel furta aut preda ipsa inventa fuerit, emendetur iuxta ut eorum est lex, ut populus hic habitantibus aut advenientibus[s] in pace vivere
10 valeant.

9. De servis et ancillis fugacibus[t] ut unusquisque iudex studium ponat ad perquirendum iuxta ut edictus continet[8]. Et hoc damus in mandatis, ut tam Austria, Neustria, Emilia et Tustia[u] seu littoraria[v] maris, ut per[w] omnia loca[x] perquirantur superscriptos fugaces; et apud locum coniurent sculdasios, decanos, saltarios vel loco
15 positos, ut nullos concelent, et[y] ubicumque inventi fuerint, ipse apud quem fuerint una cum misso de comite vel de ipso loco nobis adducantur sic, ita ut iurare valeant, ut neminem concelent[y]. Et positum est constitutum die quintodecimo post sanctum pascha[9]; et si qui servos aut ancillas fugaces habuerit tam aecclesiastici seu[z] curtis vel populo, in constituto ipsum qui suum cognoverit suscipiat.

20 10. De advenas et peregrinos qui in Dei servitio Roma vel per alia sanctorum festinant corpora, ut salvi vadant et revertant sub nostra defensione; et qui ex ipsis peregrinis ausus fuerit occidere, LX solidos componat in palatio nostro. Insuper compositio illa de ipso homicidio componatur, cui legibus leudo ipso pertinuerit.

Et hoc damus in mandatis ut cunctis episcopis, abbatibus, comitibus seu actiona-
25 riis nostris, ut haec omnis suprascripta iustitia de praesenti absque ulla tarditate adimpleta fieri debeat, ut qui in tantos annos iustitiam habere non potuerit, vel modo pro Dei omnipotentis misericordia et per praeceptione domino et genitore meo Karoli regis gentis Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, simul et per nostram praeceptionem unusquisque iustitia sua accipiat. Ita tamen, ut quindecim dies post
30 sanctum pascha omnia adimpleta esse debeant; et tunc unusquisque iudex noster dirigat missum suum ad nos, ponendum nobis rationem, si nostram adimpleverint iussionem. Postea habemus disponere cum Dei adiutorio, qualiter melius previderimus.

q) et nomina .... reclamat *om.* 2. r) detestent 2. s) viventibus 1. t) fugitibis 1. u) tussia 2. v) litora 2. w) super 1. x) *deest* 2. y) et ubic. ... concelent *om.* 2.
35 z) regis *add.* 2.

8) *Liutpr.* 44. 9) *Cfr. infra in epilogo.*

92-93. KAROLI CAPITULARE MANTUANUM DUPLEX.

787 initio?

Capitula quae sequuntur, quum in codicibus manuscriptis deinceps scripta adeoque perpetuis capitum numeris numerata inveniantur, quodammodo quidem cohaerent, duobus tamen capitularibus tribuenda videntur: verbis enim: Volumus primo *alterius capitularis initium indicatur. In duobus codicibus, Chisiano et Cavensi, ista capitularia non solum Karoli constitutionibus inseruntur, sed apertis etiam verbis in prooemio 'Karoli regis' dicuntur; et in canonum quodam codice Romano, bibl. Barberiniae 2888, fol. 296*[v] *capitularis primi caput undecimum saeculo decimo scriptum legitur praefixa inscriptione:* Dicta beati Karoli imperatoris de decimis. *Codicis sane Paulini scriptor, sicut pluribus locis textum genuinum pro sua libidine mutavit et glossematis insertis adauxit, ita etiam in primi capitularis praefatione et capite secundo Karoli regiae dignitatis mentionem factam delevisse, in secundi autem capitularis capite quinto Karolum imperatorem appellasse videtur.*

Capitularia esse italica, tam codices, quibus traduntur, quam praecepta eorum et dicendi ratio probant; Mantuae ea esse promulgata collegendum esse censeo e Hlotharii constitutione Olonnensi (infra ad annum 825, c. 9), in qua verba: De decimis vero dandis statuimus, ut sicut in capitulari continetur quod Mantua factum est, ita qui eam dare nolunt distringantur atque persolvant *ad huius capitularis secundi caput octavum esse referenda eo potissimum probatur, quod in tribus codicibus caput istud octavum Olonnensi constitutioni subiicitur. Quodsi capitularia sequentia a Karolo rege Mantuae promulgata sunt, ineunti (cfr. epilogus capitularis secundi) anno 787 et Karolo itineri italico quarto optime rerum illo anno gestarum ratione habita adscribi possunt, quum praesertim Pippinus in capitulari paullo post ipsum iter edito haec patris capitularia ter (cap. 2. 7. 8), ni omnino fallor, alleget. Pertzius haec capitularia a Pippino anno 803 edita esse opinatus et in textu constituendo Paulini codicis auctoritatem constanter secutus est.*

---

92. CAPITULARE MANTUANUM PRIMUM, MERE ECCLESIASTICUM.

Exstat in codicibus 1) *Chisiano F. IV. 75. fol.* 63. 2) *Cavensi* 22. *fol. fere* 213. 3) *S. Pauli in Karinthia fol.* 3. — *Compluribus capitulis (c.* 4. 5. 7. 8. 11*), ut contra episcoporum 'oppressiones' et 'violentias' (c.* 4. 5.*) clericos minores tueatur rex spectat.*

(B. deest; P. I, 109.)

Placuit[a] nobis Karolo gloriosissimi regis, ut[a] vitia que nostris temporibus in sancta Dei aecclesia emersa[b] sunt[b] eradicentur[c] et evellantur[c].

a) Placuit primis omnium ut 3. b) emerse sunt 1; emerserunt 3. c) radicitus evellantur 3.

1. Cap. Volumus igitur, preordinante Domino, aecclesias nostras secundum auctoritatem canonum ordinare et ordinem clericorum disponere.

2. Monasteria que iam pridem regularia fuerunt, tam virorum quamque et puellarum seu[d] que sub nostro regimine[e] dominio site sunt, volumus ut secundum regulam 5 disponantur et vivant. Et si abbates vel abbatisse sine regula vivere seu inordinate inventi vel invente fuerint, si correpti vel correpte emendare noluerint, abiciantur, et de ipsa congregatione, si digni inventi fuerint, abbas vel abbatissas eligantur; sin autem, aliunde: et de[f] monasteriis regalibus[g] similiter.

3. De senodochiis vero nobis[h] pertinentibus[h], que bene ordinata sunt in ipso per- 10 maneant; que vero destructa sunt secundum qualitatem temporum ad priore cultum perducere cupimus, ut ibi pauperes Domini reficiantur: et per tales personas fiant ordinata qui ea iuxta Deum regant et de helemosynas[i] pauperum nihil subtrahant.

4. De aecclesiis baptismalibus[h] ita censemus, ut per presbyteros ordinate sint et nulla violentia aut superposita ab episcopis suis vel diminutionem de titulis patiantur, 15 sed secundum canonicam institutionem et antiquam consuetudinem faciant.

5. Quando[k] episcopus sua parrochia circat, non plus ab ea exigat vel capiat[l] nisi secundum canones vel antiqua consuetudine, et oppressionem ab[m] episcopis eiusdemque[m] hominibus ipsa plebs non patiatur.

6. Ut tam episcopi quamque et presbiteri seu diaconi vel abbates et monachi 20 nulla venatione per se facere praesumant aut ubi ipsi presentes sunt, neque ulla iocorum genera ante se fieri permittant que contra canonum auctoritate eveniunt.

7. De stipendiis quoque clericorum volumus, ut tam de redditu vel de oblatione fidelium pleniter secundum canones ipsi clerici habeant.

8. Ut prepositi cardinalium aecclesiarum obedientes sint episcopis suis, et[n] epi- 25 scopi eos ad suis aecclesiis[o] vel[p] ab aliis iustis utilitatibus[p] expellere non[q] praesumant absque culpa et iusta rationem, et nulla eis per violentia inponatur.

9. Propter ordinationes vel consecrationes presbyterorum ceterorumque clericorum nulla nos premia amodo accepturos promittimus, neque ab ipsis neque a parentibus vel amicis eorum, neque palam neque occulte.

30 10. Exenia vero quae aecclesiis[r] noviter inposita sunt amputanda, et non maiora quam consuetudo fuerat accipienda censimus.

11. De decimis vero que a populo in plebibus vel baptismalibus aecclesiis offeruntur nulla exinde pars maiori aecclesiae vel episcopo inferatur[s].

d) *deest* 3. e) *deest* 3. f) et de *om.* 2; de *om.* 3. g) regularibus 1. 2; si ei placet *add.* 3. 35 h) noviter institutis 2; *a cod.* 2 *absunt verba* que bene ord. *rell. usque ad verba* De aeccl. baptism. *in capite sequenti.* i) alimoniis 3. k) vero *add.* 3. l) accipiat 3. m) ab omnibus eiusdem episcopi 3. n) neque *add.* 3. o) *deest* 1. 2. p) vel.... util. *om.* 3. q) non *om.* 3. r) nobis *add.* 3. s) inponatur 1. 2.

93. CAPITULARE MANTUANUM SECUNDUM, GENERALE.

Exhibetur in codicibus 1) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 64. 2) *Cavensi* 22. *fol. fere* 214. 3) *S. Pauli in Karinthia fol.* 4. *Praeterea inveniuntur in cod.* 4) *Monacensi* 19416 *capita* 1. 5. *subnexa Karoli epistolae ad Pippinum filium datae (infra C.* 103*), et caput* 8 *insertum Karoli capitulari Haristallensi* 779, *post ipsius scilicet capitulum septimum. Idem caput octavum Hlotharii capitulari Olonnensi* 825 *constituto subiungitur in codicibus* 5) *Guelferbytano inter Blankenburgenses* 130. 52. *fol.* 113. 6) *Eporediensi* 34. *fol.* 55, *itemque eiusdem Olonnensis capitularis inscriptioni in cod.* 7) *Vaticano inter codd. reginae Christ. n.* 263. *fol.* 228. *Guelferbytanus codex (*5. *a me numeratus) fol.* 118[v] *cum Chisiano* (1) *caput etiam septimum exhibet post Hlotharii capitulare ad limina B. Petri datum.* *(B. deest; P. I,* 110.*)*

Volumus primo, ut neque abbates et presbiteri neque diaconi et subdiaconi neque quislibet de cleros de personis suis ad publica vel secularia iuditia traantur vel distringantur, sed a suis episcopis adiudicati iustitias faciant. Si autem de possessionibus[a], seu aecclesiasticis seu propriis, super eos clamor ad iudicem venerit, mittat iudex clamantem cum misso suo ad episcopum, ut faciat eum per advocatum iustitiam recipere. Si vero talis aliqua contentio inter eos orta fuerit que per se pacificare non velint aut non possint, tunc per advocatum episcopi, qualem iusserit ipse, causa ipsa ante comite vel iudice veniat, et ibi secundum legem[b] finiatur, anteposito[1] persona[c] clericorum sicut dictum est[c].

2. Ut clerici seu monachi vagantes, sive de ipsa parrochia seu aliunde supervenientes, sine consensu episcopi a nemine suscipiantur.

3. Ut aecclesiae baptismales ab his qui debent restaurentur et singulis, prout eius possibilitas fuerit restaurandi, mensura deputetur. Hoc ideo dicimus, quia in quibusdam locis quosdam per pecuniam consentientibus magistris se subtrahentes audivimus; omnes[d] autem[d] aecclesiasticos per ecclesie ministerium[e] ordinari oportet.

4. Ut placita publica vel secularia nec a comite nec a nullo ministro suo vel iudice nec in ecclesia nec in tectis ecclesiae circumiacentibus vel coerentibus nullatenus teneatur.

5. Ut servi, aldiones, libellarii[2] antiqui vel illi noviter facti, qui non pro fraude nec pro malo ingenio de publico se subtrahentes, sed pro sola paupertate et necessitate terram aecclesiae colunt[f] vel colenda suscipiunt, non a comite vel a quolibet ministro illius ad ulla angaria seu servitio publico vel privato cogantur vel conpellantur; sed quicquid ab eis iuste[g] agendum est a patrono vel domino suo ordinandum est. Si vero de crimine aliquo accusantur, episcopus primo compellatur, et ipse per advocatum suum secundum quod lex est, iuxta conditionem singularum personarum iustitiam faciant; sin vero, sicut in[h] capitulare nostro[i] scriptum est[3], ita fiat. Ceteri vero liberi homines

a) suis *add.* 3. 4. b) iustitiam rationem 2. c) ut dictum est persona clerici 3. 4; pers. clericorum sicut supra diximus 1. d) *sic* 3; autem homines 1; ideo homines 2. e) ministrum 3. f) incolunt 3. 4. g) *sic* 3; in se 2; *deest* 1. h) alio *add.* 2. i) *sic* 1. 2. 4; domno imperatori 3.

1) *Langobardice pro excepto; cfr. Pip. cap.* 782—786, *(C.* 91*) c.* 4. 2) *Censuales liberi; cfr. Liutpr.* 92. 3) *Supra cap.* 1: Si vero talis aliqua *rell.*

qui vel commendationem vel beneficium aecclesiasticum habent sicut reliqui homines iustitias faciant.

6. Audivimus etiam quod iuniores comitum vel aliqui ministri rei publice sive etiam nonnulli fortiores vassi comitum aliquas redibutiones vel collectiones, quidam per pastum quidam etiam sine pastum, quasi deprecando exigere solent, similiter quoque operas, collectiones frugum, arare, sementare, runcare, caricare, secare vel cetera his similia, a populo per easdem vel alias machinationes exigere consueverunt, non tantum ab aecclesiasticis set etiam a reliquo populo: que omnia[k] nobis et ab omni populo iuste amovenda videntur, quia in quibusdam locis in tantum inde populus oppressus est, ut multi ferre non valentes per fuga a dominis vel patronibus suis lapsi sunt, et terre[l] ipse[l] in solitudinem redacte[m]. A potentioribus autem vel[n] ditioribus[n], expontanea tantum voluntate vel mutua dilectione, volentibus solacia prestare invicem minime proibemus.

7. De pontibus vero vel reliquis similibus operibus que ecclesiastici per iustitiam[o] et antiquam consuetudinem cum reliquo populo facere debent hoc praecipimus, ut rector ecclesiae interpelletur, et ei secundum quod[p] possibilitas fuerit sua portio deputetur, et per alium[q] exactorem[q] ecclesiastici homines ad[r] opera[r] non conpellentur. Si vero opus suum constituto die conpletum non habuerit, liceat comiti pro pena prepositum operis pignerare iuxta aestimationem vel quantitatem inperfecti operis, quousque perficiatur: comis autem si neglexerit a rege vel misso regis iudicandus est.

8. De decimis ut dentur, et dare nolentes secundum quod anno preterito denuntiatum est[4] a ministris reipublice exigantur. Id est, eligantur quattuor[s] vel octo[t] homines, vel prout opus fuerit, de singulis plebibus iuxta qualitatem[u], ut ipsi inter sacerdotes et plebem testes existant ubi date vel[v] non date[v] fuerint: hoc ideo, ne ibi iuramentum aliquod faciendi necessitas contingat. Non tamen ideo tantos testes mittendos dicimus, ut ipsi semper[w] in dandis decimis presentes esse pariter necesse sit, set ut dum[x] pluribus committitur minus graventur; in duobus autem, si affuerint, sufficere credimus. Neglegentes autem ammoneantur a presbiteris aecclesiarum usque ad tertiam vicem ut ipsam decimam dent; quod si contempserint, ab introitu ecclesiae prohibeantur; et si in[y] hoc[y] minime emendaverint, a ministris reipublice districti singuli per caput sex solidos ecclesie conponant, et insuper decima dare cogantur. Nam si iterum contemptores extiterint, tunc per publicam auctoritatem domus vel case eorum wiffentur[z][5], quousque pro ipsa decima sicut supra dictum est satisfaciant. Quod si denuo rebelles vel contradictores esse voluerint, ut super ipsam wiffam[a] suam auctoritatem intrare praesumpserint[6], tunc a ministris reipublice in custodia mittantur, usque dum ad iudicium publicum perducantur, et ibi secundum legem contra comitem vel parte publica conponant. Reliqua autem, ut supra dictum est, de decimis et sex solidis contra ecclesiam satisfaciant.

Hec[b] interim ut supra dictum est, inter cetera pia christianitatis opera servare

k) si vobis placet et a *add.* 3. *(Cfr. supra cap. eccles. not. g.)* l) ipse res 1. 2. m) sunt *add.* 3. n) vel dit. *om.* 2. o) iustam 2. 3. p) eius *add.* 3. q) alios exactores 1. r) ad opera *om.* 1. 2. s) *ita* 1. 3 — 7; tres 2. t) obtimi *add.* 2. 7. u) quantitatem 2; unusquisque *add.* 3; uniuscuiusque plebis *add.* 4. 5; iuxta qual. *om.* 7. v) vel donate 2; vel non date *om.* 7. w) omnes *add.* 3. x) dum *om.* 2. 3. y) tunc 1. 2. z) guiffentur 2; wifentur 5. a) guiffa 2. b) *Epilogum om.* 4 — 7.

4) *Quod edictum spectetur, non liquet; solidorum sex mulcta ii qui decimas dare neglegunt multari iubentur in capite quodam incertae originis supra C.* 87, *c.* 3. 5) *Cfr. Liutpr.* 148. 6) *Cfr. capitulat. de part. Saxon. supra C.* 26, *c.* 27.

convenit, quousque in sequenti conventu medio Octubrio qui[c] condictus est, nisi forte a rege aliter precipiatur, aliquid melius addendum[d] mutandumve Deo duce inveniatur.

c) in civitate Papia *add.* 3. d) iungendumque *add.* 3.

---

94. PIPPINI CAPITULARE PAPIENSE.

787 Oct.

Invenitur capitulare in codicibus 1) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 87. 2) *Cavensi* 22. *fol.* 247. 3) *Gothano* 84. *fol.* 218. 4) *Mutinensi I,* 2. *fol.* 171. 5) *Epored.* 33. *fol.* 136[v]. 6) *Epor.* 34. *fol.* 16. 7) *S. Pauli in Karinthia fol.* 157. 8) *Paris.* 4613. *fol.* 64[v]. *Capita* 5—9. 12—14. *exstant etiam sub fine codicis* 9) *Sangall.* 733. *pag.* 75, *capita denique* 2. 4. 5. 12. 14. *in* 10) *Monac.* 3853. *fol.* 292 *et* 290. *In codd.* 3—6. 10. *inscribuntur capitulari verba:* 'Incipit capitulare quem Pippinus rex instituit cum suis iudicibus in Papia'.

Capitulare hoc Papiense in conventu illo, qui in epilogo proxime antecedentis capitularis 'sequenti medio Octubrio condictus' *commemoratur, a Pippino cum iudicibus deliberatum esse videtur. Pluribus enim locis, ut infra adnotavi, ea quae a Karolo in capitulari Mantuano edicta erant in hoc capitulari cum iudicibus deliberato confirmata apparent. Pippini hoc capitulare paullo post Karoli iter italicum quartum (a.* 786 787*) datum esse, collegendum esse censeo collatis sequentis capitis decimi verbis:* feminae quarum mariti in Francia esse videntur *cum iis quae in annalibus (Mon. Germ. Scriptt. I. p.* 43*) ad a.* 787 *referuntur:* Karolus revertens ad Paveiam exinde duxit Langobardos nobilissimos et exiliavit eos in Francia. *(B. I,* 535; *P. I,* 70.*)*

In[a] nomine Domini. Incipit capitula de diversas iustitias secundum sceda domni Caroli genitoris nostri.

Placuit nobis atque convenit, ut omnes iustitiae pleniter factae esse debeant infra regnum nostrum absque ulla dilatione, tam de ecclesias quam de sinodochiis seu pauperes et viduas vel orfanos atque de reliquos homines secundum iussionem domini nostri Karoli regis[1].

2. Instituimus[b], sicut domnus rex Karolus demandavit[2], de illos monachos qui de Francia vel aliunde[c] venerunt[c] et eorum monasteria dimiserunt, ut presentaliter illis partibus revertantur ad monasteria, et nemo ex vobis[d] deteneat ipsos.

3. De[2] presbiteris qui de alia parrochia[e] veniunt: ut nullus eos debeat recipere sine dimissoria episcopi sui.

4. De episcopis[f], abbatibus, comitibus[g] seu vassis dominicis vel[h] reliquis[h] hominibus qui ad palatium veniunt aut inde vadunt vel ubicumque per regnum nostrum

a) *Inscriptio e sclo cod.* 1. b) enim *add.* 7. 8. c) de aliis devenerunt locis 2. d) secum *add.* 7. e) provincia 3—5. 8. f) presbiteris *add.* 7. 8. g) *deest* 7. 8. h) *sic* 1. 2; seu ceteris *alii.*

1) *Cfr. e. gr. Cap. Mantuan.* 781 *(supra C.* 90*), c.* 1. 2) *Cap. Mantuan. secund.* 787, *c.* 2.

pergunt, ut non praesumant ipsi nec homines eorum alicui homini suam causam tollere nec suum laboratum, in tantum si non comparaverint aut ipse homo eis per suam spontaneam voluntatem non dederit. Et quando hibernum tempus fuerit, nullus debeat mansionem vetare ad ipsos iterantes, in tantum quod ipsi iniuste nullam causam tollant.
5 Et si aliquis hoc facere praesumpserit, tam seniores quam et vassalli[i], et ipse homo ibidem ad eos proclamaverit, tunc volumus, ut presentaliter ille homo qui hoc malum fecit hoc quod ad ipsum hominem tulit[k] ei secundum suam legem emendet. Et[l] si hoc evenit, quod ipsa causa ibidem secundum legem presentaliter emendata non fuerit, et ad palatium exinde proclamatio devenerit, tunc volumus, ut ipse qui hoc malum fecit
10 contra ipsum hominem qui proclamavit suam legem emendet[l] et ad palatium[m] nostrum bannum componat, pro[n] eo quod super nostrum bannum hoc facere ausus fuit.

5. Stetit nobis de illos homines qui hic intra Italia eorum seniores dimittunt, ut nullus eos debeat recipere in vassatico sine comeatu[o] senioris sui, antequam sciat veraciter, pro qua causa aut culpa ipse suum seniorem dimisit. Et ille homo qui eum
15 recipere voluerit et ipsum secum habuerit debeat eum in nostra presentia presentare, aut ipse aut missus suus, intra quadraginta noctes postquam ipse homo ad eum venerit, si nos intra Italia sumus; et si nos intra Italia non fuerimus, tunc postquam in Dei nomine fuerimus reversi ipse intra quadraginta noctes eum in nostra presentia debeat presentare, sicut supra diximus. Et si quis super hoc facere presumpserit et sic non
20 adimpleverit, exinde bannum nostrum ad partem nostram conponat.

6. Stetit[3] nobis de hominibus libellariis, ut nullus comis nec iuniores eorum eos amplius non distringant nec inquietent, nisi sicut a tempore Langobardorum eorum fuit consuetudo.

7. Placuit nobis de ecclesiis baptismalibus, ut in omnibus ita debeant esse ordi-
25 nate et conservate, quomodo domnus Karolus rex demandavit et in suo capitulare continet.[4]

8. Et hoc instituimus, ut emunitates a iamdicto domno nostro firmatae in omnibus sic conservatae esse debeant, sicut est iussio ipsius domni nostri Karoli regis[5].

9. Consideravimus, ut vias et portoras vel pontes infra regnum nostrum in om-
30 nibus pleniter emendate esse debeant per illa loca ubi antea semper fuerunt[p]; nam per alia loca super ipsa flumina nullatenus portoras esse debeant.

10. Placuit nobis de illis feminis quarum mariti in Francia esse videntur, ut missi nostri per regnum nostrum hoc debeant inquirere, si eorum iustitias sic pleniter habeant, sicut fuit iussio domni nostri[q], an non: et qui sic habuerit, bene; sin autem,
35 tunc volumus ut ipsi missi nostri cum[r] ipso comite in cuius est ministerio[r] ita conpleant, sicut domnus noster demandavit.

11. Stetit nobis, ut missos nostros, unum monachum et alium[s] capellanum, direxerimus infra regnum nostrum previdendum et[t] inquirendum[t] per monasteria virorum et puellarum que sub sancta regula vivere debent, quomodo est eorum habitatio vel
40 qualis est vita aut conversatio eorum, et quomodo unumquemque monasterium de res habere videtur, unde vivere possit.

12. Placuit nobis, ut nullus comis nec iuniores eorum nullatenus presumat alicui homini sua testimonia tollere aut[u] abstrahere[u], nisi permittantur ei ipsa testimonia

i) bassalli 2; basalli 8. k) qui proclamat *add.* 7. 8. l) Et si .... emendet *om.* 7. 8. m) ex-
45 inde *add.* 7. 8. n) pro eo *rell. om.* 7. 8. o) voluntate 7. 8. p) fuit consuetudo 5. q) Karoli *add.* 2. r) cum .... ministerio *om.* 7. 8. s) unum 7. 8. t) *desunt* 7. 8. u) *desunt* 2. 7. 8.

3) *Cfr. Capit. Mantuan. secund.* 787, *c.* 5. 4) *Cap. Mantuan.* 787, *primum c.* 4; *secundum c.* 3. 5) *Cap. Mantuan.* 787 *secundum c.* 1.

habere qui eas potest conquirere atque rogare. Et si aliquis contra hoc facere presumpserit, nostra est voluntas, ut ipse in nostra presentia veniat et ibidem exinde talem accipiat sententiam, quomodo nostra fuerit voluntas ad iudicandum.

13. Stetit nobis de illos liberos Langobardos, ut licentiam habeant se commendandi ubi[v] voluerint[w], si[x] commendatus non est[x 6], sicut a tempore Langobardorum fecerunt, in[y] tantum ut[z] suo comiti faciat rationabiliter quod debet.

14. Ut nullus alteri presumat res suas aut alia causa sine iudicium tollere aut invadere; et qui hoc facere presumpserit, ad partem nostram[a] bannum nostrum componat[b].

v) cui 5. 9. w) *rell. cum cap.* 14 *desunt* 8. x) si seniorem non habuerit 7. y) nisi 2. z) quod 5; quod ad partem 7; *deest* 2. a) exinde *add.* 1. b) exolvat 1.

6) *Supra cap.* 5.

---

95. PIPPINI CAPITULARE.

circa **790.**

Exstat in italici iuris codicibus 1) *Monacensi* 19416. 2) *Epored.* 34. *fol.* 14. 3) *Epored.* 33. *fol.* 135. 4) *S. Pauli in Karinth. fol.* 158. 5) *Paris.* 4613. *fol.* 66. 6) *Chis. F. IV.* 75. *fol.* 88. 7) *Cavensi* 22. *fol.* 220. 8) *Mutin. cathedr. I,* 2. *fol.* 169ᵛ. 9) *Goth.* 84. *fol. fere* 220. 10) *Guelferbyt. inter Blankenb.* 130. 52. *fol. fere* 86. *Capita* 2. 3. 4 *sub fine.* 5. 8. 11 *aberraverunt etiam in cod.* 11) *Monac.* 3853. *fol.* 291. *A codicibus* 6. 7. *absunt c.* 6. 14, *quae tamen in cod.* 6 *alio loco supplentur; in cod.* 10 *desiderantur capp.* 13 – 17.

Hoc capitulare nationibus in Italia tantum viventibus datum fuisse, tam universa ipsius indoles quam capita 4. 15. 16. *pro certissimo produnt. In codicibus* 4—6 *itemque in libro legis Langobardorum Papiensi haec constitutio inter Pippini capitularia recensetur et Pippini capitulari Papiensi anno* 787 *edito subnectitur. Isto Papiensi nostrum esse recentius et Pippino auctori tribuendum, admodum verisimile videtur; post mensem Aprilem anni* 783 *idem ortum esse, capite* 14 *probatur.*

(B. I, 257. *et I,* 538, *c.* 14; *P. I,* 46.*)*

Incipit capitulare qualiter praecepit domnus rex de quibusdam causis.

Primo capitulo de senedochia: iussit ut quicumque senedochia habent, si ita pauperes pascere voluerint et consilio facere quomodo abantea fuit, habeant ipsa senedochia et regant ordinabiliter[1]. Et si hoc facere noluerint, ipsas dimittant; et per tales homines inantea sint gubernatae, qualiter Deo et nobis exinde placeat.

2. De ecclesiis baptismalibus: ut nullatenus eas laici homines tenere debeant, sed per sacerdotes fiant, sicut ordo est, gubernatae[2]. Et neque illi pagenses neglegentiam habeant de hoc quod ibidem facere debent. Et illi sacerdotes eas sic regant quomodo ordo canonicus exposcit.

1) *Cfr. Pip. cap.* 782—786 *(C.* 91*), c.* 3. 2) *Cfr. Pip. cap.* 782—786, *c.* 1.

3. De advocatis sacerdotum: volumus ut pro ecclesiastico honore et pro illorum reverentia advocatos habeant.

4. De diversis generationibus hominum qui in Italia commanent: volumus ut, ubicumque culpa contigerit unde faida crescere potest, pro satisfactione hominis illius contra quem culpavit secundum ipsius legem cui neglegentiam commisit emendet. De vero statu ingenuitatis aut aliis quaerelis unusquisque secundum suam legem se ipsum defendat.

5. De compositionibus quae ad palatium pertinent. Si comites ipsas causas commoverint ad requirendum, illam tertiam partem ad eorum recipiant opus, duas vero ad palatium. Et si per suam neglegentiam remanserint, et missus dominicus ipsas causas coeperit requirere[a], tunc volumus ut ipsi comites illam tertiam partem non habeant, sed cum integritate ad palatium veniant.

6. De monasteria et senedochia qui per diversos comites[b] esse videntur, ut regales sint[3]; et quicumque eas habere voluerint, per beneficium domno nostro regis habeant.

7. De rebus forfactis per diversos comites[c], volumus ut ad palatium pertineant.

8. Si cui[d] res in elemosina datae sunt, et ipse mortuus fuerit antequam eas dispenset, tunc missus dominicus una[e] cum episcopo parrochiae illius consideret, qualiter in domni regis mercede ipsa elemosina fiat facta, et infra triginta noctes impleta esse debeant.

9. De filia cuius pater per manum erogatoris omnes servos suos iussit fieri liberos, et quia contra legem[4] esse videtur, instituimus quod ipsa filia in tertiam[f] portionem de praefatis servis iterum introire possit[g].

10. Placuit nobis inserere: ubi lex est, praecellat consuetudinem, et nulla consuetudo superponatur legi.

11. Placuit etiam nobis, ut quaecumque femina potestatem habet per comiatum viri sui res suas[h] vendere, habeat potestatem et donare.

12. De mancipias palatii[i] nostri[i] et ecclesiarum nostrarum nolumus mundium recipere[5], sed nostras ipsas mancipias habere.

13. Placuit nobis, ut illos liberos homines comites nostri ad eorum opus servile non obpremant; et quicumque hoc fecerit, secundum quod iudicatum[k] habemus emendet.

14. De rebus quae Hildegardae[l] reginae[6] traditae fuerunt: volumus ut fiant descriptae per breves[7], et ipsae breves ad nos fiant adductae.

15. Non est nostra voluntas ut homines Placentini[m] per eorum praeceptum de curte palatii nostri illos aldiones recipiant.

16. De fugitivis partibus Beneventi et Spoleti sive Romaniae vel Pentapoli, qui[n] confugium faciunt[8], ut reddantur et sint reversi ad proprium locum.

17. Sicut consuetudo[9] fuit sigillum et epistola prendere[o] et vias vel portas custodire, ita nunc sit factum.

a) inquirere 1. b) comitatus 6—10. c) comitatus 6. 7. 10. d) cuius 7. 10. e) una *rell. usque ad finem capitis om.* 4. f) talem 4. g) quale portionem de aliis rebus genitoris sui *add.* 4. h) res suas *om.* 1. 4. i) palatinis 4. k) iuditium statutum 7. l) hildecarde 6; ildicarde 4; ildegarde 5. m) placentinos 4. n) qui *om.* 4. 5. 7. o) reprehendere 7; *deest* 5.

3) *Cfr. Cap. Mant. eccles.* 787, *c.* 3. 4) *Ed. Liutpr. c.* 65. 5) *Scilicet si nubunt ancillae viris alienis; cfr. Ed. Liutpr. c.* 126. 6) *Karoli uxoris ao.* 783. *die* 30. *Apr. mortuae.* 7) *Cfr. Liutpr. notit. de actorib. regis c.* 5. 8) *In Pippini regnum ex partibus Italiae Pippino non subiectis.* 9) *Cfr. Rachis, capit. in brevi* 1: nullus homo per marcas introire possit sine signo aut epistola regis.

96. CAPITULA CUM ITALIAE EPISCOPIS DELIBERATA.

790 – 800?

Leguntur capitula in unico codice Parisiensi 4613. *fol.* 67 *numeris LIII—LVII. aliis capitulis italicis subnexa; antecedunt in codice Pippini capitularia duo annis* 787 *et sequentibus edita. Haud dubie italica sunt ab episcopis constituta et secundum epilogum a rege seu Karolo seu quod magis verisimile est a Pippino confirmata. Quo tempore edita sint non liquet; fortasse respecto loco, quo in codice Parisiensi temporum ratione habita inter alia capitula collocantur, inter annos* 790 *et* 800 *data recte haberi possunt.* (*B. I,* 359. *c.* 30; *P. I,* 50.)

De[1] his feminis qui se Deo voverant et se monachica veste induerant, et postea se maritos copulaverunt: ut inquirat[a] unusquisque in iudiciariam sibi commissas ubi eas invenerint, ut sine dilatione eas ab ipsis illicitas coniunctionibus separare debeant, ut ipsas de supra memorata inlicita coniunctione ad penitentie recurrant medicamentum.

2. De[2] illos homines qui aliquam incantationem vel divinationem agent vel his similia, quae in conspectu Dei abhominatione esse videntur, similiter inquirat unusquisque: ubi eos invenerint, non dimittat illos sine disciplina correptionis et faciant eos penitentiam agerent de has inlicitas presumtiones.

3. De pravos illos homines qui brunaticus colunt, et de hominibus suis subtus maida cerias incendunt et votos vovent: ad tale vero iniquitas eos removere faciant unusquisque; nisi voluerint ad ecclesia panem offerre, simpliciter offerant, non cum aliqua de ipsa iniqua commixtione[3].

4. Similiter inquirat unusquisque homines sibi commissos, ubi forsitan invenitur, ubi facte sunt inlicitas coniunctiones: ita[4] ut qui uxorem consobrino aut insobrino suo uxorem duxisset, aut etiam qualibet parentem suam sibimetipsos uxorem copulasset, sine omnem moderatione eos ab invicem separentur, et eos ad penitentiae remedium faciat destinari.

5. Et hoc etiam scribimus, ut cunctis diligentes inquirat: ut si est homo uxorem habens, et[b] supra ipsa cum alia adulterans et concubinam[c] habuerint, a[d] tali igitur inlicita perpetratione faciat eos cum omni sollicitudine separari.

a) inquiratur *c.* b) ut *c.* c) concubā *c.* d) aut *c.*

1) *Cfr. Edict. Liutpr. c.* 30. 2) *Ed. Liutpr. c.* 84. 85. 3) *Hoc quoque capitulo aeque atque antecedenti superstitiones ne fiant statuitur; quales sane sint superstitiones, non omnino liquet. Pro brunaticus 'brumaticos' legendum videtur, nam festi ethnici hiemales brumalia dicti (Iulfest) haud dubie spectantur, de quibus Zacharias papa in concilio Romano ao.* 743, *c.* 9: '*Ut nullus Kalendis Ianuariis et broma ritu paganorum colere praesumat aut mensas cum dapibus in domibus praeparare vel per vicos et plateas cantationes et choros ducere quod maxima iniquitas est coram Deo: anathema sit*'. *Maida, quid sit, prorsus incertum, voce fortasse corrupta; cerias pro cereis, i. e. facibus, candelabris positum videtur. Capituli huius verbis ultimis collegi potest, ut videtur, de panibus ritu magico coctis capituli auctorem cogitavisse.* 4) *Ed. Liutpr. c.* 33. 34.

6. Sic[e] placuit domni regi, ut qui as nefandas criminas emendare de terminibus sibi commissis, ut diximus, emendare neglexerit, ut in sacro palatio widrigildum suum componat.

e) *Hic epilogus ab antecedenti capitulo in codice non distinguitur.*

5

97. KAROLI EPISTOLA IN ITALIAM EMISSA.

790 – 800.

Invenitur epistola ad magistratus vassallosque haud dubie italicos data in his septem italici iuris codicibus: 1) *Sangallensi* 733. *pag.* 72. 2) *Epored.* 34. *fol.* 18v.
10 3) *Epored.* 33. *fol.* 138. 4) *cath. Mutin. I.* 2. *fol.* 169. 5) *Gothano* 84. *fol. fere* 219. 6) *Monac.* 19416. 7) *Guelferbyt. inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 81. *In codicibus* 1—5 *chronologico ordine digestis epistola nostra anni* 789 *capitularibus subnectitur; ante annum* 801 *ipsam datam esse exordio probatur, ut intra annos* 790 *et* 800 *eam scriptam esse non immerito liceat coniicere, quae coniectura eo munitur, quod capitulare anno* 779
15 *datum* dudum a nobis constitutum *in hac epistola dicitur.*

(B. I, 329; *P. I,* 81.*)*

Karolus, gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, dilectis comitibus seu iudicibus et vassis nostris, vicariis, centenariis vel omnibus missis nostris et agentibus.

20 Cognoscat utilitas vestra quia resonuit in auribus nostris quorumdam praesumptio non modica, quod non ita obtemperetis pontificibus vestris seu sacerdotibus, quemadmodum canonum et legum continetur auctoritas, ita ut presbyteros nescio qua temeritate presentari episcopis denegetis, insuper et aliorum clericos usurpare non pertimescatis et absque consensu episcopi in vestras ecclesias mittere audeatis, necnon et in
25 vestris ministeriis pontifices nostros talem potestatem habere non permittatis, qualem rectitudo ecclesiastica docet. Insuper nonas et decimas vel census inproba cupiditate de ecclesiis, unde ipsa beneficia sunt, abstrahere nitimini, et precarias de ipsis rebus, sicut a nobis dudum in nostro capitulare institutum est[1], accipere neglegitis, et ipsam sanctam Dei ecclesiam una cum ipsis episcopis vel abbatibus emendare iuxta vires
30 vestras denegatis. Quapropter nos una cum consensu episcoporum nostrorum, abbatum necnon et aliorum sacerdotum haec instituta partibus vestris direximus. Praecipientes enim iubemus, ut nullus quilibet ex fidelibus nostris, a minimo usque ad maximum, in his quae ad Deum pertinent episcopo suo inoboediens parere audeat de supradictis capitulis seu aliis eruditionibus ad illorum ministerium pertinentibus, sed cum bona
35 voluntate et omni mansuetudinis subiectione unusquisque sacerdoti suo propter Deum et pacis studio obtemperare studeat. Si quis autem, quod absit, ullus ex vobis de nonis et decimis censibusque reddendis atque precariis renovandis neglegens apparuerit, et inportunus episcopis nostris, de his quae ad ministerium illorum pertinere noscuntur

1) *Cap. Harist.* 779, *c.* 13.

vel sicut in capitulare dudum a nobis factum[1] continetur, contradicere praesumpserit, sciat se procul dubio, nisi se cito correxerit, in conspectu nostro exinde deducere rationem.

Et ut has litteras certius credatis, de anulo nostro subter eas decrevimus roborare.

1) *Capit. Harist. a.* 779, *c.* 13. 5

---

98. CAPITULARE ITALICUM.

801.

Legitur capitulare in codicibus 1) *Epored.* 33. *fol.* 138 v. 2) *Epored.* 34. *fol.* 32 v. 3) *S. Pauli in Karinthia folio fere* 164. 4) *Paris.* 4613. *fol.* 69. 5) *Mutin. eccl. cath. I,* 2. *fol.* 173. 6) *Gothano* 84. *fol. fere* 219. 7) *Guelferbyt. inter Blankenb.* 130. 10 52. *fol. fere* 90. 8) *Monac.* 19416. 9) *Chisiano F. IV.* 75. *folio fere* 69. 73. 91. 10) *Cavensi* 22. *fol. fere* 221 *et* 231. *Capita* 3. 4. 7. 5 *leguntur etiam in* 11) *Monac.* 3853. *fol.* 293. *In codd. Chis. et Cavensi primo inter Karoli capitula scripta sunt capita* 1. 2. 5—8, *deinde sub Karoli capitum fine adduntur praefatio et capp.* 3. 4; *in Chisiano praefatio cum capite secundo altera vice fol.* 91 *inter Lotharii capita invenitur. Caput* 15 *nostrum octavum an huius capitularis vere pars sit dubitari potest; huic enim subiungitur in codicibus tantum* 8. 9. 10, *in codice* 3 *recensetur in Karoli et Pippini filii* 92 *capitum quadam collectione (sub numero* 73*) et in codice* 2 *post capitulare in Theodonisvilla datum primum praefixo numero VIII. In codicibus* 1. 2 *subnexum est capiti nostro septimo capitulum quod vere in codicibus manuscriptis omnibus ultimum est legis Ribua-* 20 *riae; invenitur idem etiam in codicibus* 7. 8, *aliis autem capitularibus additum et in codice* 8 *verbo* Missi *inscriptum.*

Capitulare anno 801 *a Karolo vel in ipsa Italia vel in Francia datum et ad magistratus italicos transmissum est; praecepta eius non solum ad Langobardos sed ad alias etiam nationes in Langobardorum regno degentes spectant.* 25

(B. I, 345; *P. I,* 83.*)*

In[a] nomine domini nostri Iesu Christi[a]. Karolus, divino nutu coronatus, Romanum regens imperium, serenissimus augustus, omnibus ducibus[b], comitibus, gastaldiis[c] seu cunctis[d] rei publicae per provincias Italiae a nostra mansuetudine praepositis. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCCI, indictione nona, anno vero regni nostri 30 in Frantia XXXIII, in Italia XXVIII, consulatus autem nostri primo.

Cum Italiam propter utilitatem sanctae Dei ecclesiae ac provinciarum disponendarum venissemus, et multae atque diversae per urbes singulas ante conspectum nostrum quaestiones tam de ecclesiasticis quam publicis ac privatis rebus discuterentur, pleraque statim recitata ex Romana seu Langobardica lege competenti sententia terminata sunt, 35 quaedam vero in nostri examinis arbitrium ad tempus dilata, quorum iudicialis sententia a legislatoribus aut penitus omissa est aut a posteris oblivioni tradita. Quocirca nos, considerantes utilitatem nostram et populi a Deo nobis concessi, ea quae ab ante-

a) In .... Christi *om.* 8; *in eodem codice inscripta sunt capitulari:* Capitula quae addita sunt ad legem Langobardorum. b) iudicibus 10. c) castaldiis 9. 10. d) *deest* 3. 4. 9. 10. 40

cessoribus nostris regibus Italiae in edictis legis Langobardicae ab ipsis editae praetermissa sunt, iuxta rerum et temporis considerationem addere curavimus, scilicet ut necessaria quae legi defuerant supplerentur, et in rebus dubiis non quorumlibet iudicum arbitrium, set nostrae regiae auctoritatis sanctio praevaleret. Capitula autem quae nobis addere placuit haec sunt.

1. De cartis donationum faciendis[e]. Si quis Langobardus statum[f] humanae fragilitatis praecogitans pro salute animae suae de rebus suis[g] cartam donationis cuilibet facere voluerit[h], non, sicut actenus fieri solebat[1], ius sibi vendendi, commutandi et per aliam cartam easdem res alienandi reservet[i], set absolute faciat unusquisque de rebus suis quod velit, et noverit sibi a nostra autoritate penitus interdictum duas de eadem re facere donationes, set postquam unam de rebus suis traditionem fecerit, aliam de ipsis faciendi nullam habeat potestatem: ita tamen, ut usum[k] fructuum[k] per precariam et[l] res traditas usque in tempus diffinitum possidendi sit concessa facultas.

2. De haribanno[m]. Si quis liber, contemta iussione nostra, caeteris in exercitum pergentibus, domi residere praesumpserit, plenum haribannum[n] secundum legem Francorum, id est solidos sexaginta, sciat se debere conponere. Similiter et pro contemtu singulorum capitulorum quae per nostrae regiae auctoritatis bannum promulgavimus, id est qui pacem ecclesiarum Dei, viduarum, orfanorum et pupillorum ac minus potentium inruperit[o], sexaginta solidorum multam[p] exsolvat[p].

3. De desertoribus. Si quis adeo contumax aut superbus extiterit, ut, dimisso exercitu absque iussione vel licentia regis domum revertatur, et quod nos teudisca[q] lingua dicimus herisliz[r] fecerit, ipse ut reus maiestatis vitae periculum incurrat[2] et res eius in fisco nostro socientur.

4. De latronibus. Si quis latronem morte dignum sibi ad occidendum traditum servaverit et vitam indigno concesserit, medietatem damni propter quod traditus est pro[s] latrone[s] componat. Et idem latro, si rursum in latrocinio fuerit conprehensus, quod prius debuerat, capitali sententia debitum[t] exsolvat.

5. De mancatione qualibet. Si quis alterum praesumtive[u] sua[u] sponte castraverit et ei ambos testiculos amputaverit, integrum wirigildum[v] suum iuxta conditionem personae conponat; si virgam absciderit, similiter; si unum testiculum, medietatem solvat. Hoc de oculis, manibus et[w] pedibus[w] vel de lingua sancimus, ut, si unum eorum abscisum fuerit, medietas wirigildi[v], si ambo, integritas pro facti emendatione conponatur.

6. De aldiones. Aldiones vel aldianae ad[x] ius publicum pertinentes[x] ea lege vivant in Italia in servitute dominorum suorum, qua[y] fiscalini vel lites[z] vivunt in Francia[y].

7. De latronibus. Si quis furonem vel latronem comprehenderit et eum indemnem dimiserit neque illum ad praesentiam ducis aut comitis vel loci servatoris, qui missus comitis est, adduxerit, et de hoc facto vel nequitia posthac in praesentia iudicum

e) statuimus *add.* 5. 8. *Capitum inscriptiones omittunt* 4. 9. 10. f) facientem casum 9. 10. g) voluerit iudicare vel *add.* 9. 10. h) voluerit *hic om.* 9. 10. i) potestatem *add.* 9. 10. k) *ita* 1. 9. 10; usumfructum *rell.;* si voluerit habere *add.* 9. 10. l) et 1. 2 *habent, om. rell.* m) *ita* 1; aribando 5. 8; eribanno 9; *inscr. om. alii.* n) arivannum 3. 10; barebanno 9; heribanno 4. o) conturbaverit 9; receperit raptum vel infra patria fecerit aut incendium aliene domus vel collecta multitudo cuilibet intulerit 10. *Cfr. supra Cap.* 68, *c.* 2. p) solvat 9; pena multentur 10. q) *ita* 3. 10; teutisca 1; theudisca 4; theodisca 7. r) ereslig 3; erislig 10; erit lex 5; erilex 6; eris lex 8. s) pro latr. *om.* 3. t) vita 3. 10. u) praesumptiosae 1. v) *ita* 1. 2; widrig. *rell.* w) *desunt* 3. x) ad ius publ. pert. *om.* 5. 9. 10. y) quaris hoc oritur vel lites vibunt in italia 10. z) *sic* 3. 4. 10; lidus 1; lides 7; liddi 8. 10.

1) *Cfr. Ed. Roth.* 173. 174. 2) *Cfr. supra Cap.* 74, *c.* 4.

convictus fuerit, ipse damni aestimationem pro quo fur vel latro comprehensus est conponere cogatur.

---

8. De servis fugacibus. Ubicumque intra Italiam sive regius sive ecclesiasticus vel cuiuslibet alterius hominis servus fugitivus inventus fuerit, a domino suo sine ulla annorum praescriptione vindicetur: ea tamen ratione, si dominus Francus sive Alamannus aut alterius cuiuslibet nationis sit; si vero Langobardus aut Romanus fuerit, ea lege servos suos vel adquirat vel amittat, sicut inter eos antiquitus est constituta[3].

3) *Cfr. Ed. Grim.* 1. 2.

---

99. KAROLI M. CAPITULARE MISSORUM ITALICUM.

781—810.

Legitur in codicibus 1) *Epored.* 34. *fol.* 25ᵛ. 2) *Monac.* 19416 *in quo* Item capitulare *inscriptum est; capp.* 6—9. 12. 13 *etiam in cod.* 3) *S. Pauli in Karinth., capp.* 6. 13 *in codd.* 4) *Chis. F. IV.* 75. *et* 5) *Cavensem* 22., *caput* 13 *etiam in librum Papiensem dictum transierunt.*

Codices dicti omnes italici sunt et in omnibus haec capitula inter italica locum habent; ipsa quoque esse italica praesertim capita 9. 13 *produnt, quae regnum spectant quod praeter capitularis auctorem eius filium tamquam dominum habet. Capitula missis causas breviter indicant, de quibus ab ipsis inquirendum et regi referendum sit. Karolus utrum in Italia an e Francia capitula missis dederit, non liquet; pariter quonam Pippini regni* (781—810) *anno data sint.* (*B. I,* 529; *P. I,* 151.)

De ordinacione ecclesiastica et restauracione ecclesiarum Dei, omnes generaliter bonam habeant providenciam.

2. Ut pacem et concordiam habeant ad invicem fideles nostri.

3. Quomodo marca nostra sit ordinata, et quid per se fecerunt confiniales nostri specialiter istis preteritis annis.

4. De placito condicto ad marcam necesse est, ut omnimodis ex omni parte, sicut ordinatum fuerit, unusquisque conveniat.

5. De illis hominibus non recipiendis a marchionibus nostris, qui seniores suos fugiunt pro damna quae eis facta habent.

6. De pravis iudicibus, advocatis, vicedominis, vicariis, centenariis vel reliquis actoribus malivolis non habendis.

7. De liberorum hominum possibilitate: ut iuxta qualitatem proprietatis exercitare debeant.

8. Ut nullus consenciat suis hominibus ad male faciendum infra patriam; et[a] de eo quod dicunt se non posse habere homines ad marcam defendendam, si eos bene distringunt.

a) et *om.* 2.

9. De vassis regalibus, ut honorem habeant et per se aut[b] ad nos aut ad filium[c] nostrum[c] caput teneant.

10. De obsidibus: quod bene non custodiunt, et ab eis fugiunt.

11. De illis qui necessitatem paciuntur, ut meliorem habeant consolacionem ad 5 eorum iusticiam.

12. Ut per placita non fiant banniti liberi[d] homines, excepto si aliqua proclamacio super aliquem venerit aut certe si scabinus aut iudex non fuerit; et pro hoc condemnati illi pauperiores non fiant[1].

13. Ut haribannum[e] aut aliquod coniectum pro[f] exercitali causa comites de libe- 10 ris hominibus recipere aut requirere non praesumant, excepto si de[g] palacio nostro aut[h] filii nostri[h] missus veniat qui illum haribannum[e] requirat[2].

b) aut *om.* 3. c) filios nostros 3. d) lib. *om.* 2. e) aribannum 4. 5; arivannum 3. f) pro *om.* 2. g) at 3. h) *ita* 1. 2 4. 5 *et liber Pap.*; aut a filiis nostris 3.

1) *Cfr. infra Cap.* 102, *c.* 14. 2) *Cfr. supra Cap.* 74, *c.* 2.

---

15 100. PIPPINI ITALIAE REGIS CAPITULARE.

800 — 810?

Legitur in 1) *codice Eporediensi* 34. *fol.* 26[v] *post capitula* Secretiores *dicta (C.* 101*) et numeris IV. V. VI. numeratum, et ex eo primo editum est a Baudi di Vesme, edicta regum Langob. pag.* 198. *Capita* 1. 2 *praeterea leguntur in* 2) *cod. Mediolan. O.* 55. 20 *in diversorum capitum collectione Karoli capitulis subnexa, sub numeris* 5 *et* 22 *recensita et capp.* 4. 2 *in alio libri Papiensis codice* 3) *Florentino, bibl. Laur. Plut. LXXXVIIII. super. n.* 86. *fol.* 104[v].

Italicum esse capitulare tam codicum origo idem tradentium quam praecepta quae capitibus insunt, praesertim cap. 1., *probant; Pippinum esse auctorem veri simile vide-* 25 *tur, quo anno datum sit non liquet.* *(B. deest; P. deest.)*

De episcopis, presbiteris, diaconibus vel clericis: interdixit per omnia magna sinodus[1], ut nulli episcopo[a] vel[a] presbitero atque diacono sive clerico introductam non liceat habere mulierem, simul nec ancillam aut aldiam[b] quae in opinione adulterii manet aut diffamatur, nisi forte matrem aut sororem aut amitam; simul nec et[c] ipse in casas 30 ubi ipsi[c] manent esse non debeant. Et qui hoc facere ausus fuerit, bannum nostrum ad partem nostram componat.

2. Et[d] postquam hoc capitulum adnotare iussimus et per regnum nostrum cuiquam de nostra iussione conmendatum fuerit, et alio modo fecerit nisi quod nobis et

a) episcopo vel *om.* 2. b) aliam 2. c) et in ipsa casa ubi ipsas 2. d) Ut 2.

35 1) *Syn. Nicaen. c.* 3: '*Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo non presbytero non diacono nec alicui omnino qui in clero est licere subintroductam habere mulierem: nisi forte matrem aut sororem aut amitam, vel eas tantum personas quae suspiciones effugiunt*'.

nostris fidelibus placitum est, quiscumque nostra iussione in dispectum habuerit, bannum nostrum dupliciter ad parte nostra conponat; et postea ipse reus appareat in sancta sinodo et secundum canones iudicetur.

3. Et[e] placuit nobis, ut quiscumque de fidelibus nostris hoc actum a nobis iussum habuerit ad inquirendum per regnum nostrum, ubicumque inquisierit, quales seniores homines in ipsa loca fuerint manentes, eos sacramentare faciat, ut per ipsos veritas declaretur.

4. De illis hominibus vel sacerdotibus aut quibuslibet per regnum nostrum, qui propter premia aut parentellam de nostra iustitia inquirentibus aut emendantibus vicia veritatem obfuscare volunt missis vel fidelibus nostris ut se in periuria mittant, iubemus atque precipimus, ut si suspitio fuerit quod periurassent[f], ut postea ad campum vel ad crucem iudicetur, ut ipsa veritas vel periurium fiant declarata. Et si Domini[g] fuerit voluntas, quod per ipsa iudicia veritas aut periurium declaretur, tunc volumus atque iubemus, ut, si sacerdos vel clericus fuerit, dupliciter bannum nostrum persolvat sicut superius[2] decrevimus et postea secundum sanctos canones iudicetur; et si laicus fuerit, widrigild suum ad partem nostram persolvat.

e) *Caput cum antecedente in uno iunctum est in cod.* 1. f) homo periurasset 3. g) Dei 3.

2) *Cap.* 2.

101. KAROLI CAPITULA ITALICA.

790—810?

Leguntur inscripta Secretiores *in cod. Epored.* 34. *fol.* 26[v] *post Karoli capitulare missorum italicum (C.* 99*), ex quo codice edita sunt a Baudi di Vesme, Edicta regum Langob. pg.* 197. *An unius tantum constitutionis partes efficiant, dubitari potest. Primum haud dubie Karoli est, tertium fortasse spectat ad capitulare supra dictum.*

(B. deest; P. deest.)

Quod Deo miserante filii nostri etatem habentes[a] excepto paterna consolatione per se ceteris hominibus praecellere debent.

2. De consiliariis, et ut illi semper audiantur qui ad profectum et utilitatem communem consilia sua proferunt; qui vero de propriis potius quam de communis considerare solent reiciantur de loco consiliariorum.

3. Quomodo causam confinales nostri odio semper habent contra illos qui parati sunt inimicis insidias facere et marcam nostram ampliare[1].

a) habent et *c.*

1) *Fortasse haec verba responsum missorum continent ad mandatum supra p.* 206, *c.* 3. *missis iniunctum, ut legendum sit: Quomodo marca: confinales nostri* rell.

102. PIPPINI CAPITULARE ITALICUM.

801 (806?) — 810.

Legitur in codicibus 1) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 66 *et* 2) *Cavensi* 22. *folio fere* 216; *capitula fere omnia a libri Papiensis dicti collectore in librum recepta sunt.*
Etiamsi tam in utroque codice quam in libro Papiensi capita haec inter Karoli Magni constitutiones recensentur, tamen capitulare Pippini Italiae regis esse pro certo habendum est, cum plus semel capitularis auctor regius imperatorem tamquam alterum regni dominum respiciat, qua de re conferenda sunt capita 3. 6. 19 *et inscriptio. Post annum* 800 *capitulare datum esse, imperatoris nomen probat, Pippinus auctor mortuus est anno* 810. *Fortasse capitulare duobus locis (c.* 11. 12*) capitulare in Theodonis villa Decembri* 805 *editum respicit ipsoque posterius aestimandum est. Capitulum quod Pertzius tamquam ultimum* (21) *capitulari subiecerat vere Hludowici Pii est anni* 816. *c.* 3. *(B. deest; P. I,* 103.*)*

Incipit[a] kapitula qualiter domnus rex ad placitum suum fidelibus suis ammonuit.

Volumus atque ammonemus, ut episcopi suum in omnibus iuxta vires peragere studeant ministerium in parrochiis eorum, et ut predicationem et confirmationem ibidem expleant. Et ut de monasteriis que infra eorum parrochia sunt vigilanter curent, ut canonici secundum canones, regulares secundum regulam vivant: et ubi aliter quam ordo poposcit invenerint, emendare studeant, et si emendare nequiverint, nobis renuntient.

2. Ut abbates qui monasteriis regularibus[b] presunt, volumus atque iuvemus, ut secundum regulam vivant et doceant; et de subiectis de hoc quotquot[c] illis et carnaliter et spiritualiter ministrare curent[d] et vigilantiam habeant.

3. Ut abbates qui canonicam debent normam illis[e] similiter suis prevideant clericis, sicut ordo canonicus docet, et iuxta vires certent, qualiter ipse ordo ibidem servetur et officium debitum ipsi explere queant; et[f] ubi opus est, sua monasteria emendare procurent. Et ut abbates monasteria sibi commissa magis frequentare delectent et suos clericos instruant, ut Dei servitium expleant[f] et ordinem suum custodiant, quam per cetera delectamenta voluntatum[g] saecularium vacare non sinant[h], nisi forte contingat eos in servitio domni imperatoris[i] nostrumque[i] esse occupatos: et hoc ad tempus erit, non semper.

4. Ut comites pleniter iustitiam diligant et iuxta vires expleant et iustitiam sanctae Dei ecclesiae vigilanti cura instent et orfanorum, viduarum, pauperum et omnium qui in eorum ministerio commanent, de quacumque causa ad eos venerit querella, plenissima et iustissima deliberatione diffinire decertent; et sicut rectius et iustius est ita agant, et ut primitus ad placita eorum orfanorum et viduarum necnon et pauperum causas deliberent, nec propter aliqua dilatatione eorum iustitia a iudicibus dilatetur.

5. Volumus ut episcopi et comites concordiam et dilectionem inter se habeant ad Dei et sanctae aecclesiae protractatum[k] peragendum, ut episcopus suo comiti, ubi ei

a) *Inscriptio et cap.* 1. *desunt in cod.* 2, *cum folium unum abscisum sit.* b) *deest* 2. c) quod *c.* d) decurent 1. e) illius 2. f) et ubi opus est..... expleant *om.* 2. g) voluntatem 1. h) sinat 1; desinant 2. i) imperatore que 2. k) protestamentum 2.

necessitas poposcit, adiutor et exortator existat, qualiter suum ministerium explere possit; similiter et comis faciat contra suum episcopum, ut in omnibus illi adiutor sit, qualiter infra suam parrochiam canonicum possit adimplere ministerium.

6. Precipimus etiam comitibus et[l] omnibus[l] fidelibus domni imperatoris nostrique, ut quicumque de rebus aecclesiae beneficia habent pleniter nonas et decimas ad ipsas ecclesias donent absque ulla deminoratione et[l] dilatatione[l] in quantum melius possunt, et iuxta possibilitatem quando necessitas exigit de opera ad ipsas ecclesias restaurandas adiutorium faciant.

7. Et vos episcopi, qui omnium vos nonas et decimas accipitis, in vestra providentia sit, qualiter ecclesiae et cappellae quae in vestra parrochia sunt emendentur et luminaria eis praebeatis et ut presbyteri in eis vivere possint.

8. Ut nemo alterius clericum sine commendaticiis aut dimissoriis litteris recipere audeat.

9. Ut episcopi et abbates per sinodochia et monasteria eorum ospitalem[m], ubi antiquitus fuit, faciant et summopere curent, ut nullatenus praetermittantur.[1]

10. Ut vassi[n] et austaldi[n][2] nostri in nostris[o] ministeriis, sicut decet, honorem et plenam iustitiam habeant et, si presentes esse non possunt, suos advocatos habeant, qui eorum res ante comitem defendere possint et, quicquid eis queritur, iustitiam faciant.

11. Volumus ut advocati in presentia comitis eligantur, non habentes malam famam, sed tales eligantur quales lex iubet eligere.[3]

12. Volumus etiam atque iubemus[p], ut comites et eorum iudices non dimittant testes habentes mala fama testimonium perhibere, sed tales eligantur qui testimonium bonum habeant inter suos pagenses; et primum per ipsos iudices inquirantur, et sicut ab illis[q] rectius inquirere potuerint, ita faciant, non voluntas[r] malorum hominum assensum praebentes. Ut et ipsi comites vel eorum iudices, quos noverunt causa de qua inter eos agitur comperta esse, sine blandimento ipsius qui causam habet faciant ad eandem causam venire, et per eorum inquisitionem fiat definita. Et iubemus, ut testimonia ab invicem separentur, sicut lex iubet[4]; quia, si ita agant, multi falsi testes possunt convinci[s].

13. Sed et hoc volumus, ut comites plenam iustitiam de latronibus faciant per eorum ministeria et ut malefactores et fures non patiantur quietos residere, sed semper eos, in quantum valent, infestent.

14. Ut ante vicarios nulla criminalis actio diffiniatur, nisi tantum leviores causas quae facile possunt diiudicari; et nullus in eorum iudicio aliquis in servitio hominem conquirat, sed per fidem[t] remittantur usque in praesentiam comitis. Et ingenuos homines nulla placita faciant custodire, postquam illa tria custodiant placita quae instituta[u][5] sunt, nisi forte contingat, ut aliquis aliquem accuset; excepto illos scabinos qui cum iudicibus resedere debent.

15. Volumus, ut sicut nos omnibus legem observamus ita et omnes nobis legem conservare faciant, et plenam iustitiam in eorum ministeriis, quicquid ad nos pertinet, facere studeant.

l) *desunt* 2. m) ospitales 2. n) bassi et castaldi 2. o) vestris 1. p) ammonemus *add.* 2. q) *ita lectio libri Papiensis;* aliis 1; yssos *(pro* ipsos?) iudice 2. r) *ita* 2; volutas 1; voluntatibus *lib. Pap.* s) si non interrogates fuerint. et condixiuncti *add.* 2; si ita interrogati fuerint separatim *(vel* convincti*) add. lib. Pap.* t) fides 1; fideiussores *lib. Pap., fortasse recte, cfr. e gr. Cap. miss.* 803, *c.* 4. u) instructa 1.

1) *Cfr. Cap. Pippini* 782—786, *c.* 3. *et Pipp. cap. circa a.* 790, *c.* 1. 2) *Ministeriales palatini; cfr. capit. de exped. Corsicana* 825, *c.* 2. 3. 3) *Cfr. capit. in Theod. villa datum alterum* 805, *c.* 12. 4) *l. c. c.* 11: '*separentur ab invicem*'. 5) *Capitulare non exstat.*

16. Iubemus[v] enim, ut propter ullam districtionem quem nos facere[v] iubemus aut quibuslibet causis servi non mittantur in districtionem, sed per missos nostros vel domini eorum aut illorum advocati ipsos servos[w] distringant, et ipsi sicut lex iubet rationem pro[w] servos reddant, utrum culpabiles sint an non; ipsi vero domini distringant et inquirant servos suos, sicut ipsi amant.

17. Ut nemo pedicas in foreste[x] dominica[y] nec in quolibet loco tendere praesumant. Et hoc si ingenui perpetraverint, bannum dominicum solvant; si servi, domini illorum emendent sicut lex est.

18. Ut nemo presumat quis hominem[z] vendere aut comparare nisi presentia comitum aut missorum illorum, et ut nemo audeat in furto mancipia emere et in aliam regionem occulte ducere; ubi vero reppertum fuerit, legalem[a] sententiam[a] subiaceat.[6]

19. Ut nemo forcapium[b] de mancipiis aut de qualibet causa recipere praesumat[7], sicut saepius domnus imperator commendavit.[8]

20. Ut mancipia adventitia et fugitiva nullus recipere praesumat.

v) Iubemus — facere *om.* 2. w) servos — pro *om.* 2. x) foresta 2. y) dominice 1. z) hominum 1. a) regale sentia 1. b) fur capiant 2.

6) *Cfr. capit. Harist.* 779, *c.* 19. 7) *Cfr. Hludow. cap. per se scrib.* 817, *c.* 1. 8) *Capitularia non exstant; iure Langobardorum antiquo 'pro presura' praemium petere licuit. Roth.* 264; *Liutpr.* 44.

---

103. KAROLI AD PIPPINUM FILIUM EPISTOLA.

806—810.

Inserta est codicibus 1) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 81. 2) *Monac.* 19416. *In codice* 1. *inscribitur:* Incipit epistola Karoli *et in eiusdem codicis indice indicatur verbis:* Epistola et institutio directa Pipino regi in Italiam pro diversis iustitiis et oppressionibus quae ad ministris publicis aliisque personis tam ecclesiasticis quamque reliquis hominibus inferebantur.

Post legibus additum capitulare (803) *et post patris et filii conventum* (805. 806 *secundum Einhardi annales; epistola haec:* tu autem nosti, quomodo tecum locuti fuimus) *epistola data apparet.* (*B. I,* 461; *P. I,* 150.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus, magnus et[a] pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum, dilectissimo filio nostro Pippino glorioso regi sempiternam in Domino salutem.

Pervenit ad aures clementiae nostrae, quod aliqui duces et eorum iuniores, gastaldii, vicarii, centenarii seu reliqui ministeriales, falconarii, venatores et caeteri per singula territoria habitantes ac discurrentes mansionaticos et parvaredos[b] accipiant, non solum super liberos homines sed etiam in ecclesias Dei, monasteria videlicet virorum ac puellarum et senedochia atque per diversas plebes et super reliquos servientes ecclesiae[c],

a) et *om.* 2. b) paruareda 2. c) ecclesiae ... seruientes *om.* 2.

et insuper homines atque servientes[c] aecclesiarum Dei in eorum opera, id est in vineis et campis seu pratis necnon et in eorum aedificiis illos faciant operare et carnaticos et vinum contra omnem iustitiam ab eis exactari non cessant; et multas oppressiones patiuntur[d] ipsae ecclesiae[d] Dei vel servientes earum.[1] Ideoque, karissime fili, has litteras ad tuam dilectionem dreximus, ut hanc causam diligenter ac prudenter inquirere facias; et si verum[e] est quod ita factum sit, deinceps omnimodis emendare et corrigere studeas, quatenus in diebus nostris ac tuis pax ecclesiarum Dei sive illarum servientium in omnibus conservetur et ut merces copiosa nobis ac tibi exinde iugiter adcrescat.

Audivimus etiam, quod quedam capitula quae in lege scribi iussimus[2] per aliqua loca aliqui ex nostris ac vestris dicunt[f], quod nos nequaquam illis hanc causam ad notitiam per nosmetipsos condictam[g] habeamus, et ideo nolunt ea oboedire nec consentire neque pro lege tenere. Tu autem[h] nosti, quomodo vel qualiter tecum locuti fuimus de ipsis capitulis, et ideo monemus tuam amabilem dilectionem, ut per universum regnum tibi a Deo commissum ea nota facias et oboedire atque inplere praecipias, de[3] episcopis et sacerdotibus occisis, sicut statutum habuimus, et de reliquis quibuslibet causis. Verumtamen de presbiteris videtur nobis, si[i] liber natus est, per[k] triplam compositionem[k] secundum suam legem fiat compositus; et si plagatus fuerit, secundum qualitatem vel quantitatem plagarum vel disciplinae tripla compositione emendetur ab eo qui hoc perpetraverit.[l] Si autem[m] presbiter servus natus fuit, secundum illius nativitatem tripla compositione solvatur in plagis et disciplinis. Et de diaconibus similiter fiat. His expletis bene vale semper in Domino, karissime[n] fili.

d) paciantur ipsas ecclesias 2. e) ueritas 2. f) dicant 2. g) esse dictam 1. h) *deest* 1. i) ut si 2. k) presbyter tripla conpositione 2. l) perpetratus fuerit 1. m) tamen 2. n) dilectissime 2.

1) *Cfr. Capit. Mantuan. secund.* 787, *c.* 6; *item supra Cap.* 57, *c.* 2. 2) *Capit. legibus add.* 803. 3) *l. c. c.* 1.

VI.

CAPITULA SINGILLATIM TRADITA KAROLO MAGNO ADSCRIPTA.

---

104. CAPITULA FRANCICA.

5 *Legitur caput primum in codice canonum bibliothecae Barberina* 2888. *fol.* 296 *praemissa inscriptione: 'Dicta beati Karuli inperatoris pro causa oportunis', quae postrema verba in memoriam revocant Haristallensis capitularis anni* 779 *praefationem. Capitulum prorsus corruptum a librario traditum est, ut de ipso iudicari vix possit.*
(B. deest; P. deest.)

10 1. Adquisitionem autem facta percipienda statuimus, ut nullus hominibus audeat commendatione facere ad monachos nisi iussione abbati suo, quia eodem scapulum staminia tene et si fur venerit nocte ac die, commendatione suscepi, nec abbas suo. Sicut domno nostro Karulo rex Francorum et patritio Romanorum facere iussit pro causa oportunis et si intentione voluerit committere, componat solidos centum, et mo-15 nachus inlesus permaneat.

Subnectitur in codice Vaticano reginae Christinae 520 *capitulari Haristallensi anni* 779. *Origo prorsus incerta est.* *(B. deest; P. deest.)*

2. De vocationibus[a] quas faciunt episcopi praecipimus, ut qui eas neglexerit tripliciter componat. Quod si excommunicatus ad satisfactionem venerit, canonice suscipiatur.

---

20 *Legitur in codice Norimbergensi fol.* 32 *subnexum tamquam 'XXX cap.' missorum capitulari anni* 803. *Fortasse capitularis deperditi pars est.* *(B. deest; P. deest.)*

3. Ut missi nostri una cum sociis qui in eorum scara commanere videntur episcopis, abbatibus, comites seu vassi nostri cum omni generalitate si necesse fuerit, ubicumque eis iniunctum fuerit, festinare nullatinus tardent.

25 a) excommunicationibus *corr.?*

Legitur in codice Barrois olim Lovanii collocatum inter capita 23 et 24 capitularis missorum anni 803; capitulum genuinum videtur, etiamsi incertae originis.
(B. deest; P. deest.)

4. Et centenarii generalem placitum frequentius non habeant propter pauperes; sed cum illos super quos clamant iniuste patientes et cum maioribus natu et testimoniis necessariis frequenter placitum teneant; ut hi pauperes qui nullam causam ibidem non habeant non cogantur in placitum venire nisi bis aut ter in anno.

Exstat in eodem codice Barrois olim Lovanii post legis Salicae brevem quandam recapitulationem, quales multae in codicibus leguntur. Capitulum originis incertae simile est quibusdam anno 802 datis, supra pag. 93, c. 13. 14 et pag. 101, c. 18[a] editis.
(B. deest; P. deest.)

5. Scire debent missi dominici, qualiter episcopus atque comes inter se habent conversationem[b] et quomodo sunt consentientes legem atque iustitiam vel pacem; et quomodo abbates vel abbatisse subiecti sunt episcopis, in quorum parrochia commanent; et quomodo habent fideles atque diligentes legem vel iustitiam vicedominos, advocatos, centenarios atque praecones, ut omnes homines qui per ministeria eorum commanere videntur et qualem pacem habent inter se.

In eodem codice Barrois subnexum est capiti antecedenti. Omnino consentit cum capite supra pag. 101, c. 18 et pag. 146, c. 1 edito, verbis tamen nonnullis insertis.

6. De banno domini imperatoris et regis quod per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundepurdio aecclesiarum et viduarum, orfanorum et de[c] minus potentium[c] atque rapto et de incendio, et nullus presumat hostiliter alium in propria domo querere ad interficiendum aut aliquid tollendum et de exercitalia placito instituto, ut hii qui ista inrumperit bannum dominicum omnimodis componant.

Leguntur haec duo capitula in codicibus 1) *Epored.* 33. *fol.* 146[v]. 2) *Chisian. F.* 74. *fol.* 76[v]. 3) *Cavensi* 22. *fol.* 235. *Caput septimum receptum est etiam in cod.* 4) *Paris.* 4632. *fol.* 32, *item apud Ansegisum (III,* 43*) et in libro Papiensi (Hlud. P.* 5*). Locus quo capita in codd.* 2. 3 *et in libro Papiensi inveniuntur Hludowicum Pium auctorem indicat, codices contra* 1. 4 *et Ansegisus Karoli Magni ea esse persuadere videntur, quod magis verisimile est. Caput septimum simile est capiti septimo capitularis anno* 803 *legibus additi (supra pag.* 114*), octavum vero in memoriam revocat caput* 16 *capitularis cuiusdam intra annos* 801 *et* 813 *orti (supra pag.* 172*). Caeterum dubitari potest, an haec duo capitula cohaereant et eiusdem capitularis partes habenda sint.*
(B. I, 395; *P. I,* 196.*)*

b) universationem *c.* c) dominus potentiam *c.*

7. Si[a] quis per cartam[b] ingenuus dimissus fuerit et a[c] quolibet homine ad servitium interpellatus fuerit, primo legitimum auctorem suae libertatis proferat et in sua libertate perseveret. Si vero legitimus[d] auctor defuerit, testimonium bonorum hominum, qui tunc aderant quando liber dimissus fuit, se defendere permittatur. Si vero testes[e] 5 defuerint, cum duabus aliis[f] cartis, quae eiusdem cancellarii manu firmatae sunt vel subscriptae, suam cartam quae tertia est veracem et legitimam esse confirmet. Cancellarius[g] tamen talis esse debet, qui pagensibus loci illius notus fuisset et acceptus.[g] Si[h] vero qui interpellatus fuerit[h] nec auctorem nec testimonia[i] nec[k] cartae collatione ostendere potuerit[k], ipse qui eum inscripsit[l] secundum legem cartam ipsam falsam effi- 10 ciat[m] et servum suum conquirat. Si vero interpellator aut auctorem aut testimonia aut cartarum collatione victus fuerit et hoc quod voluerit efficere non potuerit, multam quae in ipsa ingenuitatis carta continetur cogatur exsolvere.

8. Si quis seniorem suum dimittere voluerit et ei approbare potuerit unum de his criminibus: id est primo capitulo si senior eum iniuste in servitio redigere voluerit; 15 secundo capitulo si in vita eius consiliaverit[n]; tertio capitulo si senior vassalli sui uxorem adulteraverit; quarto capitulo si evaginato gladio super eum occidere voluntarie occurrerit; quinto capitulo si senior vassalli sui defensionem facere potest postquam ipse manus suas in[o] eius[o] commendaverit et non fecerit, liceat vassallum eum dimittere. Qualecumque de istis quinque capitulis senior contra vassallum suum perpetraverit, 20 liceat vassallum eum dimittere.

a) Cap. de inienuitate cartarum *rubr.* 4. b) cartulam 2. 3. c) a *om.* 1. 4. d) *deest* 4. e) et testes 4. f) *deest* 2. 4. g) Cancellarius .... acceptus *om.* 4. h) Si autem interpellatus fuerit ad servitium 4. i) habuerit *add.* 4. k) neque alias duas cartas ad suam cartam confirmandam invenire poterit 4. l) interpellavit 4. m) esse faciat 2. 3. n) et homo hoc sentiens liceat 25 eum dimittere *add.* 1. 3. o) in eius *om.* 2. 3; *sed* ei ipse *ante legit* 2.

---

105. CAPITULA ITALICA.

Legitur caput primum in cod. Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52. *fol.* 85 *ibique inseritur capitulari Haristallensi* 779 *inter capita* 18 *et* 19. *Haud dubie langobardicum est, simile Liutprandi capitibus* 30 *et* 76: *utrum Karoli Pippinive capitularis* 30 *pars sit an a iudice quodam langobardico conceptum, dubito.*

(B. deest; P. I, 38. *c.* 18[b].*)*

1. Item placuit de sanctimonialibus mulieribus qui se copulaverunt viris aut adulterio se polluerunt, ut disiungantur, et intrent in monasteria tam viri quamque et feminae cum rebus suis et cum illa compositione quam in publico dare debuerunt vel mundo- 35 aldo eius. De illis vero viris paupertinis qui nihil habent, ut supra et ipsi disiungantur, et si res non habent qualiter in monasterio vivant, parentes proximi eos nutriant et caveant, iterum non peccent. Quod si amplius in ipso mala accesserint, mundoaldo eius sit culpabilis solidos XXX, et ipsa intret in monasterium cum poena quae mundoaldo eius obligaverat et cum illa compositione adulterii sui. Ancilla vero, quae cum volun- 40 tate domini sui vestem religiosam susceperit et postmodum adulteraverit aut maritum duxerit, si[a] dominus eius culpabilis sol. I.

a) sit *corr.?*

In saeculi XV. codice Vaticano, inter codd. reg. Christ. 1036, *capitulari Haristallensi* 779 *inseritur inter capita* 10 *et* 11; *ipsum codicem Sirmondus secutus esse videtur in capitulari edendo. Dubiae fidei capitulum videtur.*

(B. deest; P, I, 37, *c.* 10[b].*)*

2. De latronibus in custodiam missis. De latronibus qui in custodiam missi sunt, ut nullus iudex publicus de eis pretium prendat[a]; et si hoc fecerit, honorem suum perdat. Et qui ecclesiam infregerit, moriatur.

Legitur in codice Monacensi 19416 *subiunctum capitulis quibusdam e Karoli capitulari Mantuano anni* 787 *(supra C.* 93*) excerptis. Pro ipsius capitularis parte hoc capitulum non aestimaverim; quin genuinum italicum sit, sive Karoli sive Hludowici secundi aetate datum, non dubito.* *(B. deest; P. I,* 112, *c.* 6.*)*

3. Volumus etiam et statuimus de plateis vel cloacis[b] curandis uniuscuiusque civitatis de regno Italiae pertinentibus, ut singulis annis curentur. Tamen non volumus, quod exinde pandum[c] aliquis ad partem palacii nostri persolvat. Sed praecipimus, quatenus exactores singularum civitatum studium habeant, ne ante finiatur annus quam plateae et cloacae[d] emundentur; et hoc unusquisque procurator civitatis publice ex nostra imperiali parte ammonendo precipiat ne pretermissum fiat.

Leguntur capitula in codice Parisiensi 4613. *fol.* 83. *subnexa legationis edicto anni* 789. *Res ecclesiarum italicarum spectant et legem Romanam in memoriam revocant; cum iure autem Iustinianeo non consentiunt. Origo incerta est.*

(B. I, 245; *P. I,* 69.*)*

4. Item de rebus ecclesiarum. Volumus ut qui aliqui per testes exinde qualecumque rem tollere voluerit, per quinque vel septe testimonia dicant suum testimonium, et sic tollantur qualecumque rem. Quia testamento quod Romani faciunt firmum non posset, nisi per quinque aut per septem confirmatur[1].

5. Item de thesauro quod subtus terra invenitur: inventus fuerit in terra aecclesiarum, tertia ad parte episcopi revocetur. Et si aliquod Langobardus aut qualibet homo propria expontanea voluntate cavaverit, et aliquit ei dominus dederit in propria sua, quarta portione exinde tollantur, et ille vero tres portiones ad nos perveniat et de verbo nostro ut nullus presumat aliter facere[2].

a) pendat *c.* b) *ita emendavit Amerpach;* cocleis *c.* c) bannum *corrigendum.* d) cocleae *c.*

1) *Testamenta septem, codicilli quinque adhibitis testibus fiunt secundum legem Romanam.* 2) *Capituli huius praecepta ius quidem Romanum redolent sed ab ipso discrepant.* §. 39. *Inst. rer. divis. (II,* 1.*)*

In libro Papiensi habetur pro Karoli M. capite 33 post capitula supra (C. 70.) ex Ansegiso edita: dubito an ad ipsa pertineat. (B. deest; P. I, 170, c. 5.)

6. Sic[a] quoque: qualibet persona de hoc quod interpellata fuerit presentaliter aut emendet aut sacramentum reddat solus, quod nec ipse fecisset nec qui fecisset sciat. 5 Accusator vero prius iuret, quod non eum se sciendo iniuste interpellavit.

In libri Papiensis recentiori editione, glossata a me in Legum tomo quarto nominata, legitur pro Karoli M. c. 34 (cfr. Legg. IV, p. 586); in priori eiusdem libri editione capitulum deest. Pro Karoli capitularis parte vix habendum est, sed sive a Karoli quodam in Italia successore datum sive omnino spurium. (B. deest; P. I, 170. c. 6.)

10 7. De his vero personis quae longe a palatio quasi in via remaneant expectantes seniorem suum et depraedationes fecerint, comes aut minister eius, quicquid contra legem fecerint, absque ulla excusatione emendare faciant. Si vero de iniustitia contendere voluerint, constringat, aut velint vel nolint, ut iustitiam faciant. Si vero quisquam in sua superbia adeo contenderit, ut ibidem interfectus sit, incompositus iaceat; et ne- 15 que senior neque propinquus eius pro hoc nullam faidam portet aut commotionem faciat; et si fecerit, nobis et populo nostro inimicus annotetur.

Traditur in libro Papiensi pro Karoli Magni capite 65 ibique inter duo Pippini capitula collocatur; an et ipsum Pippini, an a iudice vel capitulorum collectore fictum sit, dubitari potest. (B. deest; P. I, 38, c. 11. sub fine.)

20 8. Mentio etenim facta est a nonnullis in placito quod habuimus anno praeterito et dictum est inibi, quia ubi palam apparet, quod aut ille qui crimen ingerit aut ille qui se defendere vult periurare se debeat, melius est, ut in campo cum fustibus pariter contendant quam periurium perpetrent.

Recensetur in libro Papiensi quasi Karoli M. c. 121 (Leg. IV, 509). Origo om-25 nino incerta. (B. deest; P. I, 192, c. 1.)

9. Si quis praepositus aut ministerialis aliquas res ecclesiae quas praevidere debet per aliquem scriptionis titulum cuiquam concesserit, quod ad damnum ipsius ecclesiae pertineat, pro sacrilegio computetur. Similiter et de rebus quae ad rem publicam pertinent, si comes aut ministerialis rei publicae cuiquam concesserit, pro infidelitate com-30 putetur.

a) Si *codd. antiquissimi.*

In eodem libro Papiensi legitur tamquam Kar. M. c. 126 *(Leg. IV,* 510*); item incertae originis. (B. deest; P. I,* 192, *c.* 3.*)*

10. Placuit nobis secundum sanctorum patrum auctoritatem[1], si quis ab episcopo suo iuste excommunicatus fuerit, a nullo penitus recipiatur, antequam in praesentia sui episcopi veniat pro culpa satisfactionem redditurus. 5

In libro Papiensi Kar. M. c. 127 *(Leg. IV,* 511*); origo incerta.*
(B. deest; P. I, 192, *c.* 4.*)*

11. Et quia sunt nonnulli, qui sine proprietatibus in regno nostro degentes iudicia comitum effugiunt atque non habentes res aut substantiam pro quibus constringi possint, ideo malitias exercere non cessant: de illis nobis placuit, ut ipsi cum quibus 10 manere videntur aut eos praesentent aut pro eorum malefactis rationem reddant.

Lib. Pap. Kar. M. c. 128 *(Leg. IV,* 511*); ad verbum fere desumtum est e concil. Cabilion.* 813, *c.* 30. *(B. deest; P. I,* 192, *c.* 5.*)*

12. Ut coniugia servorum non dirimantur, si diversos dominos habuerint, sed in uno coniugio servi permanentes dominis suis serviant, sic tamen, ut ipsum coniugium 15 legale sit et per voluntatem dominorum suorum iuxta illud euangelium[2]: 'Quod Deus coniunxit, homo non separet'.

Lib. Pap. Kar. M. c. 132 *(Leg. IV,* 511*); desumtum est e conc. Cabilion.* 813, *c.* 31. *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 8.*)*

13. Si qua mulier filium vel filiam suam per fraudem aliquam coram cpiscopo ad 20 confirmandum tenuerit, propter fallaciam suam poenitentiam agat, a viro tamen suo non separetur.

In aliis libri Papiensis codicibus est ultimum Karoli M. capitulum; in aliis ultimum Pippini. Leg. IV, 514: *Kar. M. c.* 143. *Iuris consuetudinarii videtur a iureconsulto quodam conceptum. (B. deest; P. I,* 192, *c.* 6.*)* 25

14. Sicut consuetudo nostrorum est, ut Langobardus vel Romanus si evenerit quod causam inter se habeant, observamus, ut Romanus populus successionem eorum iuxta

1) *Nicaen.* 5; *Antiocen.* 6. 2) *Matth.* 19, 6. *Marc.* 10, 9.

suam legem habeant; similiter et omnes conscriptiones iuxta suam legem faciant et, quando iurant, iuxta suam legem iurent et, quando componunt, iuxta legem cui malum fecerint componant; et Longobardos similiter convenit componere. De ceteris vero causis communi lege vivamus, quam domnus excellentissimus Karolus rex Francorum 5 atque Longobardorum in edicto adiunxit.

In uno libri Papiensis codice Pippini capitulis subnexum est, sed vere a librario desumtum e Iuliani epitome novellarum 119, 6. *Cfr. Leg. IV*, 587, *c.* 20.
(B. deest; P. I, 193, *c.* 7.*)*

15. Neque decennii neque vicennii aut XXX annorum praescriptio religiosis domibus 10 opponatur, set sola XL annorum curricula terminentur, non solum in ceteris rebus, set eciam in legatis et in ereditatibus.

In aliis libri Papiensis codicibus alio loco legitur; origo omnino incerta. Cfr. Leg. IV, 588, *c.* 24. *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 7.*)*

16. Inter duos fratres anni curricula non computetur, sed semper equaliter dividant, 15 quia de uno patre et matre nati sunt. Et haec curricula usque ad tertium sequantur gradum.

In duobus libri Papiensis codicibus loco diverso legitur et vix genuinum est. Cfr. Leg. IV, 587, *c.* 16. *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 10.*)*

17. Praecipimus ut nemo usuras de aliqua causa exigere audeat. Quicumque hoc 20 fecerit, bannum persolvat.

In uno libri Papiensis codice a librario suppletum incertae est originis. Cfr. Leg. IV, 587, *c.* 17. *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 12.*)*

18. Si quis pro alterius debito se pecuniam suam promiserit redditurum, in ipsa promissione est retinendus.

---

25 *In libro Papiensi vel inter Karoli M. vel inter Pippini capitula recensetur; fortasse e conciliis desumtum est. Cfr. Leg. IV*, 522. *Pip. c.* 45. *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 13.*)*

19. Ut de eo qui se periuraverit, postquam poenitentiam egerit, inculpabilis esse videatur.

In quatuor libri Papiensis codicibus invenitur loco diverso; Leg. IV, 586, *c.* 3. *Ad exemplum Capit. legibus additi* 803 *capitis* 6 *a librario vel iureconsulto quodam fictum videtur.* *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 14.*)*

20. Quicumque res suas pro anima sua ad casam Dei aut ad parentes suos sive ad alios homines tradiderit et in hostem aut in servitium Dei iturus fuerit aut ad mortem traditus, si in ipso itinere aut de ipsa infirmitate mortuus fuerit, habeat ipse ipsas res cui traditae sunt. Et si mortuus non fuerit in ipso itinere aut de ipsa infirmitate, recipiat res suas quas tradiderit, si voluerit, et habeat in suo iure sicut antea habuit.

In tribus libri Papiensis codicibus quasi Karoli M. capitulum legitur; Leg. IV, 587, *c.* 11. *Fictum est e concilii Arelatensis* 813 *canone* 23, *verbis postremis recens additis.* *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 16.*)*

21. Ut nec episcopi nec abbates nec comites nec vicarii nec iudices nullusque omnino sub mali occasione vel malo ingenio res pauperum vel minus potentium nec emere nec vi tollere audeat; sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico coram idoneis testibus et cum rationibus hoc faciat. Ubicumque autem aliquid inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per iussionem nostram.

In iisdem libri Papiensis codicibus quasi Karoli M. capitulum legitur; Leg. IV, 587, *c.* 12. *Vere repetitum est ex epitome Aegidii dicta Legis Romanae Wis. Cod. Theod. V.* 12. *Interpr.* *(B. deest; P. I,* 193, *c.* 17.*)*

22. Ut longa consuetudo, quae ad utilitatem publicam non impedit, pro lege servetur, et quae diu servatae sunt permaneant.

VII.
ADDITAMENTA AD PIPPINI ET KAROLI M. CAPITULARIA.

106. NOMINA EPISCOPORUM ET ABBATUM ATTINIACI CONGREGATORUM.
760—762.

Traduntur in codice Vaticano inter Palatinos 577. *fol.* 6.

Synodus regni Francorum mere ecclesiastica Attiniaci habita videtur circa annos 760 *ad* 762; *de ipsa et de clericis in ipsa congregatis accurate egit Oelsner in 'Jahrbuecher des fraenkischen Reiches unter Koenig Pippin' pag.* 357—376 *et* 474—477.

(B. deest; P. I, 29.*)*

Nomina episcoporum seu abbatum qui, aput villam publicam Attiniacum pro causa relegionis ac salute animarum congregati, synodali conventu inter cetera salubriter sapienterque definita hoc quoque commoni cunctorum decreto statuerunt, ut unusquisque illorum quorum nomina in hoc indiculo[a] subter scripta repperiuntur, quando quislibet de hoc saeculo migraverit, centum psalteria et presbiteri eius speciales misas centum cantent. Ipse autem episcopus per se XXX misas impleat; nisi infirmitate aut aliquo inpedimento prohibeatur. Tunc roget alterum episcopum pro se cantare: abbates vero qui non sunt episcopi rogent episcopos ut vice illorum ipsas XXX misas expleant, et presbiteri eorum centum misas et monachi centum psalteria psallere meminerunt. Hrodegangus episcopus civitas Mettis. Eddo episcopus civitas Stradburgo. Lullo episcopus civitas Maguntiaci. Lupus episcopus civitas Senonis. Baldeberhtus episcopus civitas Baselae. Uulframnus episcopus civitas Meldis. Remedius vocatus episcopus civitas Rodoma. Maurinus episcopus civitas Eboracas. Genbaudus episcopus civitas Laudumo. Hildigangus episcopus civitas Suaseonis. Athalfridus episcopus civitas Novionis. Megingozus episcopus civitas Wirziaburgo. Williharius episcopus de monasterio sancti Maurici. Folcricus episcopus civitas Tungris. Theodulfus episcopus de monasterio Laubicis. Hiddo episcopus civitas Agustoduno. Yppolitus episcopus de monasterio Eogendi. Iacob episcopus de monasterio Gamundias. Gaucilenus episcopus civitas Celmanis. Iohannes episcopus civitas Constantia. Willibaldus episcopus de monasterio Achistadi. Madalfeus episcopus civitas Wirdunis. Harifeus episcopus civitas Bisentionis.

a) indiluculo *c.*

Leodeningus episcopus civitas Baiogas. Eusebius episcopus civitas Toronis. Tello episcopus civitas Coeradiddo. Mauriolus episcopus civitas Andecavis. †[b]Fulradus abbas de monasterio sancti Dionisio. Lantfridus abbas de sancto Germano. Iohannis abbas de sancto Flodoaldo. Druhtgangus abbas de Gemedico. Withlecus abbas de Funtanellas. Witmarus abbas de Centula. Leodharius abbas de Corbeia. Manase abbas de Flaviniaco. Asinarius abbas de Novalicio. Waldo abbas de sancto Iohanne. Fabigaudus abbas de Busbrunno. Godobertus abbas de Rasbacis. Athalbertus abbas de Fabarias. Widradus abbas de sancta Columba. Ebarsindus abbas de Aldaha. Geraus abbas de Niviella. Ragingarius abbas de Utico.

b) *Hoc signo episcoporum nomina ab abbatum nominibus secernuntur.*

---

107. INTERROGATIONES ET RESPONSIONES BAPTISMALES.

Leguntur in codice Vaticano inter Palatinos 577. *folio* 6v. *Saxonicae videntur et saeculo octavo conceptae. Confer Müllenhoff et Scherer 'Denkmaeler deutscher Poesie und Prosa'* 2. *editio pg.* 155. 494. *(B. deest; P. I,* 19.*)*

Forsáchistu diobolae? et respondeat[a]: ec forsacho diabolae.
end allum diobolgeldae? respondeat[b]: end ec forsacho allum diobolgeldae.
end allum dioboles uuercum? respondeat[a]: end ec forsacho allum dioboles uuercum and uuordum thunaer[c] ende woden ende saxnote ende allum them unholdum the hira genotas sint[c].
gelobistu in got alamehtigan fadaer? ec gelobo in got alamehtigan fadaer.
gelobistu in crist godes suno? ec gelobo in crist gotes suno.
gelobistu in halogan gast? ec gelobo in halogan gast.

a) resp. *c.* b) respon. *c.* c) thunaer.... sint *recentius addita videntur.*

---

108. INDICULUS SUPERSTITIONUM ET PAGANIARUM.

Legitur in codice Vaticano inter Palatinos 577. *fol.* 7. *Ab homine privato in Saxonia saeculo octavo conceptus esse videtur. Permultorum interpretum novissimus est Hefele in 'Conciliengeschichte' (ed. altera) III. p.* 505—511.
(B. deest; P. I, 19.*)*

De sacrilegio ad sepulchra mortuorum.
2. De sacrilegio super defunctos id est dadsisas[1].
3. De spurcalibus[2] in Februario[a].
4. De casulis id est fanis[3].
5. De sacrilegiis[4] per aecclesias.
6. De sacris silvarum[5] quae nimidas vocant.
7. De hiis quae faciunt super petras[6].
8. De sacris Mercurii vel Iovis[7].
9. De sacrificio quod fit alicui sanctorum[8].
10. De filacteriis[8] et ligaturis.
11. De fontibus[6] sacrificiorum.
12. De incantationibus.
13. De auguriis vel avium vel equorum[9] vel bovum stercora[b] vel sternutationes.
14. De divinis vel sortilegis[9].
15. De igne fricato de ligno id est nodfyr[10].
16. De[c] cerebro[c] animalium.
17. De observatione paganorum[d] in foco vel in incoatione rei alicuius.
18. De incertis locis que colunt pro sanctis.
19. De petendo[e][11] quod boni vocant sanctae[f] Mariae[f].
20. De feriis quae faciunt[g] Iovi vel Mercurio[12].
21. De lunae defectione quod dicunt 'vince luna!'
22. De tempestatibus[13] et cornibus[14] et cocleis[15].
23. De sulcis circa villas[16].
24. De pagano cursu quem yrias[17] nominant[h] scisis[h] pannis vel calciamentis[i].
25. De eo quod sibi sanctos[k] fingunt quoslibet mortuos[l].
26. De simulacro de consparsa farina[18].
27. De simulacris de pannis factis.
28. De simulacro quod per campos portant[19].
29. De ligneis pedibus[20] vel manibus pagano ritu.
30. De eo quod credunt quia femine[m] lunam[n] comendet, quod possint corda hominum tollere iuxta paganos[n].

a) febr *c.* b) sterco c. c) Det sbro *c.* d) paga *c.* e) pentendo *corr.* petendo *c.* f) scae mar *c.* g) fac *c.* h) nomis cisis *c.* i) calcim *corr.* calci *c.* k) scos *c.* l) mor *c.* m) famine *corr.* femine *c.* n) luna comedet qd possint corda hom tollere iuxta pagan *c.*

1) *Sacrificia mortuorum;* Todtenschmaus. *Cfr. capit. Karlom.* 742, *c.* 5. 2) *Epulae paganicae; mensis Februarius* Sporkelmonat *in Germaniae quibusdam partibus hodie appellatur.* 3) *Cfr. capit. de partib. Saxon. supra C.* 26, *c.* 1. 4) *Chori, cantica, convivia; cfr. Statuta vulgo Bonifacii dicta c.* 21. *Cfr. etiam capit. de part. Sax.* 2. 3. 5) *Cap. de part. Sax. c.* 21. 6) *Admon. gener.* 789, *c.* 65. 7) 'Woden ende Thunaer'; *supra in interrog. et resp. baptism. Cfr. Tac. Germ. c.* 9. 8) *Capit. Karlom.* 742, *c.* 5. 9) *Tac. Germ. c.* 10. 10) *Capit. Karlom.* 742, *c.* 5. 11) *Eccardus in comment. de rebus Franciae orientalis libro XXIII. emendationem proponit* '*petenstro*' *h. e.* Bettstroh, *cum herbae quaedam hodie quoque dicantur* Muttergottesbettstroh *earumque usus superstitiosus fiat.* 12) *Tac. Germ. c.* 9. 13) *Infra stat. Rhisp. et Frising. C.* 112, *c.* 15. 14) *Synodus Gallica* 551, *c.* 3: 'De incantatoribus qui instinctu diaboli cornua praecantare dicuntur'. 15) *Cauculatores; cfr. admon. gener.* 789, *c.* 65. 16) *Ad arcendas strigas.* 17) *Massmann emendavit* Frias, *in honorem deae Frigga dictae.* 18) Heidenwecke. 19) Flurgänge. 20) *Concil. Autissiodurense* 578, *c.* 3.

109. PRECATIO FRANCONICA.

Legitur in cod. Monacensi 14468. *fol.* 110 *subnexa legationis edicti anno* 789 *dati inscriptioni. Cfr. Müllenhoff et Scherer 'Denkmaeler deutscher Poesie und Prosa' edit. altera pag.* 164 *et* 520. *(B. deest; P. I,* 67. *not. h.)*

Truhtin god thu mir hilp. indi forgip mir gawitzi indi guodan galaupun. thina minna indi rehtan willeon. heili indi gasunti. indi thina guodun huldi

id est

Domine Deus tu mihi adiuva. et perdona mihi sapientiam. et bonam credulitatem tuam dilectionem et bonam voluntatem. sanitatem et prosperitatem. et bonam gratiam tuam.

110. SUMMULA DE BANNIS.

Ultimo folio (pag. 306*) codicis Babenbergensis D. II.* 2. *saeculo nono scripti leges Salicam, Ribuariam, Alamannorum continentis inscripta et haud dubie ab homine quodam privato concepta est. Saepe saeculi octavi fine et noni initio diversis nationibus capitularia dedit Karolus, quibus sub banno regio delicta in hac summula dicta committi vetatur: confer cap. Saxonicum* 797, *c.* 1; *capitulare italicum* 801, *c.* 2; *capit ad legem Baiwar. add.* (801—813), *c.* 1—3; *capitularia missorum* 802 *vel postea edita (supra pag.* 98. 101. 214*), sed etiam iam anteriora italica: Mantuan.* 781, *c.* 1 *et aliud* 780—790 *(pg.* 189*) c.* 7. *Idem circa tempus hanc etiam summulam conceptam crediderim.*
(B. deest; P. I, 34.*)*

De octo[a] bannus unde domnus noster vult, quod exeant solidi LX.

1. Cap. Dishonoratio sanctae ecclesiae.
2. Qui iniuste agit contra viduas.
3. De orfanis.
4. Contra pauperinus qui se ipsus defendere non possunt, qui dicuntur unvermagon[b] [1].
5. Qui raptum facit, hoc est qui feminam ingenuam trahit contra voluntatem parentum suorum.
6. Qui incendium facit infra patriam, hoc est qui incendit alterius casam aut scuriam.
7. Qui harizhut[2] facit hoc est qui frangit alterius sepem aut portam aut casam cum virtute.
8. Qui in hoste non vadit.

Isti sunt octo banni domino regis unde exire debent de unoquisque solido LX.

a) VIII. octo *cod.;* illos octo *Pertz.* b) *ita correxi;* ur uer magon *c.*

1) *unvermögend; minus potentes uti in capitularibus supra allegatis dicitur.* 2) *Harizuht; cfr. lex Baiwar. IV, c.* 23 *et* 24: *herireita et heimzuht.*

111. MEMORATORIUM MISSIS DATUM AD PAPAM ADRIANUM LEGATIS.

785?

Legitur in membrana quadam bibliothecae Parisiensis sub vitro hodie servata et inter codices numero 9008 *numerata. Primo editum et illustratum est a Champollion-Figeac 'Fragment inédit de la fin du VIII. siècle relatif à l'histoire de Charlemagne publié avec un facsimile Paris* 1836' *e charta illa pro authentica habita et inter res secretas et maxime pretiosas summa cum cura in bibliotheca Parisiensi servata, ubi ipsam chartam inspicere eaque uti mihi licuit.*

Memoratorium a regis consiliariis confectum et missis traditum videtur, dum Karolus rex in Saxonia versaretur (c. 7*) et Fastrada regina* (783—794) *viveret (c.* 1*). Cum Fastrada etiam anni* 785 *hieme ac vere in Saxonia cum rege marito versaretur, non sine probabilitate ipsi tempori hoc memoratorium adscriptum est: tamen hanc rem non omnino certam aestimaverim. Post Pertzium etiam Jaffé hoc memoratorium in bibliothecae suae tomo IV, p.* 341 *edidit.* (*B. deest; P. II,* 550.)

Primo capitulo. Salutat vos dominus noster filius vester Carolus rex et filia vestra domna Fastrada *regina*[a] *ac filii et* filiae domni nostri, simul et omnis domus sua.

2. Salutant vos cuncti sacerdotes, episcopi et abbates atque omnis congregatio illorum in Dei servicio constituta etiam et universus *grex* et populus Francorum.

3. Gratias agit vobis dominus noster filius vester, quia dignati fuistis illi mandare per decorabiles missos et melliflua aepistola ves*tra* de vestra a Deo conservata sanitate; quia tunc illi gaudium et salus ac prosperitas esse cernitur, quando de vestra sanitate vel populi vestri salute audire et certus esse meruerit.

4. Similiter multas vobis agit gratias dominus noster filius vester de sacrissanctis orationibus vestris quibus adsidue pro illo et fidelibus *sanctae* ecclesiae et vestris atque suis decertatis, non solum pro vivis sed etiam pro defunctis; et, si Domino placuerit, vestrum bonum certamen dominus noster filius vester cum omni bonitate in omnibus retribuere desiderat.

5. Mandavit vobis filius vester, dominus videlicet noster, quia Deo gratias et vestras sanctas orationes cum illo et filia vestra eius coniuge et p*role* sibi a Deo datis vel omni domo sua sive cum omnibus fidelibus suis prospera esse videntur.

6. Postea vero danda est aepistola dicentibus hoc modo: 'praesentem aepistolam misit vobis dominus noster filius vester postuland*o* scilicet sanctitati vestrae, ut almitas vestra amando eam recipiat'.

7. Deinde dicendum est: 'misit vobis nunc dominus noster filius vester talia munera qualia in Saxonia praeparare potuit et quand*o* placet sanctitati vestrae ostendamus ea'.

8. Deinde dicendum erit: 'dominus noster, filius vester, hec parva munuscula paternitati vestrae distinavit, inducias postolans interim dum meliora sanctitati vestrae praepare potuerit'.

9. Deinde...

a) *Verba et litterae oblique typis impressa in membrana desunt et coniectura suppleta sunt.*

112. STATUTA RHISPACENSIA FRISINGENSIA SALISBURGENSIA.

799. 800.

Leguntur in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52, *fol.* 83—86, *inscripta verbis:* Decretum sinodale episcoporum ex iussione domni Karoli. *Capita* 13—15 *recepta sunt etiam in codicibus Eporediensi* 33. *folio* 143, *Eporediensi* 34. *fol.* 30, *Monac.* 19416, *Mutin. Ord. I,* 2. *fol.* 176, *Goth.* 84. *folio* 221, *subiuncta in omnibus codicibus capitulari secundo ao.* 805 *in Theodonis villa dato.*

Quibus locis canones dati sint, epilogus ad caput 31 *docet; Rhispaci (c.* 1—5*) concilium habitum videtur anno* 799 *die* 20 *m. Ianuarii, Frisingae (c.* 6—31*) et Iuvaviae (c.* 32—47*) non multo post ab Arnone Salisburgensi archiepiscopo (a.* 785—821*). Cfr. Merkel in Monum. Germ. Legum tomo III, pag.* 247—249. 468—477. *et Hefele, 'Conciliengeschichte' tomo III, §.* 407. *editione altera. Canones secundum collectionem Dionysio-Hadrianam allegantur a horum conciliorum auctoribus.*

(B. deest; P. I, 77.*)*

Ideoque convenit supradictam congregationem sanctam domini Dei omnipotentis auxilio statuere in invicem indissolubili vinculo caritatis, ut unanimes uno ore honorificare Deum patrem in celis et concordiam pacis inter se perpetuo iure firmare, quod universo populo christiano indesinenter conservare oportet, maxime tamen his qui eclesiastici ordinis officio[a] mancipantur, qui pro se et pro totius christianitatis salute inmaculatas hostias domino Christo debent offerre.

2. Admonebant enim in ipso concilio, ut nullus eorum sive episcopus sive abbas vel presbiter aut monachus vel etiam ceteri ministri sanctae Dei eclesiae seu sanctaemoniales a recto tramite deviare praesummeret, et hic[b] qui in canonica vita degere debuisset, recte et secundum ordinem absque ulla transgressione vitam conservasset canonicam, aut hi qui sub voto monachicam vitam observare vovissent.

3. Statuerunt, ut nullus inter aeclesiasticos ordines pro qualibet causa absque iuditio episcopi sui vel etiam metropolitani consensu ad iuditia secularia minime audeat accedere. Sed si qualibet causa intra sanctas eclesias contigisset adquirere, cum omni caritate et concordia in invicem conservata requiratur. Si episcopus vel abbas vel etiam presbiter inter se aliquam habuissent secularis rei altercationem, cum moderamine caritatis et insolubili vinculo pacis cum consilio episcopi sui in invicem sibi ea quae in causa essent absque iniuria vel damnatis iuramentis fideliter et devote, iustitia inter eos peracta, cum timore Domini essent consentientes. Si vero cum consilio episcopi iustitia inter eos minime potuisset peragi, tunc ad metropolitanum episcopum causa deferatur, et cum ipsius consilio vel voluntate necnon et iussu omnia perficerentur[1].

4. Statuerunt etiam, ut cum consilio vel voluntate omnium pro remedio animarum elemosinas esse faciendas quater in anno, id est sabbato ante palmas et sabbato sancto pentecosten et tertia sabbati septimi mensis[2] et in sabbato proximo nativitatis Domini; et hoc publice non propter laudem humanam vel vane gloriae mercedem, sed pro

a) officium *c.* b) his *c.*

1) *Cfr. supra synod. Franconof.* 794, *c.* 6. 2) *Septembris.*

aeterna retributione et in exemplum populi christiani, unde ipse Dominus in euangelio ait: 'Sic[3] luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent patrem vestrum qui in caelis est'. Et hoc invitus neque coactus nemo faciat, sed spontaneo iuditio unusquisque iuxta vires suas inpertire studeat, quia non requiret Deus quantum, sed quanta voluntate proferatur, quia voluntas bona pro opere facti reputabitur.

5. Item placuit sancto concilio, quarta et sexta feria a carne et vino cuncto clero abstinendum, et ad nonam letaniam faciendam cum missarum sollemniis pro incolomitate et prosperitate vel firmitate totius sanctae Dei eclesiae vel pro aeterna salute christiani populi et animarum suarum vita perpetua vel pro vita et salute et stabilitate imperii domni regis vel filiorum eius, exceptis tamen diebus a nativitate Domini usque in octavas epyphaniae, et a pascha usque ad sanctam pentecosten, et praecipuis festivitatibus id est sanctae Mariae, sancti Iohannis baptistae, duodecim apostolorum, sancti archangeli Michahelis et sancti Martini, vel veneranda festivitate illius parrochie; vel etiam caritatis officium inplendum in adventu fratrum supervenientium, et his qui in hoste vel in itinere sunt constituti vel ad palatium domni regis veniunt vel infirmitate etiam detenti indulgentiam concedimus. Cibos vero quadragesimales vel potus in arbitrio uniuscuiusque esse utendos. Hoc tamen maxime cavendum, ut non usque satietatem cibum et potum sumamus, sed partius; qui vero plus abstinuerit, plus se mercedem habere sciat. Si quis vero in eclesiastico ordine vel clericatus officium hoc sponte adinplere studuerit, hortatur ut semper in melius proficiat. Si quis vero ex his neglegens et desidiosus fuerit, corripiatur et invitus per admonitionem nostram et correptionem etiam coactus hoc faciat.

Et hoc admonemus, ut praedicetur in populis, ut per exortationem et persuasionem vel per quamlibet occasionem hoc populis persuadere possimus, cum omni studio fideliter et devote faciamus.

Similiter decrevimus reliqua capitula conventionis nostrae per singula quaeque breviter praenotari.

6. Ut bis in anno concilia celebrentur, sicut in concilio Calcidonensi continetur kapit. XVIIII.

7. De non ordinandis presbiteris et diaconibus nisi in legitimis temporibus, sicut in decretis Zosimi papae continetur kapitulo III. necnon et in decretis Gelasii papae capit. XI.

8. Ut pacem omnibus inperetur custodiri in eclesia, sicut in capitulo I. continetur regulae Innocentii papae.

9. Ut nullus communibus vestimentis spretis nova et insolita assumat, id est quod vulgo nominatur cotzos vel trembilos[4], sicut in praefatione Gangrensis[c] sinodi prohibetur et in decretis Gelasii habetur[5].

10. Ut nullus presbiter aut alius ex clero usuram exigat, sicut in decretis papae Leonis cap. III. similiter et in decretis Gelasii papae cap. XV.

11. Ut nullus episcopus vel abbas atrahere audeat res nobilium[d] causa ambitionis sicut in canone Cartaginensi continetur cap. V.

12. Ut si quis sacerdotum contra statuta decretalia praesumptiose agit et converti nolens, ab officio suo moveatur noteturque omnibus, ut nullus eum in consortio reci-

c) gangensis *c*. d) mobilium *c*.

3) *Matth*. 5, 16. 4) *Cozo et trembil palliorum genera.* 5) *Nihil hac de re in decretis Gelasii.*

piat; et si quis hoc fecerit, simili sententiae subiacebit. Similiter et de laicis eandem constituimus regulam, sicut in decretis papae Leonis continetur kap. V.

13. Ut decimae populi dividantur in quattuor partes, id est una pars episcopo, alia clericis, tertia pauperibus, quarta in eclesiae fabricis applicetur[e], sicut in decretis pape Gelasii continetur cap. XXVII.

14. Ut viduis et pupillis, orfanis, caecis et claudis tuitionem atque adminiculum inpertiamus iuxta possibilitatem nostram vel vires, sicut in praecepto domni regis continetur[6].

15. De incantationibus, auguriis vel divinationibus et de his qui tempestates vel alia maleficia faciunt placuit sancto concilio, ut, ubicumque depraehensi[f] fuerint, videat archipresbiter diocesis illius, ut diligentissima examinatione constringantur, si forte confiteantur malorum quae gesserunt; sed sub tali moderatione fiat eadem districtio, ne vitam perdant, sed ut salventur in carcere[g], usque dum Deo inspirante spondeant emendationem peccatorum. Et ut nullatenus per aliqua praemia a comitibus vel centenariis absque districta examinatione remittantur; et hoc si fecerint, archipresbiteri, cum hoc cognoverint, nequaquam episcopos celare audeant, et ab episcopis, ut dignum est, pro hoc corripiantur.

16. Ut omnes presbiteri doceant populum devitare nefarium iuramenti usum, sicut in Calcidonensi continetur concilio cap. XVIIII[7].

17. Ut nullus ex clero feminam secum in domo habitare permittat propter suspitionis causam, nisi matrem et sororem aut amitam, sive eas quae suspiciones malas effugiunt, sicut in Niceno concilio continentur[8]. Si quis post istam convenientiam mulieres in domo sua habuerit, deponatur; si clericus hoc perpetratus fuerit, vapulet.

18. Ut claustra monachorum laici non intrent nec inquietent fratres degentes sub silentio, nisi forte si maiores personae fuerint, quod omnino vitare non possumus.

19. Ut novatiani qui veniunt in monasterio non recipiantur in ordine congregationis, antequam secundum regulam pleniter examinentur, et non preponantur ceteris in monasterio, antequam regularis vitae ordinem pleniter edoceantur[h], sicut in regula sancti Benedicti continetur[9].

20. Ut nemo utatur cuculla, nisi qui se monachi voto constrinxerit, aut si necessitas poposcerit propter frigorem religiosus sacerdos utatur.

21. Et ut in monasterium puellarum non intrent clerici neque laici, nisi tantum presbiter missam cantans vel visitationem infirmorum faciens horis conpetentibus et[i] statim exeat.

22. Ut liceat sanctimonialem signum eclesiae pulsare et lumen accendere.

23. Admonemus omnino omnem populum christianum ab inlicitis et sceleratis nuptiis abstinere.

24. Ut monachi ad convivia laicorum minime accedere praesumant.

25. Ut[k] qui monachico voto est constitutus nullo modo parroechiam teneat nec ad iuditia secularia accedere praesummat.

26. Ut nullus ex clero domnum regem inquietare audeat, antequam notetur causa episcopo suo. Et si ille minime potuerit definire, tunc dirigat eum ad metropolitanum

e) amplificetur *c.;* amplicetur *Mon. et Goth.* f) reprehensi *Teg.* g) adflicti *add. Mon. Mut Goth.* h) et doceantur *c.* i) et *om. c.* k) *Anteriori capite iunctum in c.*

6) *Viduis, orfanis et minus potentibus ne vis fiat saepe sub banno regio edicitur; an certum quoddam praeceptum canonum auctor respiciat dubitatur.* 7) *Chalcedonensis concilii canone* 18 *de coniurationibus vel conspirationibus statuitur.* 8) *Canone* 3. 9) *Reg. Bened. c.* 58.

episcopum. Et si ipse non potuerit causam ipsius deliberare cum consilio metropolitani, cum litteris commendatitiis dirigere eum studeat ad regem[10].

27. Ut abbatissae nullatenus exeant de monasteriis suis nisi per consensum atque licentiam episcoporum suorum, ipsique episcopi prevideantur[l] eis non negentur[l] 5 quando egredi debent de monasteriis pro utilitate sua. Talesque ipse abbatissae secum assumant, de quibus nullatenus redeuntes recitare praesummant ceteris sanctimonialibus, 'quia plurima destructio est', sicut in sancta regula continetur[11].

28. Ut sanctaemoniales non induantur virilia indumenta, id est rocho vel fanones, nisi tantum feminea vestimenta.

10 29. Ut abbates vel monachi vel monachae ipsorum abstineant se de quadrupedia carne, sicut in sancta regula continetur[12], nisi infirmi ad reparationem corporis restaurandam. Hoc vero non denegamus, si contigerit, ut caritatis officium persolvere debeant, aut si evenerit ex qualicumque necessitate aut famis inopia, et hoc cum magna consideratione atque consilio episcoporum fieri debeat. Nullusque sibi reputetur haec obser- 15 vare non posse propter varia itinera, quia Dominus missis in praedicationem discipulis iussit non peram sumere neque calciamenta neque duas tunicas[13]: quanto magis nos qui sumptus atque vestimenta sufficienter habemus.

30. Ut nullus episcopus neque abbas sibi atrahere audeat res tributalium domni regis, id est basilicas eorum benedicere vel quicquid a tali conditione pertinere videtur, 20 antequam domnus rex hoc pleniter definiatur.

31. Ut nemo praesummat servum[m] alterius ministrum eclesiae constituere vel benedicere, antequam a domino suo tradatur in manus pontificis in libertate integra persistendum omnibus diebus; et sciat dominus eius post illum diem nullo dominationis iure in eum exercere; et tunc si dignum est ad sacrum ordinem accedat.

25 Haec vero quae superius conpraehensa sunt observare statuimus primo in loco qui dicitur Rhispao, secundo ad Frigisingas, tertio quae nunc subsecuntur in monasterio Saliburch adaugere curavimus.

32. Ut per omnes dioceses legalia baptisteria constituantur et sacra fons ibidem honorifice aedificetur[n].

30 33. Ut infra quadragesimam singulis ebdomadibus ternas faciant laetanias, id est II. feria, III. feria, VI. feria.

34. Ut omnis populus honorifice cum omnis supplicationibus devotione humiliter et cum reverentia absque praetiosarum vestium ornatu vel etiam inlecebroso cantico et lusu saeculari cum laetaniis procedant et discant Kyrieleyson clamare, ut non tam 35 rustice ut nunc usque sed melius discant.

35. Ut Deo opitulante eiusque consilio gubernante perpendamus, quid de his agendum sit quos ad sacrum ministerium ordinare cupimus, quod iudicio examinentur, si promoveri digni sint.

36. Ut hi qui ad sacrum ministerium ordinati sunt presbiteri nullatenus praeter- 40 mittere audeant indesinenter missarum sollemnia celebrare, nisi certis ex causis quae nostra sunt definire, pro quibus abstinere magis oportet usque ad tempus.

37. Ut episcopi, abbates, presbiteri res sanctae eclesiae sibi commissas inter parentes et proximos suos non amplius quam canonica sancit licentia dividant, ut ad cetera plebe vel his qui res suas ibidem offerunt murmur vel detractio auferatur.

45 l) prevideant eis nec negent *corr.?* m) servus *c.* n) *Recentiori manu rubrica hic inserta est:* De his qui postmodum addita sunt.

10) *Cfr. supra c.* 3. 11) *Reg. Bened. c.* 67: Nec presumat quisquam aliis referre quaecumque viderit aut audierit, quia plurima destructio est. 12) *Reg. Bened. c.* 39. 13) *Evang. Matth.* 10, 10.

38. Ut admoneantur[o] archipresbiteri, qui perquirere ac perscrutari ceteros presbiteros solent, diligenter considerare semetipsos, et ceteros quibus praesunt minime neglegant sed solerter recogitent, sed ad hoc constitutos, ut in ipsis episcopi sui partiantur onera sua.

39. Diaconi sobrie, caste atque cum pudicitia vivant, ebrietatem nullatenus sequantur, sed quasi ministri Dei humilitatis in se semper exempla demonstrent. 5

40. Ut monachi in monasterio qui vicibus ordinantur praepositi, decani, portarii, cellerarii ceterique ministri non audeant sibi aliqua peculiaria usurpare nec collegere, quod anathema esse novimus.

41. Ut missa sanctae Dei genetricis Mariae quater in anno sollemniter celebretur, 10 id est purificatio IIII. Non. Febr., et conceptio quod est VIII. Kalendarum Aprilium, et assumptio quod est XVIIII. Kal. Septemb., et nativitas quod est VI. Id. Septemb.

42. Ut feria IIII. ante initium quadragesime, quam Romani caput ieiunii nuncupant, sollemniter celebretur cum laetania et missa post horam nonam.

43. Ut si vobis videtur usum Romanum habere velle, feria IIII. ante cenam Domini 15 orationes, quae scripta sunt ad feriam VI. parasceue, ab episcopis vel presbiteris hora tertia diei supradictae feriae IIII. dicantur in eclesia cum genuflexione, nisi tantum pro Iudaeis; similiter et in parasceue hora nona, ut Romani faciunt, sicut in missale habet, orationem ad collectam secundum Romanam consuetudinem faciamus.

44. Ut nullus de nobilibus neque abbas neque presbiter tonderi audeat, antequam 20 in praesentia episcopi examinentur eius causa, ad cuius diocesim pertinet. Et si aliquas res vel ad monasterium vel ad ecclesiam tradiderit ubi tonsuratus est, ibi sub canonica vel regulari maneat vita. Si autem postea in propria sua residere vult, faciat hostem ut ceteri laici.

45. Notetur abbatibus, ut nullus de fratribus in monasterio plus ametur quam 25 alius, nisi qui in bonis actibus melior invenitur, ut murmur auferatur a ceteris. Et ut nullatenus alii cui consentiat aliquid peculiaris colligere vel habere. Et ut omnino litis et contentio diligentissime tollatur in monasterio; et quisquis in eo litem commoverit, tali disciplina corripiatur, ut ceteri metum habeant talia perpetrandi.

46[p]. Si altercatio horta fuerit inter virum et feminam de coniugali copulatione, ut 30 inter se negent de carnali commixtione, decrevit sancta synodus, ut si vir negaverit eam fecisse ad uxorem, ut stet cum illa ad iudicium crucis[14]; aut, si ipse noluerit, inquirat aliam feminam quae cum illa stet; et si vir eandem copulationem dicit super eam et illa negaverit, tunc ipsa femina purget se secundum legem.

47. Convenit igitur sancta synodo, ut quando quis Deo iubente de hoc saeculo 35 migraverit, sive episcopus sive abbas seu monachus sive presbiter seu sanctismonialis femina, de ipso loco vel monasterio dirigantur litterae ad singulas domos episcopales, et ipse episcopus in diocesi[q] sua habeat commendatum qui ipsas litteras suscipiat, et ceteris abbatibus vel abbatissis necnon et omnibus presbiteris pro ipsa anima orandum litteris suis notum faciant nomen et tempus. 40

o) admoneatur *c.* p) De coniugio *inscriptio recentiori manu.* q) diocesis *c.*

14) *Supra decret. Vermeriense Cap.* 16, *c.* 17.

113. CAPITULA EXCERPTA CANONICA.

Subnectuntur in codice S. Pauli in Karinthia praemissa inscriptione: Ista lex canonica *capitulari Mantuano anno* 781 *supra adscripto. Cum ipso capitulari non cohaerent sed e nescio qua canonum collectione in aeris et capitibus distincta excerpta* 5 *sunt.* *(B. deest; P. I,* 41.*)*

Capitul. Apostolorum[1]. Episcoporum, presbiterorum aut diaconus nequaquam seculares curas adsumant; sin aliter fecerit, deponatur.

2. Cap. XXXV. aera[a] XV. Ut episcopus rebus ecclesie tanquam commendatis, non tanquam propriis, utantur.

10 3. Canon Africana[2] aera L. Inrita erit episcopis donatio vel vinditio vel commutatio rei ecclesiastice absque convenentia vel scriptionem clericorum.

4. Canon Arilianensis[3] aera XIIII. Episcopi presbiteris vel diaconis tutelam aut curam nequaquam inplicent.

5. Cap. LIIII. aera III. Ut episcopus nulla rei familiares curam ad se revocet, set 15 ut lectiones et orationi verbo Dei ut predicationem tantummodo vacet.

6. Item de venationibus Cap. XLV. Can. maticenses[4] aera XX. Volumus igitur[b] quod episcopalis domus[b], que ad hoc instituta est ut sine personarum acceptione[c] omnes in ospitalitate recipiat[c], canes non haberent, ne forte qui in ea miseriarum suarum levamen habere confidunt, infertorum[d] canum morsibus lanientur[d]. Custodienda 20 igitur episcopalis habitatio ymnis non latrantibus, operibus bonis non morsibus venenosis. Hubi igitur Dei[e] est[e] assiduitas cantalene, monstrum est et dedecoris[f] nota canes ibi[g] vel accipitres habitare[h].

7. Can. epanenses[5] aera IIII. Episcopis, presbiteris vel diaconibus canes ad venandum vel accipitres habere non liceat: si episcopus hec presumpserit, tribus men- 25 sibus a[i] communione suspendat, duabus presbiter se abstineat, unum diaconus, ac communionem et officio cesset.

a) *ita explicat Pertzius hic et in sequentibus litteram* hR. b) ignit episcopales domum *c.* c) actionem omni ospitaliter recipiantur *c.* d) *in concilio ita legitur:* dum infestorum canum morsibus laniantur, versa vice suorum sustineant corporum. e) debet esse *c.* f) decoris *c.* g) sibi *c.* h) non 30 habitare *c.* i) ac *c.*

1) *Canones apostol.* 7. 2) *In synodi Africanae canonibus tale caput non exstat.* 3) *Concil. Aurel. IV. (a.* 541*) c.* 13. 4) *Concil. Matiscon. II.* (585) *c.* 13. 5) *Concil. Epaonense (a.* 517*) c.* 4.

114. CAPITULA E CONCILIORUM CANONIBUS COLLECTA.

Leguntur in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52 *fol.* 90.

Capitulari italico anno 801 *dato in Blankenburgensi codice subnectitur capitulorum diversorum collectio: primo duo capitula e Karoli quodam capitulari (supra p.* 144, *c.* 1. 2*) desumta, deinde Vernensis capitularis anno* 755 *editi capitula duo, postea capita quinque hoc loco a nobis edita, denique ultimus legis Ribuariae titulus. Librarius haud dubie ad libitum haec capitula congessit, ea quae sequuntur, quod non dubito, e conciliorum canonibus collegens. Primum capitulum e concilio Foroiuliensi anno* 791 *a Paulino patriarcha habito desumtum est (Mansi concil. collectio XIII, p.* 848, *c.* 9*); reliqua unde hausta sint indagare non potui, sed et ipsa ad concilia diversa pertinent.*

(B. deest; P. I, 86, *c.* 19—23.*)*

Illud preterea per omnia precaventes prohibere decrevimus, ut nullus presummat ante annos pubertatis, id est infra aetatem, puerum vel puellam in matrimonium sociare, nec in dissimili aetate, sed coaetaneos sibique consencientes[a]. Multas sepius ex huiuscemodi nuptiale contractu ruinas animarum factas audivimus, et tales fornicationes perpetratos, quales nec inter gentes: ita plane, ut, cum contigerit puerum adultum esse et puellam parvulam, et e contrario si puella maturae aetatis et puer sit tenere, et per virum cognata et socrus deprehendantur adultere, et propter puellam frater vel pater pueri tanti peccati flagitio pereant inretiti. Unde qui haec prohibita de cetero usurpare presumpserit, ab omni aeclesiastico consortio sit alienus, sed nec ad publicis sit inmunis iudiciis.

2. De coniunctione parentelae, neque in quarto neque in quinto genuculo coniungere presummat aliquis; et si quis presumpserit, a sancta communione sit alienus.

3. Ecclesiae vero quae aedificantur per singula loca, nullus episcopus audeat sine dote eclesiam sacrare, queque sacratae fuerint, sint in potestate episcopi. Quod si quiscumque laicus exinde portionem querere presumpserit, ipse ecclesiae claudantur, et populus ipse a communione privetur.

4. De servo vero et liberto, nisi tradatur a domino ipsius in manu pontificis, nullus eum presummat ad sacerdotium promovere.

5. De ecclesia quae antea sacrata fuit, et pro qualibet occasione aut incendio altare eius fuit destructum, licentiam habeat pontifex in eadem iterum altare construere. Quod si pontifex aut pro senectute aut pro egritudine ad ipsum sanctum locum ambulare minime potuerit, tunc ille presbiter aut qualiscumque custos per consilium plebis ad suum pontificem altare deferat ad sacrandum; et ipse presbiter per auctoritatem pontificis sui in loco constituto ordinare debeat. Et si eclesia noviter aedificata fuerit, nullus episcopus habeat licentiam, sicut superius legitur, presbiterum transmittere, sed ipse pontifex pergat virtutes conlocare vel altaria sacrare.

a) consocientes *c*.

115. INDICULUS OBSIDUM SAXONUM MOGUNTIAM DEDUCENDORUM.

Codici quodam in monasterio S. Pauli in Karinthia servato et XXV. a. 6. signato folia duo (191 *et* 192) *insuta sunt, quibus Saxonum obsidum nomina in Alamanniam ut videtur delegatorum et Mogontiam deducendorum saeculi noni fere initio inscripta sunt. Ex ipso codice olim monasterii S. Blasii primo Aemilianus Ussermannus in prodromo Germaniae sacrae tomo I. pag. LXV—LXXII quasi 'formulam convocationis procerum Saxoniae ad conventum Moguntinum sub Carolo' edidit et illustravit.*

(B. deest; P. I, 89.*)*

De Westfalahis[a] istos recipiet Haito episcopus[1] et Hitto comis:

Leodac filium Bodoloni
Adalradum filium Marcradi habuit[b] Aino[2] episcopus
Odonem filium Emmoni habuit Ansbertus comis
Ervin filium Rano habuit Richoinus
Crailinc filium Thetmaer habuit Richoinus
Gerimfrid filium Egloin habuit Egeno[3] episcopus
Aicharh filium Fredred habuit Ado de Alamania
Theodoar filium Audradi habuit Waningus comis
Baldricum filium Rotgeri habuit[c] Geremannus comis
Adalgaudum filium Suigaut habuit Unrocus comis.

De Ostfalahis:[d]

Gerardum filium Macconis habuit Sinbertus[4] episcopus
Hisi filium Brunardi habuit Agino episcopus
Filium Maingis habuit Lantfredus
Titbaldum filium Sigibaldi habuit Ripoinus comis
Vulferi filium Sieri habuit* Audracus comis
Hernaldum filium Suithardi habuit Waldo abbas[5]
Eriwardum filium Herigildi habuit Erivaldus Alamannus
Fredeger filium Ermamenarii habuit Birtilo
Filium Macconis habuit Vulfaldus comis
Wendulfum filium Bernulfi habuit Vulfaldus
Dodonem filium Attosti habuit Torro
Sidugath filium Benninc habuit Bertaldus comis
Ricohardum filium Unvani habuit[e] Bertaldus comis

a) Westfal̄. b) *vox ubique fere* hab *scripta, exceptis locis asterisco signatis.* c) *verbum deest loco vacuo relicto.* d) Ostfal̄ *c.* e) buit *c.*

1) *Basileensis.* 2) *i. e. Agino, Egino, Constantiensis.* 3) *Constantiensis.* 4) *Augustanus.* 5) *Augiensis.*

Fredegarium filium Wicharii habuit Walah
Alabernum filium Tutonis habuit* Vulvaldus.

De Angrariis:[f]

Bunun filium Theotaker habuit Wichartus
Altbertum filium Wilberni habuit Sindbert episcopus 5
Hetti filium Megi habuit Sciltung
Hadamarum filium Sigimari et Hittun filium Fridileih et Brunherum filium Liutheri habuit Wolfoltus
Ditmannum filium Osmanni habuit Waldo
Fridamundum filium Warmunti habuit Einhartus et Macrinum filium Megitodi 10
Ruadhartum filium Danctagi habuit Ruadhari
Hadabernum filium Witradi habuit Reccho
Wolfurichum filium Eoriches habuit Egino episcopus
sunt in summa XXXVII.

Isti veniant ad Mogontiam media quadragesima. 15

f) angrã *c.*

---

116. INTERROGATIONES EXAMINATIONIS.

Exstant in cod. Monacenci 14727. *olim S. Emmerani Ratisbonensi G.* 111, *fol.* 139. *In Capit. Missorum* 803, *c.* 2 *leguntur verba:* Ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur, *quae in horum capitulorum inscriptione allegantur. Quibus de rebus in hac examinatione ab episcopo interrogandum sit, haec capitula proponere volunt, quae haud dubie ab homine quodam privato, fortasse ab episcopo vel archiepiscopo post annum* 803 *composita sunt.* *(B. deest; P. I,* 107.*)* 20

In palatio regis inventum habent, ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. 25

1. Cap. Interrogo vos, presbiteri, quomodo credetis ut fidem catholicam teneatis seu simbolum et orationem dominicam quomodo sciatis vel intellegitis.
2. Canones vestras quomodo nostis vel intellegitis.
3. Benitentialem quomodo scitis vel intellegitis. 30
4. Missam vestram secundum ordinem Romanam quomodo nostis vel intellegitis.
5. Euangelium quomodo legere potestis vel alios inperitos erudire potestis.
6. Homelias orthodoxorum patrum quomodo intellegitis vel alios instruere sciatis.
7. Officium divinum secundum ritum Romanorum in statutis sollemnitatibus ad tecantandum quomodo scitis. 35
8. Baptisterium quomodo nostis vel intellegitis.
9. Canonicos interrogo, si secundum canones vivant an non.
10. Vos autem, abbates, interrogo, si regulam scitis vel intellegitis, et qui sub regimine vestro sunt secundum regulam beatissimi Benedicti vivant an non, vel quanti illorum regulam sciant aut intellegant. 40

11. Laicos etiam interrogo, quomodo legem ipsorum sciant vel intellegant.

12. Ut unusquisque filium suum litteras ad discendum mittat, et ibi cum omni sollicitudine permaneat usque dum bene instructus perveniat.

---

117. QUAE A PRESBYTERIS DISCENDA SINT.

In codice Monacensi 6325 *olim Frisingensi C. K.* 3. *fol.* 132ᵛ *itemque in Monacensi* 63 4, *primi apographo, olim Frisingensi C. I.* 26. *post Isidori de divinis officiis librum his quae sequuntur breviter notata sunt, quid presbyteros discere oporteat. A quo haec concepta sint, prorsus incertum est; Karolo Magno haec tribuenda esse ne pro coniectura quidem probabili affirmaverim. Caeterum conferre licet cum his capitulis capitulare missorum in Theodonisvilla datum a.* 805 *primum.* *(B. deest; P. I,* 107.*)*

Haec sunt quae iussa sunt discere omnes ecclesiasticos.

Fidem[a] catholicam sancti Athenasii et cetera quaecumque de fide;

2. Symbolum etiam apostolicum;

3. Orationem dominicam ad intellegendum pleniter cum expositione sua;

4. Librum sacramentorum pleniter tam canonem missasque speciales ad commutandum pleniter;

5. Exorcismum super caticuminum sive super demoniacos;

6. Commendationem animae;

7. Paenitentialem;

8. Compotum;[1]

9. Cantum Romanorum in nocte;[2]

10. Et ad missa similiter;

11. Euangelium intellegere, seu lectiones libri comitis;[3]

12. Omelias dominicis diebus et solemnitatibus dierum ad praedicandum canonem; monachi regulam similiter et canonem firmiter;

13. Librum pastoralem[4] canonici atque librum officiorum;

14. Epistulam Gelasii pastoralem;

15. Scribere cartas et epistulas.

a) *Desunt numeri in codicibus.*

1) *Kalendarium.* 2) *Cfr. admon. gener.* 789, *c.* 80. 3) *Liber Comitis sive lectionarius per circulum anni, ed. Baluze, capit. II, p.* 1309—1351. *Cfr. Capit. eccles.* 817, *c.* 28. 4) *Gregorii Magni.*

---

118. QUIBUS DE REBUS IN SYNODO QUADAM PROVINCIALI TRACTANDUM SIT.

Traduntur capitula Item alia *inscripta in codice Vaticano inter Palatinos* 289, *fol.* 2 *subiuncta capitulari ecclesiastico ad Salz ao.* 803. 804 *dato. Notitiam continere videntur ab archiepiscopo quodam factam, ut secundum eam in synodo provinciali ab ipso habenda agatur.* *(B. deest; P. I,* 124.*)*

Cap. 1. Deo gratias agere, quod Deus nos sanos congregavit in unum.

2. Ut fiat oratio pro domno imperatore et filiis eius et cuncto populo christiano.

3. Si aliquis ex vobis aliquam causam habet nobis dicendam quam ipse per se non potuit emendare.[1]

4. Ut unusquisque episcopus ammoneat presbiteros et clericos in sua parrochia, ut secundum canones agant et vivant.

5. Ut episcopi et abbates qui monachos habent illos regant et doceant secundum regulam sancti Benedicti.

6. 'fi.

Ut orent pro me peccatore sicut eorum est voluntas.

1) *Cfr. supra synod. Franconof.* 794, *c.* 6, *et supra Cap* 112, *c.* 3. 10.

---

119. CAPITULA IN DIOECESANA QUADAM SYNODO TRACTATA.

Absque inscriptione leguntur subnexa capitulari ad Salz (803. 804) *dato in codicibus* 1) *Paris.* 9654, *fol.* 16 v. 2) *Vaticano inter Palatinos* 582, *fol.* 19. *Canonica quaedam praecepta, quae ita vel similiter concepta saepissime occurrunt, ab episcopo synodo cuidam dioecesanae praesidente clericis in synodo congregatis in memoriam vocantur.* *(B. I,* 417; *P. I,* 124.*)*

Ammonere vos cupio, fratres et filioli mei, ut ista pauca capitula quae hinc scripta sunt intentius audiatis.

1. Imprimis, ut sacerdos Dei de divina scriptura doctus sit et fidem Trinitatis recte credat et alios doceat et suum officium bene possit implere.

2. Ut totum psalterium memoriter teneat.[a]

3. Ut signaculum[1] et baptisterium[2] memoriter teneat.

a) *in cod.* 2. *hic sequitur cap.* 5.

1) *Symbolum.* 2) *Verba et deprecationes in baptismate facienda.*

4. Ut de canonibus doctus sit et suum penitentiale bene sciat.

5. Ut cantum et compotum[3] sciat.

6. Ut nullus sacerdos feminas secum habitare permittat, excepto matrem, sororem vel amitam.

5 7. Ut presbyteri in tabernis bibere non praesumant.

8. Ut nullus avariciam sectetur, non sit superbus non ebriosus non vinolentus nec somnolentus.

9. Ut nullus praesumatur in cena Domini ieiunium solvere.

10. Ut nullus baptizare praesumat nisi in pascha et pentecosten, excepto infirmo.

10 11. Ut nullus presbyter nec diaconus nec clericus chrisma alicui dare praesumat pro aliqua necessitate[4]; qui si hoc fecerit degradetur.

12. Ut nullus presbyter ad synodum contempnat venire; quod si aliter facere praesumpserit, coactus veniat et secundum canones iudicetur.

3) *Kalendarium; cfr. supra Cap.* 117. 4) *Sub praetextu medicinae et maleficii; cfr. cap.* 15 *Karoli M.* 806 — 813, *c.* 1. *(pg.* 142.*)*

---

120. CAPITULA DE PRESBYTERIS ADMONENDIS.

Ex schedis Sirmondi edita sunt a Baluzio tamquam incerti anni quintum capitulare. Anno 809 *et concilio Aquisgranensi ipsa adscripsit Pertz ductus verbis quae in* 20 *Einhardi annalibus ad a.* 809 *leguntur:* imperator de Arduenna Aquas reversus mense Novembrio concilium habuit de processione Spiritus sancti.... Agitatum est etiam in eodem concilio de statu ecclesiarum et de conversatione eorum qui in eis Deo servire dicuntur: nec aliquid tamen definitum est propter rerum ut videbatur magnitudinem. *Haec autem verba nihil* (nec aliquid), *non vero canones nostros in concilio Aquisgranensi* 25 *definitum esse probant. Cum praesertim fons, unde capita fluxerint, omnino ignotus sit, de ipsis iudicium nostrum prorsus incertum manere debet. A concilio quodam sive provinciali sive generali ad multorum aliorum similitudinem data videntur episcopis, ut ipsi secundum ea presbyteros admoneant et corrigant. Aliud quid de origine vix dicendum erit.* *(B. I,* 351; *P. I,* 160.*)*

30 Cap. 1. Primo omnium admonendi sunt de rectitudine fidei suae, ut eam et ipsi teneant et intelligant et sibi subiectis populis vivo sermone annuntient. Et unusquisque eos quos habet in suo ministerio cognoscat, sive viros sive feminas, ut noverit singulorum confessiones et conversationem, quia pro omnibus redditurus est rationem Deo.

35 2. Secundo, ut ipsi sacerdotes talem ostendant suam conversationem subiectis sibi populis quae imitabilis sit, videlicet, sicut apostolus dixit, in castitate, in sobrietate, ut non deserviant gulae et cupiditatibus huius seculi, ut quod alios monent observare in se ipsis ostendant, ut caveant se ab omni avaritia et cupiditate; quia multi die noctuque laborant ut adquirant temporalia, res videlicet, mancipia, vinum et anno- 40 nam cum usura, a qua et Deus prohibet et omnis scriptura divina et sancti canones. Necnon mulierum declinent consortium et secum habitare non permittant, ut auctoritas est canonica.

3. Tertio, ut orationem dominicam, id est Pater noster, et Credo in Deum omnibus sibi subiectis insinuent et sibi reddi faciant tam viros et feminas quamque pueros.

4. Quarto, ut ipsi presbyteri a comessationibus, potationibus, ut apostolus monet, se subtrahant; nam quidam illorum cum quibusdam vicinis suis utuntur usque ad mediam noctem et eo amplius cum ipsis bibendo morantur; et qui religiosi et sancti esse videntur non quidem tunc ibi manent, sed tamen saturati vel ebrii revertuntur ad ecclesias suas et neque in die neque in nocte officium Deo in ecclesia sibi credita persolvunt; nonnulli vero in eodem loco, ubi ad convivium pergunt, dormiunt.

5. Quinto, ut ipsi presbyteri tales scholarios habeant, id est ita nutritos et insinuatos, ut si forte eis contingat non posse occurrere tempore competenti ad ecclesiam suam officii gratia persolvendi, id est tertiam, sextam, nonam et vesperas, ipsi scholarii et signum in tempore suo pulsent et officium honeste Deo persolvant.

6. Sexto, ut diligenter resciatis post ordinationem uniuscuiusque presbyteri, quantum quisque fecerit in suo ministerio: quia qui ante ordinationem pauperes fuerunt, post ordinationem vero de rebus cum quibus debuerant ecclesiis servire emunt sibi alodium et mancipia et caeteras facultates, et neque in sua lectione aliquid profecerunt neque libros congregaverunt aut ea quae pertinent ad cultum religionis augmentaverunt, sed semper convitiis et contritionibus et rapina vivunt.

7. Septimo, ut domesticos suos, id est eos qui cum ipsis sunt in sua mansione, sive scholarios sive alios servientes, diligentissime praevidere studeant ab omnibus vitiis et maxime de ebrietatibus et luxuriis et variis immunditiis. Nam, sicut dicit apostolus[1], qui domesticorum suorum curam negligit aliorum non prodesse poterit conversationi.

8. Octavo, ut hospitales sint, quia multi, qui sciunt hospitem supervenire ad ecclesiam suam fugiunt. Sed quod apostolus iubet et caetera scriptura divina sectari, illi e contrario faciunt et pauperibus subvenire metuunt.

9. Nono: iubet apostolus omnibus fidelibus, ut sermo eorum in gratia sit semper sale conditus, id est ut ea loquatur christianus quae religioni conveniunt[a], unde aliquis mentem condire possit et a putredine peccatorum emundare. Si omnibus fidelibus[b]....

a) *al. ms.* serviunt *Bal.* b) *Caetera desunt. Bal.*

1) 1. *Timoth.* 5, 8.

---

121. MISSI CUIUSDAM ADMONITIO.

801 — 812.

Legitur in codicibus 1) ***Cavensi*** 22, ***fol.*** 228 ***inserta post praefationem capitularis italici*** 801 ***et*** 2) ***Parisiensi*** 4613, ***fol.*** 91[v], ***in quo tamen initium tantum servatum est, cum totus foliorum quaternio a codice abscisus sit. In cod. Parisiensi admonitio subsequitur capitulare missorum*** 802.

Admonitionem a Karoli M. imperatoris misso quodam conceptam esse, fortasse ut recitetur in placito a missis habendo, eius verba initio posita aperte demonstrant. Cum codices quibus traditur italici sint, italici etiam missi admonitio habenda videtur.

(B. I, 375, *c.* 41; *P. I,* 101.*)*

Ammonitionem[a] domni Caroli imperatori[a] audite[b], fratres dilectissimi.

Pro salute vestra huc[c] missi sumus, ut[c] admoneamus vos, quomodo secundum Deum iuste et bene vibatis et secundum hoc seculum cum iustitia et cum misericordia convertimini[d].

5 Ammonemus[e] vos inprimis, ut credatis in unum Deum omnipotentem Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Hic est unus deus et verus, perfecta trinitas et[f] vera unitas[f], deus creator omnium[g] visibilium et invisibilium, in quo est salus nostra, et auctor[g] omnium bonorum nostrorum. Credite filium Dei pro salute mundi hominem factum, natum de Spiritu sancto ex virgine Maria. Credite quod pro salute nostra mor-
10 tem passus est et tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in celos, sedens ad dexteram Dei. Credite eum[h] venturum[h] ad iudicandum vivos et mortuos, et tunc reddet unicuique secundum opera sua. Credite unam ecclesiam, id est congregationem bonorum hominum per totum orbem terre, et scitote quia illi soli salvi esse poterunt et illi soli ad regnum Dei pertinent, qui in istius aecclesiae fidem et communionem et caritatem
15 perseverent[i] usque in finem; qui vero pro [peccatis[k]] suis excommunicantur ab istam ecclesiam et non convertantur ad ea per penitentiam, non possunt ab saeculo aliquid Deo acceptavilem facere. Credite[l], quod in baptismum omnium peccatorum remissionem suscepisti. Sperate Dei misericordia, quod cotidiana peccata nostra per confessionem et penitentiam redimantur. Credite resurrectionem omnium mortuorum, vitam eternam,
20 impiorum ad supplicium eternum.

Haec est ergo fides nostras, per quam salvi eritis, si eam firmiter tenetis et bonis operibus adimpletis, quia fides sine operibus mortua est, et opera sine fidem, etiamsi bona sunt, Deo placere non possunt. Primum ergo diligite Deum omnipotentem ex toto corde et ex omnibus viribus vestris, et quicquid potestis scire quod Deo placet,
25 illum semper agite quantum potestis per Dei adiutorium: qui vero Deo contrarii sunt, fugite; 'qui[1] enim dicit Deum diligere et mandata eius non servat, mendax est'. Diligite proximos vestros sicut vos ipsos, et aelemosina facite pauperibus secundum vires vestras. Peregrinos suscipite in domos vestras, infirmos visitate, in is qui in carceribus sunt misericordiam prevete; nulli malum quantum hac vere potestis faciatis; ne
30 his qui faciunt ut consentiatis: non solum enim qui faciunt rei sunt, sed qui consentiunt faciendi. Dimittite vobis invicem debita vestra, sicut vultis quod vobis Deus dimittat vestra peccata. Redimite captivos, adiuvate iniuste oppressis, defendite viduas et orphanos; iuste iudicate; iniqua non consentitis; ira longa non teneatis; ebrietates et commessationes superfluas fugite. Humiles et benignus estote inter vos; domini nostri
35 fideliter serviatis; furta et periuria ne faciatis nec consentiatis facientibus. Hodia et invidia vilingue separant a regno Dei. Reconciliate citius ad pacem inter vos; quia humanum est peccare, angelicum est emendare, diabolicum est perseverare in peccato. Ecclesiam Dei defendite et causa eorum adiuvate, ut fieri possint pro vobis orare sacerdotes Dei. Quod Deo promisistis in baptismo, recordamini; abrenuntiastis diabolo per
40 operibus eius; nolite ad eam reverti quibus abrenuntiasti, sed permanete[m] in Dei voluntate sicut promisisti, et eum diligite qui vos creavit, a[n] quo omnia bona habuistis.

a) Amm..... imper. *om.* 2. b) Audistis 1. c) hunc missum ut 2; hunc *etiam* 1. d) conversemur 2. e) ammoneo 1. f) et v. u. *om.* 1. g) omnium *usque* auctor *om.* 2. h) *desunt* 1. i) *reliqua, quaternione deficiente, desunt in* 2. k) *deest c.* l) dite *c.* m) permane *c.* n) et 1.

1) 1. *Ioh.* 2, 4. 4, 20.

Unusquisque in eo ordine Deo serviat fideliter in quo ille est. Mulier sint subiecti viri sui in omni bonitate et pudicitia, custodiant se a fornicatione et beneficiis[o] et abaritiis, quoniam qui hec facit Deo repugnant. Nutriant filios suos in Dei timore et faciant aelemosinas ex tantum, quantum habet hilarem mentem et bona voluntatem. Viri diligant uxorem suam, et inhonesta[p] verba non dicat ei, guberne domus suas in 5 bonitate, conveniant ad aecclesia frequentius; reddant hominibus que debent sine murmurationem et Deo que Dei sunt cum bona voluntate. Filii diligant parentes suos et honoret illos; non sint illi inobedientes, caveant se a furtis et homicidiis et fornicationibus; quando ad legitima etate veniunt, legitimam ducant uxorem, nisi forte illi plus placeant in Dei servitio intraret. 10

Clerici, canonici episcoporum suorum diligenter obediant mandata sua; gira non sint de loco ad locum; negotiis secularibus se non inplicent; in castitate permaneant, lectio sanctorum scripturarum frequenter ammonet, Dei intendant, aecclesiastica diligenter exerceant.

Monachi quod Deo promiserunt custodiant, nichil extra abbati sui preceptum 15 faciat; turpi lucrum non faciant; regula memoriter teneat et firmiter custodiat, scientes preceptum[2] 'quod multis melius est non votum vobere quam post votum non reddere'.

Duces, comites et iudices iustitiam faciat populos, misericordiam in pauperes, pro pecunia non mutet aequitates, per odia non damnent innocentes. Illa apostolica semper in corde teneant, qui ait: 'omnes[3] nos stare oportet ante tribunal Christi, ut recipiant 20 unusquisque prout gessit, sive bonum sive malum'; quod Dominus ipse ait: in[4] quo iudicio iudicabitis, iudicabitur de vobis; id est: 'misericorditer[5] agite, ut misericordiam recipiatis a Deo'. 'Nichil[6] occultum quod non sciatur, neque opertum quod non reveletur'; et 'pro[7] omni otioso verbo reddimus rationem in die iudicii'.

Quanto magis faciamus omnes cum adiutorio, ut cum Deo placere possit in omni- 25 bus operibus nostris et post hac vita presentem gaudere mereamur cum sanctis Dei in eternum. Brebis est ista vita, et incertum est tempus mortis; quid aliut agendum est, nisi ut semper parati sumus? Cogitemus quam terribilis est incidere in manu Dei. Cum confessione et penitentia et elemosinis, misericors est Dominus et clemens; si viderit[q] nos ex toto corde ad se convertere, statim miserebitur nostris, ut possent nobis 30 misericordiam suam, et concede nobis ista vita prospera et futura cum sanctis suis in eternum. Deus vos conservet, dilectissimi fratres.

o) *pro* veneficiis. p) honesta *c.* q) videris *c.*

2) *Eccles.* 5, 4. 3) 2. *Corinth.* 5, 10. 4) *Matth.* 7, 2. 5) *Matth.* 5, 7. 6) *Matth.* 10, 26. 7) *Matth.* 12, 36. 35

122. KAROLI M. AD GHAERBALDUM EPISCOPUM LEODIENSEM EPISTOLA ET GHAERBALDI AD DIOECESEOS SUAE PRESBYTEROS EPISTOLA.

5 803—811.

Edita sunt a Martene et Durand (collectio VII, 19*) ex codice monasterii Andaginensis S. Huberti et postremo a Jaffé, Monum. Karolina (Biblioth. IV), p.* 388. *Ex eodem codice Barrois olim Lovanii a me dicto documenta emendare mihi licuit.*

Ghaerbaldus episcopus Leodiensis fuit inde ab anno 784 *usque ad a.* 810; *epistolam* 10 *anno* 802 *esse recentiorem ex ipsius verbis apparere videtur. Aliam de eadem re Ghaerbaldi ad dioecesanos epistolam idem codex servavit (cfr. Mansi XIII,* 1084.*)*

(B. deest; P. I, 128.*)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus magnus pacificus imperator Romanum[a] gubernans imperium, qui et per 15 misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum, Garibaldo episcopo in Domino salutem.

Bene igitur recordari credimus sanctitati tuae, qualiter saepius in conventu et concilio nostro monuimus de praedicatione in sancta Dei ecclesia, ut[b] unusquisque vestrum secundum sanctorum canonum auctoritatem et praedicare et docere deberet: 20 primo omnium de fide catholica, ut et qui amplius capere non valuisset tantummodo orationem dominicam et simbolum fidei catholicae, sicut apostoli docuerunt, tenere et memoriter recitare potuisset; et ut nullus de sacro fonte baptismatis aliquem suscipere praesumeret, antequam in vestra aut ministrorum vestrorum sacri ordinis praesentia orationem dominicam et simbolum recitaret[1]. Et sicut in proximo comperimus, in die 25 apparitionis Domini[2] multi fuerunt apud nos inventi qui volebant suscipere infantes de sacro fonte baptismatis; quod iussimus singulariter et diligenter examinare et requirere, si orationem dominicam et simbolum ut supra diximus scirent aut memoriter tenerent; et plures fuerunt qui nulla exinde in memoriam habebant. Quibus praecepimus abstinere, ut antequam orationem et simbolum scirent et recitare potuissent, neque ali- 30 quem de sacro fonte baptismatis suscipere praesumerent. Et valde erubescentes fuerunt ex hac re et spondere volebant, ut[c], si concessum eis fuisset, ad tempus hoc improperium a se potuissent auferre. In quo loco intelleximus, quod non eis fuit convenientia, et, sicut in capitulari nostro[3] potestis repperire, discretionem factam habuimus, quanto tempore se unusquisque abstinere debuisset ab hoc opere, usque dum bonus fideiussor 35 esse valeret in hoc negotio; scilicet aut certe statim alium inveniret scientem, aut, si infirmitas non impediret, expectaret de pascha usque in pentecosten, donec ipse disceret ea quae supra dicta sunt. Nunc autem denuo monemus, ut memores sitis, sicut condecet, de ministerio sacerdotali et conventum habeatis cum vestris sacerdotibus et

a) *deest c.* b) *deest c.* c) aut *c.*

40 1) *Capit. examin. gener. Oct.* 802, *c.* 15. 2) *Epiphanias* 6. *Ianuar.* 3) *Capitulare non extat.*

diligenter omnem rei veritatem requirite et examinate; ita ut opus Domini non praetereat nec aliqua requisitio vobis exinde fiat ante conspectum sanctae magestatis.

Ghaerbaldus clementia Dei episcopus omnibus presbyteris qui infra parochiam nostram consistunt et ecclesias Domini una nobiscum Deo auxiliante regunt in Domino perpetuam optamus salutem.

Cognoscatis quia epistola domni et serenissimi imperatoris nostri ad nos venit, quae relecta[d] est in praesentiam nostram, ubi comperimus quia domnus noster imperator existimat, nostram esse negligentiam ut non annunciemus pleniter de oratione dominica, ut sciant, et simbolum quod apostoli docuerunt; et domno nostro dictum est, quia nostra pigritia sit, qui sacerdotes in populo, et praedicare et docere populum debemus, qualiter per rectam fidem et orationem et opus bonum ad caelestica regna perveniant; et ex parte credo, quod vestra aliquorum negligentia sit. Propterea mandamus vobis atque contestamur per tremendam omnipotentis magestatem, ut negligentes de hac re amplius non existatis, sed pleniter cum omni studio et omni diligentia, ut unusquisque vestrum ad suam basilicam, vel in quantascumque basilicas missarum sollempnia celebrat, praedicare et commonere unusquisque iuxta modum capacitatis suae faciat ex praecepto Dei omnipotentis et verbo domni nostri imperatoris seu et parvitatis nostrae; quia tantum pondus nobis supraposítum inter vos partire debemus, ut unusquisque orationem dominicam, id est Pater noster qui est in coelis et reliqua quae sequuntur, et simbolum sicut docuerunt sancti apostoli discere et in memoriam retinere studeat et ore proferre, quia sine fide impossibile est placere Deo, et opus bonum; et adnuncietis populo, quia haec est arma unde se contra diabolum defensare debet, et adversum generis umani inimicum pugnare debent. Haec est arma spiritalis in qua vincitur diabolus, et gaudent de victoria illi qui cum ista arma pugnant, id est rectam credulitatem, fidem et orationem et opus bonum. Sufficiant ista vobis. Ceterum si vos aliquando de ista adnunciatione negligentes eritis, arcius et distinctius vos distringere debemus.

d) relicta *c.*

---

123. GHAERBALDI LEODIENSIS EPISCOPI CAPITULA.

802—810.

Ante edita apud Martene et Durand (VII, 14*) ex Andaginensi mon. S. Huberti codice hic prodeunt ex eodem codice* 1) *Barrois olim Lovanii et ex altero codice* 2) *Coloniensi* 120 *(Darmst.* 2119*), fol.* 122. *In codice* 1 *his capitulis Ghaerbaldi capitula apud Martene et Durand VII,* 16 *edita subnectuntur et in codice* 2 *sequuntur capitula nostra capitula apud Martene et Durand VII,* 23 *edita (Mansi XIII,* 1090*), quibus inscripta sunt:* Incipiunt alia capitula Gerbaldi episcopi Leodiensis. *Inde coniici potest, nostra quoque ab eodem episcopo data esse. Capitula non a rege sed ab episcopo in dioecesana quadam synodo ad presbyteros suos promulgata esse (cfr. potissimum cap.* 7*) nullatenus dubitandum esse censeo. Ghaerbaldus Leodiensi sedi praefuit inde ab a.* 784 *ad a.* 810; *capitula haec capitulis anno* 802 *datis fortasse recentiora sunt, composita ad exemplum capitum a sacerdotibus propositorum, supra pag.* 106 *editorum.*

(B. deest; P. I, 138.*)*

Sicut sancta synodus Nicena[1] interdicit, nullus umquam presbyter in domo sua habitare secum permittat mulierem extraneam, preter matrem et sororem atque amitam vel materteram, vel etiam ad secretum cubiculi vel cellarium nullus presbyter feminam aliquam adire permittat; quod si fecerit post hec, sciat[a] se ab honore presbyteratus de-
5 poni. Quia hoc frequenter secundum canonicam institutionem prohibuimus, et pleniter a presbyteris observatum non fuit; ideoque praecipimus ut qui gradus honoris sui retinere vult omnibus modis a familiaritate extranearum mulierum se abstinere faciat, ut nulla occasio inimico pateat suggerendi peccatum, et famam malam a populo nullus eorum incurrat.

10 2. Ut nullus presbyter derelicta sua ecclesia sanguinem[b] minuere[b] praesumat ad domum quamlibet ullius feminae vel Deo dicatae vel laicae, sed ad domum ecclesiae suae unusquisque suam oportunitatem agat, ut ibidem in ecclesia sua semper inveniatur expetenti aliquem ministerii eius causam.

3. Sicut dudum iam interdiximus et sancti canones prohibent, nullus presbyter
15 arma portare audeat.

4. Ut nullus presbyter tabernas ingredi audeat ad bibendum nec se misceat in tali conventu saecularibus hominibus, ubi turpia verba audiat aut loquatur aut contentiones ibi aliquas audiat aut intersit, sicut saepe contingere solet.

5. Ut nullus presbyter pro baptizandi causa et communionem tribuendi aliquod
20 pretium exactare faciat nec in minimo nec in maximo, quia gratis accepimus, gratis dare debemus; quia nec vendere debent donum Dei et gratiam Dei, quod gratis datur. Quod si fecerit et ad nostram notitiam pervenerit, sciat se post haec a gradu sui ordinis periclitari.

6. Ut presbyteri vocati ad convivium a quolibet fidelium contentiones inter se
25 non habeant de ulla re, nisi caritatis et sobrietatis verba et Deo placabilia et continentiam honestam, ut decet sacerdotes.

7. Ut nullus presbyter super alium basilicam suam petat et nullus presbyter aliam ecclesiam accipere audeat infra parochiam nostram ad missam celebrandam, nisi illam ubi ordinatus est, absque licentia et permissione episcopi.

30 8. Ut unusquisque presbyter omni hora, sive die sive nocte, ad officium suum explendum paratus sit, ut, si fortuitu aliquis infirmus ad baptizandum venerit pleniter possit implere officium suum; ut ab ebrietate se caveat, ut propter ebrietatem non valeat adimplere officium suum neque titubet in eo.

9. Ut unusquisque secundum possibilitatem suam certare faciat de ornatu eccle-
35 siae suae, scilicet in patena et calice, planeta et alba, missale, lectionario, martyrologio, poenitentiale, psalterio vel aliis libris quos potuerit, cruce, capsa, velud diximus iuxta possibilitatem suam.

10. Ut qui homicidium confessi fuerint, iubeat eos presbyter abstinere XL diebus ab ecclesia et a communione, antequam ab episcopo reconcilientur, aut episcopus eos
40 presbyteris reconciliari iusserit.

11. Ut omnis presbyter curam et sollicitudinem agat, ne aliquis in infirmitate positus ad extremum veniens sine viatico de hoc saeculo exeat ad quos accedere potuerit; quod si exinde neglegens fuerit, periculum sui honoris subiaceat.

12. Ut unusquisque presbyter in suam ecclesiam admonitionem aliquam et ex-

45 a) sic ad 1. b) sanguinum seminare 1.

1) *Canon* 3.

hortationem ad populum faciat, ut unusquisque se corrigat ab iniquitate et transeat ad bonitatem, sicut scriptum est[2]: 'declina a malo et fac bonum'.

13. Ut in sacratione corporis et sanguinis Domini semper aqua in calice misceatur.

14. Ut nullus presbyter suam pecuniam ad usuram non donet, ne a quoquam plus recipiat quam commodaverit.

15. Ut unusquisque presbyter, si venerit ad infirmum et ille iam privatus fuerit officio loquendi, si testes adsunt qui eum audierunt dicere quod confessionem suam donare voluisset, omnia circa eum expleat secundum ministerium suum, sicut circa poenitentem adimplere debet.

16. Ut presbyter negotiator non sit nec per ullum turpe lucrum pecunias congreget.

17. Ut nullus presbyter alicubi fideiussor existat.

18. Ut nullus presbyter ullum clericum recipere praesumat de aliena parroechia.

19. Ut presbyteri, quando ad infirmum accedunt, cum oleo consecrato veniant et oleo sancto unguent eum in nomine Domini et orent pro ipso, et 'oratio[3] fidei, sicut scriptum est, salvet infirmum et allevet eum Dominus et, si in peccatis fuerit, dimittantur ei'.

20. Ut presbyter non sine crismate et oleo sacrato ad baptizandum alicubi proficiscatur neque sine sacro sacrificio, ut, ubicumque ei contigerit, suum ministerium circa infirmos implere possit, et ipsum oleum et crisma atque sacrificium cum omni custodia et reverentia atque religione custodiat, ne per ebrietatem aut per aliquod neglectum suum inhonoratum fiat sacrum illum suprascriptum.

2) *Psalm.* 34, 15. 3) *Epist. Iacob.* 5, 15.

---

124. KAROLI AD GHAERBALDUM EPISCOPUM EPISTOLA.

807 Nov.

E codice Andaginensi sancti Amandi eam ediderunt Martene et Durand, collect. ampl. VII, 21, *quam editionem postremo repetiit Jaffé in bibl. rer. Germ. tomo IV (Monum. Carolina) p.* 379. *Emendavi epistolam e codice eodem Barrois olim Lovanii.*

De epistolae ad Ghaerbaldum episcopum Leodiensem (784—810) *datae aetate omnino recte iudicavit Jaffé l. c. p.* 381 *in notis: 'Annales Einhardo adscripti ad a.* 808: Hiems mollissima *(i. e quae ab exeunte a.* 807 *ad ineuntem a.* 808 *manabat)* hac pestilens fuit in illo tempore. *Itaque ex iis quae leguntur in epistola:* 11. diebus post festivitatem sancti Andreae transactis *apparet, hanc epistolam m. Novembri a.* 807 *scriptam esse. Eandem epistolae aetatem mirifice corroborant novem illi ieiunii dies a Carolo statuti, quibus, inquit,* opera ea operare permittimus, quae nec ad ecclesiam venire impediant *cet. Nullum enim eorum in diem dominicum incidisse reperimus. Namque fuit anno* 807 *Saturni dies* 11. *Dec., Lunae d.* 13. *Dec., Mercurii d.* 15. *Dec.; et anno* 808 *fuit Veneris dies* 7. *Ian., Lunae d.* 10. *Ianuar., Mercurii d.* 12. *Ian., Saturni d.* 12. *Febr., Martis d.* 15. *Febr., Saturni d.* 26. *Febr.' (B. deest; P. I,* 164.*)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus Ghaerbaldo episcopo cum universis tibi omnipotente Deo et nostra ordinatione commissis in Domino salutem.

Notum sit dilectioni vestrae, quia nos, cum fidelibus nostris tam spiritalibus quam saecularibus tractantes, cum consensu et pari consilio invenimus necessarium esse propter instantes quasdam necessitates quas subter significaturi sumus, tria triduana ieiunia ab omnibus nobis generaliter esse celebranda atque ab eo, in quo vivimus, movemur et sumus, auxilium esse quaerendum; a quo, quicquid iuste ac rationabiliter fides nostra[a], spes certa seu caritas perfecta postulat, sine dubio tempore congruo inpetrat, ipso Domino dicente: 'Petite[1] et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis'.

Ipsa autem ieiunia, sicut nobis omnibus visum est, hac discretione posse fieri Domino largiente congruenter impleta, scilicet ut primum XI diebus post festivitatem sancti Andreae transactis, id est III. Idus et Idus Decembris et XVIII. Kalendas Ianuarii tali ratione fiat, ut omnes a vino et carne his III diebus abstineant et usque horam nonam ieiunent, excepto quae aut aetas aut infirmitas non permittit, qui tamen secundum suam qualitatem vel vitae suae professionem aut rationibus satis aut elymosinis congruis id ipsum secundum consilium magistrorum redemere studeat, quod ieiunando et abstinendo complere non valet. Hora autem nona omnes generaliter ad ecclesias vicinas, ubi eis denuntiatur, devota mente occurrant et, si aura vel locus permiserit, aliquo[b] spatioso loco[b] letania procedant atque, psallendo ecclesiam intrantes, cum omni devotione missam audiant. Qua peracta, unusquisque domum redeat et statutis cibis corpori satisfaciat, non ad voluntatem sed ad necessitatem ac sobrietatem. Similiter quoque monemus unumquemque, ut aelemosynam faciant secundum quod eum[c] modus[c] substanciae suae permiserit et mentis devotio Domino inspirante suaserit. Et unusquisque presbyterorum missam cantet, et alterius ordinis clericus vel monachus sive Deo sacrata, qui psalmos didicit, L[d] psalmos[d] similiter cantet. Opera autem ea his diebus operare permittimus, quae nec ad ecclesiam venire inpediant nec ante statutam horam manducare aut bibere cogant. Duo quoque cetera triduana ieiunia his diebus pari ratione per omnia erunt celebranda: unum post theophaniam VII. Idus et IIII. Idus et II. Idus Ianuarii, aliud vero post septuagesimam II. Idus Februarii et XV. Kalendas Martii et IIII. Kalendas Martii.

Necessitates vero quas supra nos dicturos esse promisimus, inter ceteras (quas tamen hac vice commemorare necessarium[e] non duximus[e]), haec sunt denique: conpertum habemus per fideles nostros, qui nobis de singulis regni nostri partibus haec nuntiaverunt, quod insolito more et ultra consuetum ubique terrae sterelitas esse et famis periculum imminere videtur, aëris etiam intemperies frugibus valde contraria, pestilentia quoque per loca, et paganorum[f] gentium circa marcas nostras sedentia bella continua, multa praeterea quae et nunc enumerare longum est et nobis experimento[g] possunt esse notissima, si recordare volumus, qualia incommoda singulis diebus propter merita nostra sentiamus.

Certissimeque ab his exterioribus colligere possumus, nos per omnia Domino non

a) vestra *c.* b) *ita Mart.;* aliquos patio locum *c.* c) *ita c.;* commodum *Mart.* d) VL psalm. *c.;* Psalmum quinquagesimum *coniecit Jaffé, quod non placet; cfr. Reg. Ben. c.* 18, *quo omnes* 150 *psalmos omni septimana cantare monachi iubentur.* e) necessarias diximus *c.* f) pagorum *c.* g) experimentum *c.*

1) *Matth.* 7, 7.

placere interius, qui tanta mala compellimur tollerare exterius. Quamobrem bonum nobis omnino videtur, ut unusquisque nostrum cor suum humiliare in veritate studeat et, in quocumque loco sive actu sive cogitatu se Deum offendisse deprehenderit, poenitendo tergat, flendo doleat et semetipsum in quantum ipse[h] potest ab his malis in futurum cavendo custodiat. Et haec debet esse praemissae orationis intentio, ut omnipotens Deus, qui non solum facta verum etiam antequam fiant omnia novit corda nostra compungat, et nos sibi supplices atque subiectos in vera humilitate faciat, et unumquemque nostrum ad[i] observantiam[i] mandatorum suorum, depulso a nobis omni errore, convertat, misereaturque sive a nobis mala repellendo sive bona quibus indigni sumus tribuendo, sicut ipse novit nos indigere, et tribuat, ut in membris suis, id est in corpore sanctae ecclesiae, numerari mereamur, quam pacificare, adunare et regere atque ab omni malo protegere dignetur; nobis etiam in illa unitate comprehensis, qui ut gratiam illius promereri possimus, haec ieiunia atque has orationes ab omnibus vobis generaliter fieri decrevimus.

Hanc quoque epistolam relegentes, secundum tibi a Deo datam sapientiam coram omnibus diligenter relegere[k] et tradere facias, ita ut omnes intellegant, pro qua necessitate haec agenda sunt. Et unusquisque vestrum per singulas ecclesias baptismales dirigite et bonos interpretes mittite qui omnia tradant, sicut superius diximus. Nam et per singula monasteria infra parochiam tuam ita facias.

h) ipso *c.; ipso largiente Mart.* i) ab observantia *c.* k) relege *c.*

125. KAROLI M. AD ODILBERTUM EPISTOLA.

809—812.

Legitur in cod. 1) *S. Pauli in Karinth.* 25, *fol.* 138 *et* 2) *Vindob. iur. can.* 45.

Karolus imperator Odilberto archiepiscopo Mediolanensi (805—814) *mandat, ut baptizandi ritum sibi exponat; similia mandata direxit imperator ad alios episcopos edita a Mabilione in analectorum tomis I. III. IV. Novissime hanc epistolam e codice* 1 *edidit Jaffé biblioth. rer. Germ. IV, p.* 401, *ubi alia quoque p.* 402—415 *de eadem re leguntur.* *(B. I,* 483; *P. I,* 171.*)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus, magnus pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum, Odilberto[a] venerabili archiepiscopo in Domino salutem.

Sepius tecum, immo et cum ceteris collegis tuis, familiare conloquium de utilitate sanctae Dei aecclesiae habere voluissemus, si absque molestia corporali id efficere potuisset. Sed quamvis sanctitatem tuam in divinis rebus tota intentione vigilare non ignoremus, omittere tamen non possumus, quin tuam devotionem, sancto incitante Spiritu, nostris apicibus conpellamus atque commoneamus, ut magis ac magis in sancta Dei aecclesia studiose ac vigilanti cura laborare studeas in praedicatione sancta et doctrina

a) N. 2.

salutari, quatenus per tuam devotissimam sollertiam verbum vitae aeternae crescat et currat, et multiplicetur numerus populi christiani in laudem et gloriam salvatoris nostri Dei.

Nosse itaque per tua scripta aut per te ipsum volumus, qualiter tu et suffraganei 5 tui doceatis et instruatis sacerdotes Dei et plebem vobis commissam de baptismi sacramento, id est cur primo infans catecuminus efficitur vel quid sit catecuminus. Deinde per ordinem omnia quae aguntur. De scrutinio, quid sit scrutinium. De symbolo, quae sit eius interpretatio secundum Latinos. De credulitate, quomodo credendum sit in Deum patrem omnipotentem, et in Iesum Christum filium eius natum et passum et 10 in Spiritum sanctum, sanctam aecclesiam catholicam et cetera quae secuntur in eodem symbolo. De abrenuntiatione Satanae et omnibus operibus eius atque pompis: quid sit abrenuntiatio, vel quae opera eius diaboli et pompae. Cur insufflatur vel cur exorzizatur. Cur catecuminus accipit salem. Quare tangantur nares, pectus unguatur oleo, cur scapulae signantur. Quare pectus et scapulae liniantur. Cur albis induitur vestimentis. 15 Cur sacro crismate caput perunguitur et mystico tegitur velamine. Vel cur corpore et sanguine dominico confirmatur.

Haec omnia subtili indagine per scripta nobis, sicut diximus, nuntiare satage, vel si ita teneas et praedices, aut si in hoc quod praedicas te ipsum custodias.

Bene vale et ora pro nobis.

---

20 126. ODILBERTI AD KAROLUM M. RESPONSUM.

809—812.

Legitur in cod. S. Pauli in Karinth. 25, *fol.* 139, *novissime editum a Jaffé, bibl. rer. germ. IV,* 403. *(B. deest; P. I,* 171.*)*

25 Domino christianissimo et a Deo conservato Karolo invictissimo atque piissimo imperatori Odilbertus servus servorum Dei, sanctae vestrae Mediolanensis aecclesiae archiepiscopus et orator vester, perennem in Christo domino salutem.

Igitur inmensae omnipotentis Dei nostri misericordiae sine intermissione omnibus nobis peragendae sunt gratiae, quae vos in tam sublimissimam dignitatem collocavit 30 imperii, simulque provolutis genibus omnes eiusdem redemptoris nostri supplicamus clementiam, ut vitam vestram atque incolomitatem per multorum annorum curricula ad profectum omnium aecclesiarum Dei sive et fidelium populorum vobis a Deo commissorum conservare dignetur, quia in vestra tranquillitate salutem nostrorum omnium adesse cognoscimus atque tenemus. Qui vos sollicitudinem habentes orthodoxe fidei, magis 35 prae ceteris omnibus qui ante vos christiani imperatores in universo mundo fuerunt devotione quique divino zelo commoti, id est Constantinus, Theodosius maior, Martianus et Iustinianus. Hi omnes, ut christianum populum ab omni erroris macula liberarent, divinitus inspirati quae Domini sacerdotes diffiniebant, illa tamen principalis auctoritas confirmabat. Quorum vos meritis et scientia praecellentes, David sanctum 40 imitantes qui se pro populi salute in typo nostri exhibuit redemptoris. Qui vos strenuus cultor pro credulitate rectae fidei divino amore accensi, de domino nostro Iesu Christo

Dei omnipotentis filio per omnia et super omnia, qui[1] cum sit 'splendor gloriae et imago substantiae eius' et[2] 'candor lucis aeternae', propter nimiam caritatem qua dilexit nos 'semetipsum exinanuit', et iuxta apostolicam auctoritatem[3] vel cetera quae secuntur, exhibuit sibi 'gloriosam[4] aecclesiam non habentem maculam neque rugam'. Cuius abluens peccati contagium, pretioso sanguine suo redemptioni nostrae tribuens sacramenta, et per actum mysterium post ascensionem suam qua ad Patrem ascendit, apostolica traditione nos confirmati. Qua fidei integritate universis gentibus apostoli praedicaverunt, ut nullis ventorum flatibus aut actibus adversantium conquassetur aecclesia Christi, sed in vero atque perpetuo fundamine permanendo constabilita persistat, sic et nos confirmati sanctorum patrum spiritalibus instrumentis et corroborati, inviolata fide et inlibata de credulitate Patris et Filii et Spiritus sancti, rectam fidem credimus atque tenemus. Sed quid religioso convenit principi, ut super omnes polleat adversos nisi de bonis sit[a] semper sollicitus libenter operibus; quod vestra sincera pietas summo amplectit studio, ut neque in qualibet parte aecclesia Dei vulnerum maculis torpeat, aut in ea sanies ignorantiae crescendo ebulliat; sed quod magis vestris felicissimis temporibus sacerdotum Dei corda accensa ad sollicitudinem, evigilando vera et recta custodia perseveret, et vos pro tanti vestri laboris certamine aeterna praemia a Domino consequi valeatis. Sed ne aliquem nostrum existimamus qui verbis eloquii atque cogitatione capi possit, ut putet se omnia mysteria caelestia liquido conprehensa tenere.

Suscipientes nos itaque epistolam a pietate vestri imperii nobis emissam, qua perlecta redolentiam sensimus nectarei suavissimi nimio flagrante odore, multimodas Deo nostro gratias referentes, qui in corda vestra inspirare dignatus est pro statu aecclesiae suae; quod a clementia vestra commoniti, rationem verae fidei et quaeque per ordinem gerimus atque docemus a nobis cognosci debeatis.

Itaque, etsi ad id quod dominatio vestra flagitat, plenius a nobis ipsis nequimus responsa proponi, oportet tamen ut quanto pauperiores nos cognoscimus esse in nostris responsis, tanto magis in scripturis sanctis convenit fieri devotiores; ut qui propriis sermonibus minores sumus, in dicendo sanctorum quoque testimoniis adcrescere valeamus, et de eruditissimorum labore, qui nihil in scripturis divinis obscurum reliquerunt vel clausum quod ad veram non perducerent claritatem et, Davidicam clavem ut acceperunt, aperirent[5], nobis etiam tribuendo proficerent in salutem, et labor sanctorum nos inertes securiores et paratos faceret ad danda responsa. Haec nos vero non per prolixitatem verborum scribendi compendiose temptavimus, sed valde subiecti per humilitatem veram pietati vestrae constringentes breviter perscripsimus, currentes per sanctorum patrum exempla ad significandum dignissimae praesentiae vestrae, quae velut mirificis floribus ex nimio rutilat ornata flagranti odore, auri ac pretiosarum devincens gemmarum, crescente vobis cum pietate sapientia, et adesse semper tenemus. A quo velut a vivo fonte et ad instar fluminis ad singulorum inriganda corda dulcedine nimia profluente, mellis et butyri emanante, longe lateque decurrens telluris ariditatem per fusionem sui implet. Unde petimus, ut dulcia nobis dona magnifici eloquii vestri tribuere[b]. Sed sicut solis radii mundum inluminant, ita scientia nostra sanctae vestrae doctrinae dono circumfusa fulgescat. Quia quod nobis adipiscendum pro nostra inquisitione laboriosum esse conspicimus, vos vero plenius, dispensatione Dei sancto affluente in visceribus vestris Spiritu, manifestare et aperire sacramenta divina valetis.

Dominus omnipotens prolixa per tempora gloriam imperii vestri incolomem conservare dignetur. Amen[c].

a) sed *cod.* b) tribuatis *Mab.;* dignemini *supplet Pertz.* c) *Sequuntur in codice fol.* 141—145 *excerpta de ritu baptizandi.*

1) *Hebr.* 1, 3. 2) *Sap. Salom.* 7, 26. 3) *Philip.* 2, 7. 4) *Ephes.* 5, 27. 5) *Apocal.* 3, 7.

127. RIHCOLFI ARCHIEPISCOPI AD EGINONEM EPISTOLA.

810.

Fragmentum epistolae legitur in membrana codicis cuiusdam Sangallensis operculo 5 antea accommodata, hodie autem servata in cod. Sangallensi 1394, *pag.* 141. *Editum est ex eadem membrana a Jaffé, bibl. rer. germ. IV. (Mon. Carol.), p.* 392.

Rihcolfus archiepiscopus Moguntinam sedem obtinuit inde ab anno 786 *usque ad a.* 813, *Egino suffraganeus eius episcopus Constantiensem inde ab a.* 781 *ad annum* 813. *Etiamsi deprecationes publicae et ieiunia saepe Karoli aetate 'tribulationum' plena facta 10 sunt (cfr. Karol. cap. Theodonisv.* 805, *II, c.* 4*), non immerito Jaffé hanc epistolam anno* 810 *tribuit vere, ut annales docent, lugubri, quo anno etiam* 5. *Idus Decembris (dies* 9. *mensis Decembris) incidit in secundam feriam, uti in hac epistola legitur.*

(B. deest; P. I, 165.*)*

In Dei nomine. Rihcolfus misericordia Dei archiepiscopus Eginoni episcopo sa- 15 lutem.

Not*um*[a] *sit fraternitati* tuae, quia domnus imperator nos admonuit, sicut sepius in conventu concil*iorum* . . . ., ut omni tempore Dei omnipotentis misericordiam humiliter depraecare debeamus pro com*muni salute* . . . . . . quandocumque necessitas conpellit, ut unusquisque per suam parrochiam triduanum *ieiunium fecissent* et rogassent 20 Deum omnipotentem, ut omnibus suis fidelibus christianis dedisset suam gratiam *et sanitatem corporis* et animae, et ut ab omnibus tribulationibus quae pro peccatis nostris assidue crescunt et . . . tam in hominibus quamque et in animalibus, in omnibus nobis adiuvasset. Ideoque nostra parv*itas* . . . iussionem domni imperatoris . . ut V. Idus Decembres, IV. Idus et III. Idus, quod evenit secunda f*eria* . . . ut omnes, quos senectus 25 vel infirmitas sive infantia non prohibet, ieiunent usque ad h*oram* . . . *abstine*ant se a carne et vino et a cervisa, milschida et medo; et si aliquis propter causam infirmi*tatis* . . . . . ., unusquisque maiores donet in unoquoque die solidum unum, mediocres denarios sex, paupe*res* . . . secundum suam possibilitatem elimosinas faciant. Presbiteri vero unusquisque in illis tri*bus diebus* . . . clerici et nonnanes qui psalmos sciunt, L[b] 30 psalmos[b] in unoquoque die cantet, et cum c . . . . superius diximus ut Deus . . . .

a) *Quae litteris obliquis impressa sunt addidit Jaffé.* b) quinquagesimum psalmum *hic quoque uti supra pag.* 245 *corrigit Jaffé; minus recte.*

128. BREVIUM EXEMPLA AD DESCRIBENDAS RES ECCLESIASTICAS ET FISCALES.

circa **810**.

Leguntur in cod. Guelferbytano inter Helmstadienses 254, *fol.* 9 *ante capitulare de villis supra pag.* 83—91 *editum. Ex ipso codice primo edita sunt in Leibnitzii collectaneis etymologicis ab Eccardo anno* 1717 *paratis et ab eodem Eccardo a.* 1729 *in commentariorum de rebus Franciae orientalis tomo II, pg.* 902 *sqq., iterum accuratius anno* 1799 *a Bruns ('Beitraege zu den Deutschen Rechten des Mittelalters' pg.* 57*) postremo a Pertzio, cuius lecturam secutus sum, textu, ut commode visum est, capitum numeris qui in codice non leguntur distincto.*

*Brevia formularum ratione esse concepta iam Eccardus adnotavit: formularum enim naturam produnt nomina et numeri omissa, quorum loco legitur e. g. 'illa' in c.*28, *'illo' in c.*30, *'illius' in inscriptione ad c.*25, *'tantos' in c.*32.35.39, *itemque verba in c.*16.23 *posita, quae capita nostra pro exemplis esse proposita haud dubie produnt. Exempla autem non pro libidine esse ficta sed desumta esse e villarum veris descriptionibus non negari posse censeo. Prima pars, initio mutila in codice tradita, (c.* 1—9*) ad mansorum descriptionem Augustano episcopatui pertinentium spectat, altera (c.* 10—24*) ad precarias et beneficia Weissenburgensi monasterio in Alisatia sito subdita, tertia (c.*25—39*) villas fiscales respicit ad inferiorem Rhenum ut Eccardo visum est sitas.*

Brevia vel Karoli vel missi alicuius iussu esse concepta veri non dissimile videtur. Karoli de villis capitulare saepe in lectoris memoriam brevia vocant, neque dubitaverim, in capite 29 *verba* Mensuram modiorum et sestariorum ita invenimus sicut et in palatio *esse concepta respecto iussu quod in capitularis de villis c.* 9 *legitur:* Volumus ut unusquisque iudex in suo ministerio mensuram modiorum, sextariorum eo tenore habeant sicut et in palatio habemus. *Brevia fortasse secundum Karoli iussiones annis fere* 807 *(supra pg.* 136, *c.* 4*) et* 811 *(supra pg.* 177, *c.* 7*) missis iniunctas concepta sunt.*

Commentarios ad brevia explicanda scripserunt Eccardus et Kinderling apud Brunsium. Ad illustranda verba rariora quae in brevibus occurrunt capitulare de villis supra editum conferre iuvabit, ad universam brevium naturam cognoscendam polyptycha potissimum a Guérard edita. *(B. deest; P. I,* 175.*)*

. . . . non pergit[1], duos annos multonem[2] optimum I, in tertio vero anno de annona modios IV.

2. Item de eodem. Invenimus in insula quae Staphinseie[a][3] nuncupatur ecclesiam in honore sancti[b] Michaelis constructam, in qua repperimus altare auro argentoque paratum I. Capsas[c] reliquiarum deauratas et cum gemmis vitreis et cristallinis ornatas V, cuprinam per loca deauratam I. Crucem reliquiarum parvulam cum clave

a) *lectio propter rasuram penultimae litterae haud satis distincta,* staphinseie *Pertzio* apparuit; *Eccardus* staphinsere *ediderat, quod Brunsius servavit.* b) sca *c.* c) capsā *c.*

1) *Verba 'quando in hostem' ante haec posita fuisse videntur; cfr. infra c.* 8. 2) *Francog.* mouton. 3) *Eccardus Stephanswert insulam in Mosae flumine sitam spectatam esse credit; rectius in Monum. Boicis VII, p.* 83 *ad insulam Staffelsee dictam et in dioecese Augustana positam hoc breviarium refertur; nam mansus ad Augustensem episcopatum pertinentes describuntur: infra c.* 9.

lamminis argenteis deauratam I; aliam vero crucem parvam reliquiarum auro vitroque fabricatam I; aliam vero crucem maiorem auro argentoque paratam cum gemmis vitreis I. Pendet super idem altare corona argentea per loca deaurata[d] I, pensans libras II, et in medio illius pendit crux parva cuprina deaurata I et pomum cristallinum I; et in eadem
5 corona per girum pendent ordines margaritarum diversis coloribus XXXV. Est ibi de argento munidato[4] solidi III. Habentur ibi inaures aurei IV, pensantes denarios XVII. Sunt ibi calices argentei II, quorum unus de foris sculptus et deauratus pensat[e] pariter cum patena sua solidos XXX, alter vero de foris sculptus et deauratus pensat[e] pariter cum patena sua solidos XV. Offertorium argenteum I, pensantem solidos VI. Bustam[5]
10 cum cuperculo argenteam ad timiama portandum I pensantem solidos VI. Aliam bustam argenteam pensantem solidos V.

3. Invenimus ibi turabulum[6] argenteum per loca deauratum I, pensantem solidos XXX. Alium etiam turabulum cuprinum antiquum I. Ampullam cuprinam I, aliam ampullam stagneam I. Urceum cum aquamanile cuprinum I. Ollam vitream
15 magnam I. Ampullas vitreas parvulas cum balsamo II. Pendent super eandem ecclesiam signa[7] bona II, habentes in funibus circulos cuprinos deauratos II.

4. Invenimus ibi planetas[8] castaneas II, de lana factam et tinctam I. Dalmaticam I, siricam I, albas VII. Amictus IV. Fanones lineos serico paratos ad offerendum ad altare XIII. Pallia ad altaria induenda VIII. Pallia de lana[f] facta et tincta ad altare
20 induendum II. Pallia linea tincta II. Linteamina serico parata[g] ad altaria vestienda XX. Manicas sericeas auro et margaritis paratas IV, et alias sericeas IV. Corporales[9] IV. Orarii[10] II. Plumatium[11] serico indutum I.

5. De libris: liber eptaticum[12] Moysi, et liber Iosuae, et liber iudicum, et Ruth, et libri regum IV, et libri paralippomenon II in uno volumine; liber psalmorum Davit,
25 et liber parabule Salomonis, et liber ecclesiastaes, et liber canticum canticorum, et liber sapientiae, et liber Iesu filii Sirach, et liber Iob, et liber Tobi, et liber Iudith, et liber Hester, et libri duo Machabeorum in uno volumine; libri XII prophetarum et libri Hesdrae duo in uno volumine; liber actuum apostolorum, et liber epistolarum Pauli, et libri VII epistolarum canonicarum, et liber apocalipsin in uno volumine; liber lectio-
30 narius, tabulas lamminis cuprinis deauratis habens paratas I, liber omeliarum diversorum auctorum I, liber beati Gregorii quadraginta omeliarum I, libri sacramentorum III, libri lectionarii II, liber canonum excerptus I, liber expositio psalmorum sine auctore I, liber quattuor euangeliorum vetustus I, libri antefonarii II, liber commentarii Hieronimi in Matheum I, liber regule sancti Benedicti I.

35 6. Est ibi de vitro duae tine[13] plene; de plumbo tabule III, et una massa, et calami CLXX; faldonem[14] ad sedendum I.

7. Item unde supra. Invenimus in eodem loco curtem et casam indominicatam, cum ceteris aedificiis ad praefatam ecclesiam respicientem. Pertinent ad eandem curtem de terra arabili iurnales DCCXL; de pratis, unde colligi possunt de foeno carra-
40 das[h] DCX. De annona nihil repperimus, excepto quod dedimus provendariis[15] carradae XXX; qui sunt provendati usque ad missam sancti Iohannis, et sunt LXXII. De

d) deaura *c.* e) penset *c.* f) la *c.* g) para *c.* h) carrad *c.*

4) *Monetato.* 5) *Pyxis, arcula.* 6) *Turibulum;* raeucherpfanne. 7) *Campana, clocca.* 8) *Casula, vestis sacerdotis.* 9) *Quibus operiuntur calix et hostiae.* 10) *Stolae.* 11) *Pulvinar;*
45 *cfr. Cap. de villis c.* 42. 12) *Heptaticum vel heptateuchum saepius quinque libri Moysis, Iosuae et Iudicum dicuntur, hic autem pro pentateucho positum videtur.* 13) *Vasa magna,* Tine. 14) *Francog.* fauteuil. 15) *Praebendarii, qui victualia recipiunt; cfr. Capit. de villis c.* 31.

brace[16] modii XII. Caballum domitum I, boves XXVI, vaccas XX, taurum I, animalia minora[17] LXI, vitulos V, vervices[18] LXXXVII, agnellos XIV, hircos XVII, capras LVIII, hediculos XII, porcos XL, porcellos L, aucas LXIII, pullos L, vasa apium XVII. De lardo baccones XX pariter cum minutiis[19], unctos[20] XXVII, verrem occisum et suspensum I, formaticos[21] XL. De melle sicclus dimidius: de butiro sicli II, 5 de sale modii V, de sapone sicli III. Culcita cum plumatiis[22] V, caldaria aerea III, ferrea vero VI, gramacula[22] V, luminare ferreum I, tinas[23] ferro ligatas XVII, falces[24] X, falciculas XVII, dolaturas[25] VII, secures VII, coria hircina X, pelles vervicinas[i] XXVI, sagenam ad piscandum I. Est ibi genitium[26], in quo sunt feminae XXIV; in quo repperimus sarciles[27] V, cum fasciolis[28] IV, et camisiles[29] V. Est ibi molina I; reddit 10 annis singulis modios XII.

8. Respiciunt ad eandem curtem mansi ingenuiles vestiti XXIII[k]. Ex his sunt VI, quorum reddit unusquisque annis singulis de annona modios XIV, friskinguas[30] IV, de lino ad pisam[31] seigam[32] I, pullos II, ova X, de semente lini sextarium I, de lenticulis sextarium I, operatur annis singulis ebdomades V, arat iurnales III, secat de foeno 15 in prato dominico carradas I et introducit; scaram[33] facit. Ceterorum vero sunt VI, quorum unusquisque arat annis singulis iurnales II, seminat et introducit: secat in prato dominico carradas III et illas introducit; operatur ebdomadas II; dant inter duos in hoste bovem I, quando in hostem non pergunt; equitat quocumque illi praecipitur. Et sunt mansi V, qui dant annis singulis boves II; aequitat quocumque illi praecipitur. 20 Et sunt mansi IV, quorum arat unusquisque annis singulis iurnales IX, seminat et introducit; secat in prato dominico carradas III et illud introducit; operatur in anno ebdomadas VI, scaram facit ad vinum ducendum, fimat de terra dominica iurnalem I, de ligno donat carradas X. Et est unus mansus, qui arat annis singulis iurnales IX, seminat et introducit; secat de foeno in prato dominico carradas III et illas introducit, 25 scaram facit, parafredum donat; operatur in anno septimanas V. Serviles vero mansi vestiti XIX, quorum reddit unusquisque annis singulis friskingam I, pullos V, ova X, nutrit porcellos dominicos IV, arat dimidiam araturam: operatur in ebdomada III dies, scaram facit, parafredum donat. Uxor vero illius facit camisilem[29] I et sarcilem[27] I; conficit bracem[34] et coquit panem. 30

9. Restant enim de ipso episcopatu curtes VII de quibus hic breviatum non est; sed in summa totum continetur. Habet quippe summa Augustensis episcopatus mansos ingenuiles vestitos MVI, absos[35] XXXV, serviles vero vestitos CCCCXXI, absos XXXXV; inter ingenuiles autem et serviles vestitos MCCCCXXVII, absos LXXX.

Explicit. 35

De illis clericis et laicis, qui illorum proprietates donaverunt ad monasterium quod vocatur Wizunburch et e contra receperunt ad usum fructuarium.

10. Hartwic presbiter tradidit ad ipsum monasterium supradictum in pago Wormacinse[36] medietatem de illa ecclesia quae est constructa in villa Hessiheim[l], et cum casa 40

i) uernicinas *cod.* k) XXIIII *prima manus; legendum videtur* XXII, *quae summa est mansorum infra numeratorum.* l) hessicheim *prima manus.*

16) Malz. 17) Jungvieh. 18) Schaafe. 19) Würste. 20) Schmalz. 21) Fromage. 22) *Cfr. Cap. de villis c.* 42. 23) *Cfr. supra c.* 6. 24) Sensen. 25) Beile; *cfr. supra Cap. de vill. c.* 42. 26) *Cfr. Cap. de villis c.* 31. 43. 49. 27) Leichtwollene Tücher. 28) Leinene Tücher. 45 29) Chemises. 30) Frischling, *porcellus.* 31) *Cap. de villis c.* 49. 32) *Tam moneta quam mensura.* 33) *Servitium;* schaarwerk. 34) Malz. 35) *Non cultos.* 36) *Villae omnes hic nominatae laudantur etiam in Wormatiensis pagi descriptione, quae exstat in Actorum Palatinorum tomo primo.*

dominicata mansos vestitos serviles IV, et de vineis picturas[37] V: et e contra recepit illam ecclesiam in villa Unkenstein, et cum casa dominicata mansos vestitos serviles VI, de vineis picturas V, de prata et carra XX; in ea vero ratione, ut id ipsum quod tradidit diebus vitae suae habeat in precariam.

5 11. Motwinus et uxor eius similiter tradiderunt ad ipsum monasterium in villa Hessihaim[m] in ipso pago cum casa dominicata mansos vestitos serviles VI, de vineis picturas V, de prata ad carradas XII; et e contra receperunt in ipsa villa cum casa dominicata mansos vestitos serviles VI, de vineis picturas VII, de prata ad carradas XV.

12. Unroh habet in ipso pago similiter in praecariam in villa illa mansum vesti-10 tum I, serviles absos II, de vinea pictura I, de prata ad carradas XX, diebus vitae suae.

13. Birniho presbiter tradidit ad ipsum monasterium in ipso pago in villa Franconadal ecclesiam I, et cum casa dominicata mansos vestitos serviles VII, de vineis picturas III, de prata ad carradas XX; et e contra recepit in ipso pago in villa Marisga mansos serviles absos III, de vineis pictura I, de prata ad carradas XX.

15 14. Similiter tradidit Gomoldus ad ipsum monasterium in ipso pago in villa nuncupante Wisa cum casa dominicata mansos serviles vestitos V, de vineis picturas III, de prata ad carradas XX; et e contra recepit in ipsa villa cum casa dominicata mansos vestitos serviles IV, de vineis picturas II.

15. Graolfus clericus tradidit ad ipsum monasterium in ipso pago, in villa illa 20 cum casa dominicata mansos vestitos serviles V, de vineis picturas IV; et e contra recepit in ipso pago in villa illa cum casa dominicata mansos vestitos serviles V, de vineis picturas quinque.

16. Et sic cetera breviare debes.

De beneficiariis qui de eodem monasterio beneficium habere videntur.

25 17. Habet Hunbertus in beneficium in pago Wormacinse, in villa nuncupante Wanesheim cum casa dominicata mansos vestitos serviles VI, ingenuiles vestitos II, absos IV, de prata ad carradas XX, de vineis picturas VI, et silvam communem; et in ipsa villa habet Friduricus beneficium.

18. Baldrih habet beneficium in ipso pago in villa nuncupante illa[38] cum casa 30 dominicata mansos vestitos serviles V, absos IV, de prata ad carradas XXX, de vineis picturas V, molino I, et silvam communem.

19. Habet Gerbertus in ipso pago in villa illa beneficium cum casa dominicata, mansos serviles absos V, de vineis picturas V.

20. Meginhartus habet in beneficium in ipso pago in villa Alasenza cum casa 35 dominicata mansos vestitos serviles II, absos III, de prata ad carradas XV, de vineis picturam I, molinum I, et silvam communem.

21. Habet Herigis in ipso pago in beneficium in villa illa mansos vestitos serviles IV, absum I, de vineis picturas II.

22. Waltheri habet in beneficium in ipso pago in villa illa cum casa dominicata 40 mansos vestitos serviles VI, de vineis picturas VI, de prata ad carradas VI; et inter Lorenzenvillare et Hepfanheim et Winolfesheim mansos vestitos serviles II, absos II. Et habet ipse Waltheri in pago Spirinse in villa Tatastat ecclesiam I cum casa dominicata, mansos vestitos ingenuiles IV, serviles vestitos X, absum I, de vineis picturas V, de prata ad carradas XX.

45 m) hessichaim *prima manus.*

37) *Pictura vel ut alias dicitur pedatura area est certo pedum dimensu comprehensa.* 38) *Fortasse vox 'illa' ad Wanesheim quod ante nominatur referenda est; fortasse etiam ratione in formulis usitata verbum hoc loco positum est.*

23. Et sic cetera de talibus rebus breviare debes.
24. Item adbreviandum de peculiis.

De ministerio illius[40] maioris vel ceterorum.

25. Invenimus in Asnapio[41] fisco dominico salam regalem ex lapide factam optime, cameras III; solariis totam casam circumdatam, cum pisilibus[42] XI; infra cellarium I; porticus II, alias casas infra curtem ex ligno factas XVII cum totidem cameris et ceteris appendiciis bene conpositis; stabolum I, coquinam I, pistrinum I, spicaria II, scuras III. Curtem tunimo[43] strenue munitam, cum porta lapidea, et desuper solarium ad dispensandum. Curticulam similiter tunimo interclausam, ordinabiliter dispositam, diversique generis plantatam arborum. Vestimenta: lectum parandum I, drappos ad discum[44] I parandum; toaclam[45] I. Utensilia: concas[46] aereas II, poculares II, calderas[47] aereas II, ferrea I, sartaginem[48] I, gramalium I, andedam[49] I, farum[50] I, secures II, dolatoriam I, terebros II, asciam[51] I, scalprum[49] I, runcinam[52] I, planam[53] I, falces II, falciculas II, palas ferro paratas II. Utensilia lignea ad ministrandum sufficienter. De conlaboratu: spelta vetus de anno praeterito corbes LXXXX, quae possunt fieri de farina pensas CCCCL, ordeum modios C. Presenti anno fuerunt speltae corbes CX: seminavit ex ipsis corbes LX, reliqua repperimus; frumenti modii C: seminavit LX, reliqua repperimus; sigilis[m] modii LXXXXVIII, seminavit totidem; ordeo modii MDCCC: seminavit MC, reliqua repperimus. Avena modios CCCCXXX, faba modium I, pisos modios XII. De[54] molinis V: modios DCCC ad minorem mensuram; dedit[n] prebendariis modios CCXXXX, reliqua repperimus. De cambis[o] [55] IV: modios DCL ad minorem mensuram. De pontibus II: sale modios LX, et solidos II. De ortis IV: solidos XI, mel modios III. De censu: butyrum modium I; lartum[56] de praeterito anno baccones X, novos baccones CC cum minucia et unctis; formaticos de anno presenti pensas XXXXIII. De peculio: iumenta maiora capita LI, de anno tertio V, de preterito VII, de presenti VII; poledros bimos X, annotinos VIII; emissarios III, boves XVI, asinos II, vaccas cum vitulis L, iuvencos XX, vitulos annotinos XXXVIII, tauros III, porcos maiores CCLX, porcellos C, verres V, vervices cum agnis CL, agnos annotinos CC, arietes CXX, capras cum hedis XXX, hedos annotinos XXX, hircos III, aucas XXX, pullos LXXX, pavones XXII.

26. De eo quo supra. Item de mansionilibus[57] quae ad supra scriptum mansum aspiciunt. In Grisione[58] villa invenimus mansioniles dominicatas, ubi habet scuras III et curtem sepe circumdatam. Habet ibi ortum I cum arboribus; aucas X, anantes VIII, pullos XXX.

27. In alia villa repperimus mansioniles dominicatas et curtem sepe munitam, et infra scuras III, vinea arripennem I, ortum cum arboribus I, aucas XV, pullos XX.

m) sigil. *c.; fortasse sigale legendum est sec. Cap. Saxon.* 797, *c.* 11. n) Ded. *c.* o) camb. *c.*

40) *Verbi 'illius' loco villae dominicae maioris nomen collocandum erat in brevibus conficiendis.* 41) *Eccardus Asnapium pro Gennapio habet prope Cliviam sito.* 42) *Mulierum camerae; cfr. capit. de villis c.* 49. 43) Tûn, zaun. 44) *Cfr. cap. de villis c.* 42. 45) *Mappa,* twele, handtuch. 46) Schüssel. 47) Kessel. 48) Braupfanne. 49) *Cfr. cap. de villis c.* 42. 50) *Luminare, cfr. infra c.* 30. 51) Axt. 52) Grosser Hobel. 53) Kleiner Hobel. 54) *Cfr. de molinis, cambis, pontibus Cap. de villis c.* 62. 55) *Camba = officina ubi cerevisia vel panis coquitur.* Brauhaus *et* Backhaus. 56) *Cfr. supra c.* 7. 57) *Cfr. capit. de villis c.* 19. 58) *Griet haud procul a Clivia secundum Eccardum.*

28. In villa illa mansioniles dominicatas[p]. Habet scuras II, spicarium I, ortum I, curtem sepe bene munitam.

29. Item unde supra. Mensuram modiorum et sestariorum ita invenimus, sicut et in palatio[59]. Ministeriales non invenimus aurifices, neque argentarios, ferrarios, neque ad venandum, neque in reliquis obsequiis. De herbis hortulanis[60] quas repperimus: id est lilium, costum, mentam, petresilum, rutam, apium, libesticum, salviam, satureiam, savinam, porrum, alia, tanazitam, mentastram, coliandrum, scalonias, cepas, caules, ravacaules, vittonicam[61]. De arboribus: pirarios, pomarios, mispilarios, persicarios, avelanarios, nucarios, morarios, cotoniarios.

30. Repperimus in illo fisco dominico domum regalem, exterius ex lapide et interius ex ligno bene constructam; cameras II, solaria II. Alias casas, infra curtem ex ligno factas VIII; pisile cum camera I, ordinabiliter constructum; stabolum I. Coquina et pistrinum in unum tenentur. Spicaria quinque, granecas[62] III. Curtem tunimo circumdatam desuperque spinis munitam cum porta lignea. Habet desuper solarium. Curticulam similiter tunimo interclusam. Pomerium contiguum, diversi generis arborum nemorosum. Infra vivarium cum piscibus I; hortum bene compositum I. Vestimenta: lectum parandum I, drappos ad discum parandum I, toaclam I. Utensilia: concas aereas II, pocularem I, baccinum[63] I, caldaria aerea II, ferreum I, sartaginem I, cramalium I, andedam I, farum[q] I, securem I, dolaturam I, terebros II, scalprum[r] I, asciam I, runcinam[s] I, planam I, falces II, falcicolas III, fussoria[64] II, palas ferro paratas II; utensilia lignea sufficienter. Conlaboratu: spelta vetus de anno preterito corbes LXXX, quae possunt fieri de farina pensas CCCC; de anno praesenti spelta corbes LXXXX, quae possunt fieri pensas CCCCL. Ordeo novello ad servitium modios DCC, ad sementem modios DC. Lardum vetus de anno preterito baccones LXXX, novo de nutrimine baccones C, cum minutia et unctis; de censu: baccones CL cum minucia et unctis: sunt simul baccones CCCXXX. Formaticos pensas XXIV.

31. De peculio. Iumenta maiora capita LXXIX, pultrellas trimas XXIV, bimas XII, annotinas XIII, peledros bimos VI, annotinos XII, emissarios vel burdones IV, boves XX, asinos II, vaccas cum vitulis XXX, tauros III, alia animalia X, porcos maiores CL, minores C, verbices cum agnis LXXX, agnos anniculos LVIII, multones LXXXII, capras cum hedis XV, anniculos VI, hircos VI, vasa apium L, aucas XXXX, anantes VI, pullos C, pavones VIII.

32. Invenimus[65] in illo fisco dominico casam regalem cum cameris II totidemque caminatis, cellarium I, porticus II, curticulam interclusam cum tunimo strenue munitam; infra cameras II, cum totidem pisilibus, mansiones feminarum III; capellam ex lapide bene constructam; alias intra curtem casas ligneas II, spicaria IV; horrea II, stabolum I, coquinam I, pistrinum I; curtem sepe munitam cum portis ligneis II et desuper solaria. Lectum paratum I, drappos ad discum parandum I, toaclam I. Utensilia: concas aereas II, poculares II, caldaria aerea II, ferreum I, patellam I, securem I, dolaturam I, terebrum I, scalprum I, planam I; utensilia lignea ad ministrandum sufficienter. Conlaboratu: spelta vetus de anno praeterito corbes XX, quae possunt fieri farina pensas C. Praesenti anno fuerunt de spelta corbes XX; seminavit ex ipsis corbes X, reliqua repperimus. Sigilis[t] modios CLX; seminavit C, reliqua repperimus.

p) mansionil domc *c.* q) lucta, *sec. Bruns*, liuta *sec. Pertz, glossa superscripta est.* (Leuchte.) r) bursa *glossa suprascripta.* s) noil *glossa superscripta.* t) sigil. *c.*; sigale? *cfr. supra c.* 24.

59) *Cfr. Capit. de villis c.* 9. 60) *Cfr. Capit. de villis c.* 70. 61) *Betonica officinalis.* 62) *Granaria; ad reliqua cfr. supra c.* 25. 63) *Pelvis*, Becken. 64) *Rastrum*, Spaten. 65) *Cfr. supra c.* 25. 30.

Ordeo modios CCCCL; seminavit CCC, reliqua repperimus. Avena modios CC, seminavit totidem. Lardum vetus de praeterito anno baccones LV; novello de nutrimine baccones L, cum minucia et unctis; de censu: baccones XV cum minucia et unctis. Sunt simul baccones tantos.

33. De peculio. Iumenta maiora capita XXXXIV; putrellas trimas X, bimas XII, anniculos XV, poledros bimos VII, emissarios vel burdones II, boves XXIV, vaccas cum vitulis VI, alia animalia V, porcos maiores LXXXX, minores LXX, vervices cum agnis CL, anniculos CC, multones VIII, capras cum hedis XX, anniculos XVI, hircos V, aucas X.

34. Repperimus in illo fisco dominico domum regalem ex ligno ordinabiliter constructam, cameram I, cellarium I, stabolum I, mansiones III, spicaria II, coquinam I, pistrinum I, scuras III. Curtem tunimo circumdatam et desuper sepe munita. Ortum diversi generis insertum arboribus. Portas ligneas II. Vivaria cum piscibus III. Utensilia: concas aereas II, poculares aereos II, cramalium I, andedum I, patellam I, securem I, dolaturam I, terebrum I, scalprum I, palam ferro paratam; utensilia lignea sufficienter. Vestimenta: lectum paratum I, culcitam I, plumacium I, linteos II, mantile I, mappam I, toaclam I. De conlaboratu: spelta vetus de anno praeterito corbes XX, unde possunt fieri farina pensas C; presenti anno fuerunt spelta corbes XXX: seminavit corbem unum, reliqua repperimus. Ordeo modios DCCC: seminavit modios CCCC, reliqua repperimus. Lardum vetus de praeterito anno baccones CC; novello de nutrimine baccones L cum minucia et unctis; de censu: baccones LXXX cum minucia et unctis.

35. De peculio. Iumenta maiora capita tantum; putrellas trimas tantas; bimas X, anniculos XI, peledros de tertio anno tantos; bimos X, anniculos V, emissarios II, boves tantos, vaccas cum vitulis tantas; iuvencos VIII, vitulos anniculos III, taurum I, porcos maiores CL, minores C, verbices cum agnis CL, agnos anniculos CC, multones C, capras cum hedis XXX, anniculos LXXXX, hircos X, aucas XX, anantes IV.

36. Invenimus in Treola[66] fisco dominico casam dominicatam ex lapide optime factam, camaras II cum totidem caminatis, porticum I, cellarium I, torcolarium I, mansiones virorum ex ligno factas III, solarium cum pisile I; alia tecta ex maceria III, spicarium I, scuras II, curtem muro circumdatam cum porta ex lapide facta. Vestimenta: culcitam I, plumacium I, lectarium I, linteum I, copertorium I, bancalem[67] I. Utensilia: ferreolum I, patellam plumbeam I. De vineis dominicis: vino modios DCCXXX; de censu modios D. Canabis libras II.

37. De herbis hortulanis:[68] id est costum, mentam, livesticum, apium, betas, lilium, abrotanum, tanezatum, salviam, satureiam, neptam, savinam, sclareiam, solsequia, mentastram, vittonicam, acrimonia, malvas, mismalvas[u], caulas, cerfolium, coriandrum, porrum, cepas, scalenias, brittolos, alia.

38. De arboribus: pirarios diversi generis, pomarios diversi generis, mispilarios, persicarios, nucarios, prunarios, avelanarios, morarios, cotoniarios, cerisarios.

39. Haec est summa de supradictis villis. Sunt in summa: spelta vetus de praeterito anno corbes tantos, unde possunt fieri de farina pensas tantas; frumentum vetus, et sic de ceteris omnibus, praeteritis et praesentibus vel reliquis numerabis.

u) *glossa superscripta:* id est altea quod dicitur ibischa; *cfr.* capit. de villis c. 70. not. 55.

66) *Locus ignotus.* 67) Bankpfühl. 68) *Cfr. capit. de villis c.* 70.

129. IUDICATUM REGIUM.

Legitur in codice 1) *Eporediensi* 33, *fol.* 142 *et* 2) *Monacensi* 19416, *subiunctum Karoli capitulis legi Ribuariae additis; item in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses* 130. 52 *diversorum capitulorum collectioni inseritur. Ante regem Ita-*
5 *liae iudicatum esse videtur.* (*B. deest; P. I,* 118 *et* 443, *c.* 17.)

De homine qui comprehendidit servum et iussit eum occidere dominos suos duos infantes, unum qui habuit novem annos, alium qui habet undecim; ad extremum illum servum, postquam dominos suos illos pueros occidit, in foveam quandam proiecit. Et iudicatum est, ut illum qui novem annos habuit triplici weregildo conponat, alium
10 vero qui undecim annos habuit dupliciter[a], servumque[b] mordritum tripliciter, et bannum nostrum ad omnia.

a) tripliciter 1. b) servum quem 2.

130. CAPITULA DUO INCERTA.

Leguntur in saeculi XII. codice Monacensi 3853 *inserta inter indicem et textum*
15 *capitulorum tertii Ansegisianae collectionis libri. Originis prorsus incertae videntur et vix Karolina; tam senioris commemoratio in capite primo quam in secundo iussum vere crudele, ut oratio dominica baculando et flagellando populo iniungatur quod, etiamsi simile Turonensis concilii a.* 813 *habiti canoni* 45, *tamen alienum est a veris Karoli praeceptis (cfr. e. gr. Examinat. capit.* 802, *c.* 14. 15) *dissuadere videtur, ut pro Karo-*
20 *linis capitula habeamus.* (*B. deest; P. I,* 129.)

Episcopus in cuius parochia aliquis consistens aliquid iniuste fecerit semel et bis et tercio, si necesse, vocabit illum sua admonitione per suum nuntium canonice ad emendationem sive compositionem et ad penitentiam, ut Deo et ecclesiae quam lesit satisfaciat. Si autem despexerit atque contempserit eius admonitionem et saluberrimam
25 invitacionem, feriat illum pastorali virga hoc est sententia excommunicationis et a communione sanctae ecclesiae omniumque christianorum sit separatus usque ad congruam satisfactionem et dignam emendationem. Quam excommunicationem debet isdem episcopus seniori illius notam facere et omnibus coepiscopis, ne eum recipiant usque ad dignam satisfactionem.
30 2. Symbolum et orationem dominicam vel signaculum omnes discere constringantur. Et si quis ea nunc non teneat, aut vapulet aut ieiunet de omni potu, excepto aqua, usque dum haec pleniter valeat; et qui ista consentire noluerit, ad nostram praesentiam dirigatur. Feminae vero aut flagellis aut ieiuniis constringantur. Quod missi[a] nostri cum episcopis praevideant ut ita perficiatur; et comites similiter adiuvant epis-
35 copis, si gratiam nostram velint habere, ad hoc constringere populum ut ista discant.

a) iussi *c.*

131. CAPITULA DE IUDAEIS.

Karoli Magni capitularia de Iudaeis perpauca tantum constituunt, quae constituta Iudaeorum odium vix probant (cfr. supra Cap. Niumag. 806, c. 4 et Cap. miss. alterum 809, c. 13.) Magnum autem hoc odium fuit, ab Agobardo archiepiscopo Lugdunensi potissimum excitatum, Hludowici Pii et Karoli Calvi aetate. Ita in concilio Meldensi anno 845 habito capite 73 multa quae antea in Romanorum imperatorum et regum Merovaeorum constitutionibus, itemque in conciliorum canonibus contra Iudaeos constituta fuerant excerpta et denuo sancita sunt. Quae Meldensia excerpta (cfr. Mansi, concilior. collectio XIV, pag. 836—839) in compluribus codicibus (ita in Monac. 3853, fol. 277, Vindobon. iur. can. 99, fol. 77 et in alio cod. Mon. olim Frising.) Karolo Magno tributa occurrunt, inscripta scilicet: Capitula contra Iudaeos magni Karoli invictissimi imperatoris caeterorumque regum cum consensu episcoporum *et subscripta:* Finiunt capitula contra Iudaeos magni Karoli caeterorumque regum cum consensu episcoporum. *Similiter alia etiam de Iudaeis capitula infra edita Karolo Magno in codicibus adscribuntur, quae fidei omnino dubiae et post Karoli aetatem vel ab incertis regibus vel ab hominibus privatis concepta videntur. Capita 1 – 4 leguntur in codice Monacensi 3853, fol. 261ᵛ, inscripta verbis* 'De capitulis domni Karoli imperatoris et Hludowici'; *capita 1—3 unam quandam incerti regis constitutionem efficere putaverim, a qua iurisiurandi Iudaici descriptio et formula in capite quarto subnexae alienae videntur. Pleniorem huius iuramenti formulam sub numero 5 editam codex Guelferb. inter Blank. 130. 52, fol. 206 servavit. Caput denique sextum legitur in codice Vaticano reg. Christ. 520, fol. 110ᵛ et in codicis Montispess. 360 folio ultimo, inscriptum in codice Montisp.:* E decretis Karoli imperatoris. *Haud dubie spurium est hoc capitulum et omnino contrarium tam capitulari anni 809, c. 13 supra pag. 152 edito, quam Hludowici Pii praeceptis quae inter formulas occurrunt (Carpentier 32—34; Rozière form. 27—29.)*

(B. deest; P. I, 194.)

Nemo Iudeus[a] praesumat de ecclesia Dei aliquid recipere neque in wadio nec pro ullo debito ab ullo christiano, in auro sive in argento neque in ceteris rebus. Quod si facere praesumpserit, quod absit, omnis substantia sua auferatur ab eo et dextera manus illi amputetur.

2. Ut nullus Iudeus neminem christianum in wadium ab ullo Iudeo aut ab alio christiano mittere praesumat, ne deterior fiat; quod si facere praesumat, secundum suam legem restituat et debitum et wadium simul perdat.

3. Ut nemo Iudeus monetam in domo sua habeat et neque vinum nec annonam vel aliam rem vendere praesumat. Quod si inventum fuerit, omnis substantia sua ab illo auferatur, et in carcerem recludatur, usque ad praesentiam nostram veniat.

4. De sacramento Iudeorum contra christianos[1]. Mitte rumice[2] bis a capite in circuitu pedum eius; ibi debet stare quando iurat sacramentum, et habere debet in dextro brachio quinque libros Moysi secundum suam legem, et si habere non potest

a) iudeis *c.*

1) *De Iudaeorum sacramentis cfr. Müllenhoff et Scherer* 'Denkmaeler deutscher Poesie und Prosa' *editio secunda p. 625—629.* 2) *Rumica in medio aevo occurrit pro verbo coccyx, cuculus; hoc loco pro cucullo, tegumento potius accipiendum videtur.*

secundum hebreum, tamen habeat latinitatem. 'Si me Deus adiuvet, ille Deus qui dedit legem Moysi in monte Synai, et si lepra Neaman Siri super me non veniat sicut super illum venit[3], et sic terra me non deglutiat sicut deglutivit Dathan et Abiron[4], de ista causa contra te malum non merui'.

---


5 5. Iuramentum Iudeorum: 'Adiuro te per Deum vivum et verum, et in illam legem sanctam quam Dominus dedit ad beatum Moisen in monte Sinai, et per Adonai sanctum, et per pactum Abrae quod Deus dedit filii Israel, et si non lepra[b] Naaman Siro[b] circumdet corpus meus[3], et si non me vivo degluciat terra sicut fecit Dathan et Abilon[4], et per arcum foederis[c] qui de celis aparuit ad filios hominis, et ipsum locum 10 sanctum ubi sanctus Moisen stetit et illam sanctum quam beatus Moisen ibi haccepit, de hac causa culpabilis non sum'.

---

6. E[d] decretis Karoli imperatoris[d]. Si Iudeus contra Iudeum aliquod negocium habuerit, per legem suam se defendat. Si vero contra Christianum, Christianus, si necesse fuerit, cum idoneis testibus super sanctorum pignora per sacramentum aut cum 15 ferro ignito se exoniet. Iudeo vero circulus ex rubo in collo imponatur et stanti genua vinciantur eique virga ex rubo quinque habens cubitos manuales bene[e] aculeata[e], dum sacramenti finem fecerit, inter coxas acerrime pertrahatur, et taliter se exoniet, si sanus evaserit. Quod si Iudeus aliquod maleficium contra christianam[f] legem aut[f] Christianum aliquem fecerit et exinde convictus fuerit, aut culleo parricidali insuatur[g 5] et in 20 profundo gurgite proiciatur aut igni comburatur.

b) librana amansiro *c.* c) fidelis *cod., sed respicit sacramenti formulae auctor ad Genes.* 9, 16 d) E ... imp. *om. Vat.* e) aculeis plena *cod. Mont.* f) chr. l. a. *om. Mont.* g) induatur *Mont.*

3) *Regum II, c.* 5. 4) *Numeri c.* 16. 5) *Cfr. Cic. pro Roscio Amer. c.* 11 *et* 25.



VIII.
HLUDOWICI PII CAPITULARIA
814—827.

---

132. CONSTITUTIO DE HISPANIS IN FRANCORUM REGNUM PROFUGIS PRIMA.

815. Ianuar. 1.

A Chesnio (histor. Francor. scriptt. II. p. 321*) et postea a Baluzio edita est e 'veteri exemplari quod extat in archivo archiepiscopi Narbonensis', quas editiones a Bouquet (VI.* 470*) et Vaisette (hist. de Languedoc nouv. édit. II*[b.] 97*) repetitas nos quoque secuti sumus. Secundum Baluzium constitutioni inscripta sunt verba:* Hoc est praeceptum remissionis sive concessionis quod fecit Ludovicus imperator Hispanis qui ad se perfugerant. *(B. I,* 549; *P. deest.)*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Hludowicus, divina ordinante providentia imperator augustus, omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae ac nostris, praesentibus scilicet et futuris, partibus Aquitaniae, Septimaniae, Provinciae et Hispaniae consistentibus.

Sicut nullius vestrum notitiam effugisse putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppressionem et crudelissimum iugum, quod eorum cervicibus inimicissima Christianitati gens Sarracenorum imposuit, relictis propriis habitationibus et facultatibus quae ad eos hereditario iure pertinebant de partibus Hispaniae ad nos confugerunt, et in Septimania atque in ea portione Hispaniae quae a nostris marchionibus in solitudinem redacta fuit sese ad habitandum contulerunt, et a Sarracenorum potestate se subtrahentes nostro dominio libera et prompta voluntate se subdiderunt, ita ad omnium[a] vestrum notitiam pervenire volumus, quod eosdem homines sub protectione et defensione nostra receptos in libertate conservare decrevimus.

1. Eo videlicet modo, ut sicut caeteri liberi homines cum comite suo in exercitum pergant, et in marcha nostra iuxta rationabilem eiusdem comitis ordinationem atque admonitionem explorationes et excubias, quod usitato vocabulo wactas dicunt, facere non negligant, et missis nostris aut filii[b] nostri[b] quos pro rerum opportunitate illas in

a) hominum *add Chesn.* b) filiis nostris *coniecit Bouq., fortasse recte.*

partes miserimus aut legatis qui de partibus Hispaniae ad nos transmissi fuerint paratas faciant et ad subvectionem eorum veredos[c] donent. Alius vero census ab eis neque a comite neque a iunioribus et ministerialibus eius exigatur.

2. Ipsi[d] vero pro[d] maioribus causis, sicut sunt homicidia, raptus, incendia, depraedationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invasiones, et undecunque a vicino suo aut criminaliter aut civiliter fuerit accusatus et ad placitum venire iussus, ad comitis sui mallum omnimodis venire non recusent[e]. Ceteras vero minores causas more suo, sicut hactenus fecisse noscuntur, inter se mutuo definire non prohibeantur.

3. Et si quispiam eorum in partem quam ille ad habitandum sibi occupaverat alios homines undecunque venientes adtraxerit et secum in portione sua, quam adprisionem[1] vocant, habitare fecerit, utatur illorum servitio absque alicuius contradictione vel impedimento, et liceat illi eos distringere ad iustitias faciendas quales ipsi inter se definire possunt. Cetera vero iudicia, id est criminales actiones, ad examen comitis reserventur.

4. Et si aliquis ex his hominibus qui ab eorum aliquo adtractus est et in sua portione conlocatus locum reliquerit, locus tamen qui relictus est a dominio illius qui eum prius tenebat non recedat.

5. Quod si illi propter lenitatem et mansuetudinem comitis sui eidem comiti honoris et obsequii gratia quippiam de rebus suis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel censu aliquo computetur, aut comes ille vel successores eius hoc in consuetudinem praesumant, neque eos sibi vel hominibus suis aut mansionaticos parare aut veredos dare aut ullum censum vel tributum aut obsequium, praeter id quod iam superius[2] comprehensum est, praestare cogant. Sed liceat tam istis Hispanis, qui praesenti tempore in praedictis locis resident, quam his qui adhuc ad nostram fidem de iniquorum potestate fugiendo confluxerint et in desertis atque in incultis locis per nostram vel comitis nostri licentiam consedentes aedificia fecerint et agros incoluerint, iuxta supradictum modum sub nostra defensione atque protectione in libertate residere, et nobis ea quae superius diximus tam cum comite suo quam cum missis eius pro temporum opportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

6. Noverint tamen iidem Hispani sibi licentiam a nobis esse concessam, ut se in vassaticum comitibus nostris more solito commendent; et si beneficium aliquod quisquam eorum ab eo cui se commendavit fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere, quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent.

7. Idcirco has nostrae auctoritatis litteras eis dare decrevimus, per quas decernimus atque iubemus ut haec nostrae liberalitatis et mansuetudinis constitutio erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris inviolabiliter conservetur. Cuius constitutionis in unaquaque civitate[3] ubi praedicti Hispani habitare noscuntur, tres descriptiones esse volumus: unam quam episcopus ipsius civitatis habeat, et alteram quam comes, et tertiam ipsi Hispani qui in eodem loco conversantur. Exemplar vero earum in archivo palatii nostri censuimus reponendum, ut ex illius inspectione, si quando, ut fieri solet, aut ipsi se reclamaverint aut comes vel quislibet alter contra eos causam habuerit, definitio litis fieri possit.

Hanc quippe constitutionem, ut per diuturna tempora a fidelibus sanctae Dei

c) veredas *Ch.* d) Ipse vero qui pro *Ch.* e) recuset *Ch.*

1) *Cfr. supra pag.* 169, *not.* 4. 2) *Cap.* 1. 3) *Cfr. infra Cap.* 816. 10. *Febr.*

ecclesiae et nostris et verius credatur et diligentius conservetur, manu propria subscripsimus et anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum Domni Hludowici serenissimi Imperatoris.

Durandus diaconus ad vicem Helisachar recognovit.

5 Datum Kalendas Ianuarias, anno Christo propitio primo imperii Domni Hludowici piissimi Augusti, Indictione VIII. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

---

133. CONSTITUTIO HLUDOWICI DE HISPANIS SECUNDA.

10 **816. Febr. 10.**

A Chesnio (scriptt. Franc. II, 321) itemque a Baluzio edita est ex archiepiscopi Narbonensis archivo, quas editiones ut alii multi nos quoque secuti sumus. Secundum Baluzium constitutioni in codice inscriptum fuisse videtur: Hoc est praeceptum quod fecit Ludovicus imperator Hispanis qui ad se perfugerant. *(P. I, 569; P. deest.)*

15 In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Hludowicus, divina ordinante providentia, Imperator Augustus.

Notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris, tam praesentibus quam et futuris, seu etiam successoribus nostris, quia, postquam Hispani, qui de potestate Sarracenorum se subtraxerunt et ad nostram seu genitoris nostri[1] fidem se con-20 tulerunt, et praeceptum auctoritatis nostrae, qualiter in regno nostro cum suis comitibus conversari et nostrum servitium peragere deberent, scribere et eis dare iussimus[2], querimoniam aliqui ex ipsis Hispanis nostris auribus detulerunt duo capitula continentem. Quorum unum est, quod, quando iidem Hispani in nostrum regnum venerunt et locum desertum, quem ad habitandum occupaverunt, per praeceptum domni et genitoris nostri 25 ac nostrum sibi ac successoribus suis ad possidendum adepti sunt, hi qui inter eos maiores et potentiores erant ad palatium venientes, ipsi praecepta regalia susceperunt: quibus susceptis eos qui inter illos minores et infirmiores erant, loca tamen sua bene excoluisse videbantur, per illorum praeceptorum auctoritatem aut penitus ab eisdem locis depellere aut sibi ad servitium subiicere conati sunt. Alterum est, quod simili 30 modo de Hispania venientes[3], et ad comites sive vassos nostros vel etiam ad vassos comitum se commendaverunt et ad habitandum atque excolendum deserta loca acceperunt: quae, ubi ab eis exculta sunt, ex quibuslibet occasionibus eos inde expellere et ad opus proprium retinere aut aliis propter praemium dare voluerunt. Quorum neutrum iustum aut rationabile nobis esse videtur. Et ideo per hanc nostrae praecep-35 tionis auctoritatem decernimus atque iubemus, ut hi, qui vel nostrum vel domni et genitoris nostri praeceptum accipere meruerunt, hoc quod ipsi cum suis hominibus de deserto excoluerunt per nostram concessionem habeant. Caeteri vero qui simul cum

1) *Cfr. supra Cap. 76.* 2) *Cfr. constit. de Hispanis 815.* 3) 'Qui postea venerunt,' *ut infra dicitur.*

eis venerunt et loca deserta occupaverunt, quicquid de inculto excoluerunt, absque ullius inquietudine possideant, tam ipsi quam illorum posteritas; ita duntaxat, ut servitium nostrum cum illo qui ipsum praeceptum accepit pro modo possessionis quam tenet facere debeat. Hi vero qui postea venerunt et se aut comitibus aut vassis nostris aut paribus suis se commendaverunt et ab eis terras ad habitandum acceperunt, 5 sub quali convenientia atque conditione acceperunt, tali eas in futurum et ipsi possideant et suae posteritati derelinquant. Hoc nostrae auctoritatis decretum non solum erga praeteritos et praesentes, verum etiam erga futuros, qui adhuc ex illis partibus ad nostram fidem venturi sunt, conservandum statuimus.

De hac constitutione nostra septem praecepta uno tenore conscribere iussimus: 10 quorum unum in Narbona, alterum in Carcassona, tertium in Rosciliona, quartum in Empuriis, quintum in Barchinona, sextum in Gerunda, septimum in Biterris haberi praecepimus, et exemplar eorum in archivo palatii nostri; ut praedicti Hispani ab illis septem exemplaria accipere et habere possint, et per exemplar quod in palatio retinemus, si rursum querela nobis delata fuerit, facilius possit definiri. 15

Et ut haec nostrae auctoritatis constitutio firmiorem obtineat vigorem et a fidelibus sanctae Dei ecclesiae plenius per tempora conservetur, manu propria subterfirmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum Domni Hludowici serenissimi Imperatoris.

Arnaldus ad vicem Helisachar recognovit. 20

Data IV. Idus Februarii, anno Christo propitio tertio imperii domni Hludowici piissimi Augusti, indictione IX. Actum Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

134–141. HLUDOWICI CAPITULARIA INTRA ANNOS 816 ET 819 DATA. 25

Hludowicus Pius postquam patri successit iam primis imperii sui annis ius suum cuique in universo imperio tribui testibus annalibus et scriptoribus admodum studuit. (Einh. ann. ad a. 814: ad iustitias faciendas et oppressiones popularium relevandas legatos in omnes regni sui partes dimisit; *Chronic. Moissiac. ad a.* 815: mandavit etiam missis et comitibus suis, ut iustitias facerent in regno suo, et si aliqui homines iniuste privati 30 fuissent de hereditate parentum per cupiditatem comitum aut divitum, ut reddere facerent; necnon et si aliqui homines iniuste in servitute redacti erant, ut iterum acciperent libertatem. *Item Thegani vita Hludowici c.* 13 *et praeceptum de libertatibus restitutis inter formulas servatum, apud Rozière formules II*, 544, *vel in editione Zeumeri pag.* 296.) *Magis etiam imperator inde ab anno* 816 *legibus emendandis operam* 35 *dedit et tam iuri ecclesiastico quam publico et privato reformando studuit, qua de re secundum illius aetatis scriptores et annorum notas quae in ipsis capitulis vel canonibus occurrunt ita mihi iudicandum videtur.*

Primo libri duo confecti sunt, qui continent 'institutionis formulam de vita canonicorum et sanctimonialium'. *Haec institutionis forma in concilio con-* 40 *stituta est a Hludowico imperatore in palatium Aquisgranense convocato, ut in ipsius exordio legitur* 'anno Domini DCCCXVI. indictione X. anno imperatoris tertio', *post primum igitur diem mensis Septembris anni* 816, *si nota illa omnino recta est; sed*

fortasse indictionis numerus mendosus est et 'indictione IX'. *legendum. Tradunt enim annales Laurissenses minores, qui bonae fidei sunt, ad annum* 816 *(Mon. Germ. Scr. I,* 122): 'Anno tertio Hludovichi factum est concilium magnum in Aquisgrani in mense Augusto, et praeceptum est, ut monachi omnes cursum sancti Benedicti cantarent 5 ordine regulari, et duo codices scripti sunt, unus de vita clericorum et alter de vita nonnarum'. *Hae institutionis canonicorum et sanctimonialium formulae monente quidem imperatore conceptae et ab ipso etiam postea confirmatae sunt (infra Cap.* 138, *c.* 3), *tamen nostrae capitularium editioni non inserendae sed conciliorum editioni relinquendae videbantur. Editae ipsae sunt in Mansii conciliorum collectione tomo XIV,* 10 *pag.* 147—277.

Ipsae formulae, cum nimis copiosae essent, patribus concilio finito scriptae tradi non potuerunt. Quamobrem earum exemplaria in imperatoris palatio confecta et omnibus archiepiscopis in imperio constitutis per missos, imperatoris epistolis instructos, transmissa sunt. Tales ad archiepiscopos epistolae, tam ad eos qui concilio 15 *affuerant quam ad illos qui ipsi defuerant, complures in codicibus servatae sunt, quae, cum in Pertzii etiam editione legantur, additamentis ad capitularia infra (num.* 169) *inserui. Datae sunt ipsae epistolae post concilium ante Kalendas Septembres* 817: *nam inde a Kalendis Septembribus anni post concilium insequentis a missis, ut epistolae docent, inquirendum erat, an novae institutionis formulae in ecclesiae provinciis ob-* 20 *servarentur.*

Eodem anno 816 *legi emendandae iam operam navare imperatorem videmus; ipsius* 'tertio anno', *ut in inscriptione legitur, capitula quaedam infra num.* 135 *edita legi addita sunt, quae aliter concepta et aucta in alio etiam capitulari (num.* 134) *coaevo fere et Compendii edito leguntur. His capitulis non multo post capitulis* 818. 819 25 *legibus additis subrogatum est.*

Ad annum deinde 817 *Einhardi annales narrant haec:* 'generalem populi sui conventum Aquisgrani more solito habuit, in quo filium suum primogenitum Hlotharium coronavit et nominis atque imperii sui socium sibi constituit, caeteros reges appellatos unum Aquitaniae, alterum Baioariae praefecit'. *Ordinationem imperii, in qua* 30 *haec quae ab annalista indicantur edicta sunt, unus codex nobis servavit; eamque infra C.* 136 *edimus. In ipsius prooemio de conventu generali ita verba fiunt:* 'Cum nos in Dei nomine anno incarnationis Domini octingentesimo septimo decimo, indictione decima annoque imperii nostri quarto, mense Iulio Aquisgrani palatio more solito sacrum conventum et generalitatem populi nostri propter ecclesiasticas vel totius imperii nostri 35 utilitates pertractandas congregassemus et in his studeremus'.

In hoc conventu abbates etiam et monachi congregati erant, qui praeside Benedicto Anianensi et Indensi abbate de causis monasticis et Benedicti regula observanda et supplenda deliberabant, qua de re Ardo Smaragdus in vita Benedicti capite 50 *(Mabillon, AA. SS. ord. Bened. IV,* 1) *ita refert:* 'de quibus capitularem iustitutum im- 40 peratori confirmandum (Benedictus) praebuit, ut omnibus in regno suo positis monasteriis observare praeciperet . . . Cui protinus imperator assensum praebuit inspectoresque per singula posuit ministeria qui, utrum ea quae iussa fuerant sic observarentur, inspicerent'. *Hoc monasticum capitulare in plurimis codicibus, regulae S. Benedicti plerumque subnexum, traditur, et in eius prooemio haec de origine dicuntur:* 'anno incarnationis 45 domini nostri Iesu Christi DCCCXVII. imperii vero gloriosissimi principis Hludowici quarto, VI. Idus Iulias, cum in domo Aquisgrani palatii, quae ad Lateranis dicitur abbates complures una cum suis resedissent monachis, haec quae subsequuntur capitula communi consilio ac pari voluntate inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt'. *Capitulare postea quidem ab imperatore confirmatum est, ut vita Benedicti et fortasse* 50 *etiam capitularis ecclesiastici infra (Cap.* 138) *editi caput quintum probat, ab abbatibus tamen et monachis constitutum est, quamobrem inter additamenta idem delegavi, sicuti*

etiam inter ipsa posui notitiam constitutionis *item anno* 817 *de* monasteriorum servitiis *editae (infra C.* 170. 171.)

Eodem anno 817 *fortasse initium factum est deliberationis capitulorum quae* 'legibus addenda' *et* 'per se scribenda' (*Cap.* 139. 140) *in codicibus et similiter etiam ab ipso Hludowico dicuntur, et paullo post hoc utrumque capitulare postremo* 'capitula ad missorum legationem pertinentia' *(Cap.* 141) *orta sunt, in quibus (cfr. c.* 5. 11. 12) *tamquam* 'nuper constituta,' 'modo constituta' *capitula legibus addenda et per se scribenda allegantur. Sed haec tria capitularia quo anno edita sint, neque in eorum inscriptionibus neque in ipso contextu notatur, nisi quod in uno codice capitulis legibus addendis prooemium infra editum praefigitur, in quo falsa cum veris miscente ipsa capitula* 'anno imperii Hludowici quinto', *hoc est intra diem* 28. *mensis Ianuarii* 818 *et eundem diem anni* 819, *data dicuntur. Quare capitularia tria anno* 817 *promulgata esse, ut Pertzio visum est, minime constat, et multo magis verisimile, ne dicam omnino certum est, ipsa post annum demum* 817 *esse finita et sancita. Exstat enim Hludowici* prooemium generale *ad omnia illius temporis capitularia pertinens (Cap.* 137), *in quo* 'quinto *(non* quarto, *ut antehac falso legebatur)* anno imperii nostri' *ea quae a proceribus deliberata erant, se* 'in unum congessisse et capitulis adnotasse' *Hludowicus dicit, hoc est anno* 818 – 819; *ac sane huius prooemii verba melius ad annum* 818, *quo Bernhardi nepotis coniuratio iam devicta atque suppressa, coniuratores poenis affecti erant* ('quia Dominus de tirannica pravitate triumphare concessit et pacem undique donavit'), *quam ad annum* 817 *referenda videntur. Huic prooemio omnino aequale denique est* capitulare ecclesiasticum, *(C.* 138), *quo capitularia mundana, legibus scilicet addenda et per se scribenda, capitulis ecclesiasticis cum episcopis deliberatis supplentur et pluribus vicibus (cfr. cap.* 14. 15.) *tamquam* 'subter adnotata capitula' *allegantur. In uno autem codice huius ecclesiastici capitularis inscriptio exstat qua idem* 'anno DCCCXVIII.' *sancitum dicitur.*

Opus igitur anno 817 *in conventu mense Iulio habito coeptum postea demum, anno scilicet* 818 *vel initio anni* 819, *completum et sancitum esse videtur, quod, ut opinor, egregie confirmatur Einhardi annalibus, in quibus ad initium anni* 819 *notantur haec:* 'Conventus Aquisgrani post natalem Domini (*scilicet anni* 818) habitus, in quo multa de statu ecclesiarum et monasteriorum tractata atque ordinata sunt, legibus etiam capitula quaedam pernecessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt'. *His verbis ad capitularia nostra, quae maximi vere erant momenti et ante omnia alia Hludowici aetate orta excellebant, monastica scilicet, ecclesiastica, legibus addenda spectari, nullatenus dubitandum esse censeo. Hic conventus anno* 819 *mense Ianuario habitus frequens haud dubie non fuit, cui rei bene congruit quod in prooemio generali Hludowicus dicit, se capitula congeri et adnotari fecisse* 'accersitis nonnullis episcopis, abbatibus, canonicis et monachis et fidelibus optimatibus nostris'.

134. CAPITULA LEGI ADDITA.

816. Novembr. 1.

Leguntur in codicibus 1) *Epored.* 34. *fol.* 32v. 2) *Epored.* 33. *fol.* 147. 3) *Chis. F. IV.* 75. *fol.* 74v. 4) *Cavensi* 22 *fol.* 233 *(typis data in Cod. diplom. Cavens. IV*b. *p.* 28.) 5 5) *S. Pauli in Karinth. fol.* 165. 6) *Ashburnh. olim Barrois* 214. *fol.* 48v. 7) *Lugdun. Batavor. olim Voss. Q.* 119. *fol.* 140v. *Capita* 1. 2. *recepta sunt etiam in cod.* 8) *Monacensi* 3853. *fol.* 182, *caput* 2 *in cod.* 9) *Paris.* 4632. *fol.* 37.

Prooemium exstat in codicibus tantum 1—4, *codices* 6. 7. *aliam inscriptionem offerunt in notis infra exhibitam; codices* 5. 8 *inscriptione carent, sed in cod.* 8 *ante* 10 *caput* 1 *linea una a librario ad inscriptionem supplendam vacua relicta est, et in codice* 5 *in capite nostro primo fuisse capitularis initium eo probatur, quod secundo nostro capiti in ipso codice inscriptio* 'cap. II' *praefixa est. In codicibus* 1—4 *desunt capita* 4. 5, *quae in solis codicibus* 5—7 *inveniuntur; attamen ipsa huius capitularis videntur partes et eam tantum ob causam in codicibus* 1—4 *omissa, quia in capitulari legibus addito* 15 *quod anno* 817 *fortasse coeptum, anno demum* 819 *promulgatum est ipsa capita* 4. 5 *paullisper mutata et aucta repetuntur, capitibus scilicet* 12 *et* 11. *An eandem fortasse ob causam in codice quoque* 4 *capitulum primum nostrum omissum sit, quod, mutatum sane, in eodem legibus addito capitulari capite decimo recurrit, dubito: nam codicis illius Cavensis scriptor hoc decimum quoque capitulum praetermisit.*

20 *Capitulare hoc Hludowici ante capitularia magna anno* 819 *finita esse editum, minime dubium; nam capite nostro primo iudicio crucis probari debere statuitur, quod iudicium capitulari ecclesiastico anno* 819 *promulgato capite* 27 *ne ulterius fiat vetatur. Quamobrem caput nostrum primum posteriori capitulo ita mutatum est (Capit. legib. add.* 818. 819, *c.* 10*), ut crucis iudicii haud amplius mentio fiat. Sed persuasum etiam* 25 *habeo, capitulare nostrum anno* 816 *mense Novembri Compendii ortum esse. Nam quod in capitulari quodam missorum apud Ansegisum servato et infra sub numero* 148 *edito capite sexto legitur:* 'De his qui se dicunt propter incestum res proprias amisisse constitutum est, ut si ante proximum quinquennium, quando placitum nostrum habuimus in Compendio, easdem res amiserunt, non eis restituantur' *ad nostri capitularis caput quintum* 30 *optime referendum est, quo de proprietatibus propter crimina commissa confiscandis statuitur. Anni autem* 816 *mense Novembri secundum chronicon Moissiacense, quocum consentiunt Einhardi annales, Hludowicus Compendii versatus est* 'et ibi habuit consilium cum episcopis, abbatibus et comitibus suis'. *Eadem capitularis origo fortasse eo etiam confirmatur, quod Hludowicus in prooemio* 'divino nutu coronatus' *dicitur, cum* 35 *mense Octobri anno* 816 *imperator a Stephano papa Remis coronatus fuerit. Dubito an capitula nostra legi tantum Salicae addita sint, quod e capitibus* 3. 4 *fortasse coniici, non autem pro certo dici potest.*

Capita 1. 4. 5 *paullulum mutata et ampliata inter capitula legibus addita postea fuisse recepta iam supra monui; codices* 5. 6 *huius mutati capitularis lectiones saepius* 40 *secuti sunt.* (*B. deest; P. I,* 84, *c.* 9—13.)

In[a] nomine domini nostri Iesu Christi. Hludowicus[b] divino[c] nutu[c] coronatus, Romanum[d] regens imperium[d], serenissimus augustus omnibus episcopis, abbatibus,

a) *Prooemium, conceptum secundum prologum ad Karoli capitulare italicum anni* 801, *exstat in codicibus* 1—4, *abest a reliquis. In cod.* 6. 7. *inscribitur capitulis:* Incipit capitula Hluduwici (domni Ludovici 7) 35 imperatoris. b) imperator *add.* 4. c) *ita* 1. 2; divino a deo 3; a deo 4. d) Rom. r. imp. *om.* 3. 4.

ducibus, comitibus seu cunctis fidelibus nostris. Capitula quae nobis addere placuit haec sunt.[e]

1.[f] Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum[g] producti fuerint, quos[h] ille falsos[h] esse suspicatur, liceat ei contra[i] eos[i] alios testes, quos meliores putaverit[k], opponere, ut meliorum[l] testimonio peiorum[m] testium perversitas devincatur[n]. Quod si ambae partes testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum scutis et fustibus in campo decertent, utra pars falsitatem, utra veritatem[o] sequatur. Et[p] camphioni qui convictus[q] fuerit propter periurium quod ante pugnam commisit dextera manus amputetur; caeteri vero eiusdem partis testes, qui falsi apparuerunt[r], manus suas redimant[s]. Et in seculari quidem causa huiuscemodi testium diversitas campo comprobetur; in ecclesiasticis autem negotiis crucis iudicio rei veritas inquiratur. Hoc et de timidis adque inbecillibus sive infirmis qui pugnare non valent, ut[t] nullatenus[t] propter hoc iustitias suas careant, censuimus faciendi. Testes vero de qualibet re[u] non aliunde nisi de ipso comitatu in quo res unde causa agitur posita est, congregentur[v], quia non est credibile, ut de[w] statu hominis[x] vel de possessione eius[y] per alios melius cognosci rei veritas possit[z] quam per illos qui vicini[a] sunt.

2. Si quis in aliena patria[b], ubi vel propter beneficium vel propter aliam quamlibet occasionem[c] conversari solet, de qualibet causa fuerit interpellatus[d], ibi secundum suam legem iustitiam faciat, et cum talibus quales in ea regione vel provincia secum habere potuerit coniuratoribus[e] legitimum sacramentum iuret. Excepto si quis eum de statu suo, id est de libertate sua vel de hereditate quam ei pater suus moriens dereliquit, appellaverit: de his duobus liceat[f] illi sacramentum in patria, id est in legitimo sacramenti loco, iurandum offerre[f]; et is qui cum eo litigat, si velit, sequatur illum in patriam suam ad recipiendum illud sacramentum. Ipse tamen primo in eodem loco[g] satisfaciat tam comiti et iudicibus quam adversario suo testibus producendo[h], quod rem quam[i] ab eo quaerit[i] pater suus ei dereliquid.

3. Ut omnis solutio adque conpositio, que lege[k] Salica continetur, in[l] Francia[l] per duodecim denariorum solidos conponatur, excepto ubi contentio inter[m] Saxones et Frisiones exorta fuit: ibi volumus ut quadraginta denariorum quantitatem solidus habeat, quem vel Saxo vel Frisio ad partem Salici Franci cum eo litigantis solvere debet.

4. Ut de stato suo, id est de libertate vel hereditate, conpellandus iuxta legis constitutionem[1] manniatur. De ceteris vero causis unde quis rationem est redditurus, si post secundam comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eius in bannum missis venire et iustitiam facere conpellatur.

5. Cuiuscumque hominis proprietas ob crimen aliquod ab eo commissum in bannum fuerit missa[n], et ille re cognita ne iustitiam faciat venire distulerit annumque ac diem in eo banno[o] esse permiserit, ulterius eam non adquirat, sed ipsa fisco regis societur.

e) de causis oportunis *add.* 1. 2. f) de qualibet causa *rubrica in cod.* 4. g) per iudicium *add.* 3. 5. 6. h) si ille falsos eos 5. 6. i) contra eos *transponunt ante* opponere 5. 6. k) potuerit 5. l) veracium 5. 6. m) falsorum 5. 6. n) superetur 5. 6. o) suo testimonio *add.* 5. 6. p) si *add.* 1. q) victus 5. 6. r) putaverunt 1. s) cuius compositionis duae partes ei contra quem testati sunt dentur, tertia pro fredo solvatur (tertia comitis est 6) 5. 6. t) ne 5. 6. u) causa 5. 6. v) *ita* 1. 2; recipiatur 3; querantur 5. 6, *sed in* 3. 5. 6 *post* aliunde. w) vel de 5. 6. x) unde homines sunt 1. y) *sic* 1. 2; *deest* 4; cuiuslibet 5. 6. z) valeat 5. 6. a) viciniores 5. 6. b) terra vel patria 6. c) assidue *add.* 5—9. d) verbi gratia de conquisito suo vel de mancipiis suis *add.* 5—9. e) coniur. *post* talibus *collocant* 5—9. f) liceat his sagramentum suum in patria sua in legitimo suo a mallo iurare *cod.* 7, *uti Merkel refert in Archiv.* XI. 553. g) id est ubi interpellatus est *add.* 5—9. h) probando 5—9. i) quae ab eo quaeritur *vel* requiritur 5—9. k) in lege 5. 6. l) inter Francos 5. 6; *desunt* 4; m) contra 5. 6; *recte, quod ad sensum pertinet.* n) commissa 5. o) bannum illum 5.

1) *Lex. Sal.* 1; *lex. Rib.* 32.

Debitum vero, quod is cuius ea fuit solvere debuit, per comitem ac ministros eius iuxta estimationem[p] damni de rebus mobilibus que in eadem proprietate invente fuerint his quibus idem debitor fuit exsolvatur. Quod si rerum mobilium ibidem inventarum quantitas ad compositionem non sufficerit, de inmobilibus suppleatur, et quod super-5 fuerit, sicut dictum est, fiscus regis possedeat; si nihil super compositionem remanere potuerit, totum in illam expendatur. Si autem homo ille nondum cum suis coheredibus proprium suum divisum habuit, convocet eos comes et cum eis legitimam divisionem faciat et tunc, sicut iam dictum est, partem eius fisco regis addicat[q], et compositionem de ea iuxta modum superius conprehensum hiis ad quos illa legibus pertinet exsolvat.

10 p) examinationem 5. q) addiciat 5.

---

135. ITEM CAPITULA LEGI ADDITA.
816.

Exstant in codicibus 1) *Guelferbytano inter Gudianos* 299. 2) *Epor.* 34. *fol.* 33[v]. 3) *Epor.* 33. *fol.* 148. 4) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 75. 5) *Cavensi* 22. *fol.* 233[v]; *(cod. dipl.* 15 *Cavens. IV*[b]. *pag.* 29) *a codice* 5 *abest caput* 3.

In codice 1 *capita inscribuntur verbis:* 'Incipiunt capitula que domnus Hludowicus imperator anno tertio addere iussit'. *In codicibus* 2. 3. 4. 5. *subnectuntur capitula capitulis Hludowici antecedentibus, numeris continuis numerata; sed in codd.* 2. 3. *praefigitur rubrica*: 'Item superscripta', *quae in codicibus quoque* 4. 5. *cognosci potest, cum* 20 *capitulo in ipsis antecedenti verba perperam addita sint*: 'ita sicut supra scriptum est'. *Haec verba haud dubie produnt, capita haec prae se tulisse inscriptionem a librario omissam similem illi, quam praefixam legerat capitulari antecedenti et in breviorem formam:* 'item superscripta' *redegerat.*

Capita nostra, anno 816 *secundum inscriptionem orta et ad legem tantum Salicam* 25 *secundum capita* 2. 3. *pertinentia, simillima sunt capitibus* 1. 3. 4. *in capitulari quod proxime antecedit. Fortasse hoc secundum capitulare formam continet in prima deliberatione compositam, ut primum contra capitulare constitutionem in secunda deliberatione tam aliter redactam quam ampliatam et promulgatam praebere videatur.*

(B. deest; P. I, 195.*)*

30 Si duo testimonia de qualibet re testimoniaverint et inter se discordant, tunc comes eligat unum ex una parte et alium ex alia parte, ut illi duo decertent cum scutis et fustibus. Nam si flebiliores fuerint ipsi testes, tunc ad crucem examinentur; nam[a] si maioris etatis sunt et[b] non possunt[b] ad crucem stare, tunc mittant aut filios[c] aut parentes aut qualescumque homines possunt, qui pro eis hoc tendunt[d]. Et ille qui 35 de ipsa falsitate convictus fuerit dextram manum perdat.

2. De omnibus debitis solvendis, sicut antiquitus[1] fuit constitutum, per duodecim

a) quod 4. 5. b) qui non possint 2. 3. c) suos *add.* 3. 4. d) attendant 2; contendant 4. 5.

1) *Capit. Karlom. Liftin.* 743 *c.* 2; *Pippini capit.* 754—755, *c.* 5; *Concil. Remense* 813, *c.* 41: '*ut dominus imperator secundum statutum bonae memoriae domni Pippini misericordiam faciat, ne solidi qui in* 40 *lege habentur per* 40 *denarios discurrant, quoniam propter eos multa periuria multaque falsa testimonia reperiuntur.*'

denarios solidus solvatur per totam Salicam legem, excepto leudes, si Saxo aut Frisio Salicum[e] occiderit, per XL dinarios solidi[f] solvantur. Infra[f] Salicos vero ex utraque parte de omnibus debitis sicut diximus XII dinarii per solidum solvantur, sive de homicidiis sive de omnibus rebus.

3. De mannire[g] vero, nisi de ingenuitate aut de hereditate, non sit opus observandum[2]. De ceteris vero inquisitionibus per districtionem comitis ad mallum veniant et iuste examinentur ad iustitias faciendum. Comites vero non semper pauperes per placita opprimere[h] debent.

e) aliquem 4. 5. f) *Reliqua om.* 5. g) mannitionibus 1; manninis 2. h) premere 1.

2) *Lex. Sal. tit.* 1.

---

136. ORDINATIO IMPERII.

817. mense Iulio.

Legitur in unico codice Paris. 2718. *fol.* 76 *inscripta verbis:* 'Divisio imperii domni Hludowici inter dilectos filios suos inter Hlotharium et videlicet et Pippinum et Hludowicum anno quarto imperii sui'.

Capitulare divisionem a. 806 *a Karolo factam pluribus respicit et interdum verba ipsius repetit;* 'divisio' *autem minus recte a codicis nostri scriptore aliisque saeculi noni auctoribus appellatur, cum ipse imperator in praefatione dicat:* 'nequaquam nobis visum fuit, ut unitas imperii divisione humana scinderetur'. *De hoc documento referunt Einhardi annales dicti ad annum* 821: 'conventus mense Maio Noviomagi habendus condictus est. Eo domnus imperator navigavit ibique constitutam annis superioribus atque conscriptam inter filios suos regni partitionem recensuit ac iuramentis optimatum qui tunc adesse potuerant confirmavit... Medio mense Octobrio conventus generalis ad Theodonis villam magna populi Francorum frequentia celebratur.. et sacramento quod apud Noviomagum pars optimatum iuraverat generaliter consummato ipse (Hludowicus) Aquasgrani revertitur'. — *Caeterum de huius capitularis a Cointio (Ann. eccl. Franc. VII,* 470*) immerito pro commentitio rejecti origine vide supra in praefatione nostra pag.* 265.

(B. I, 573; *P. I,* 198.*)*

In nomine domini Dei et salvatoris [nostri[a] Iesu Christi Hludowicus, divina ordinante providentia imperator augustus.]

Cum nos in Dei nomine anno incarnationis Domini octingentesimo septimo decimo, indictione decima annoque imperii nostri quarto, mense Iulio, Aquisgrani palatio nostro more solito sacrum conventum et generalitatem populi nostri propter ecclesiasticas vel totius imperii nostri utilitates pertractandas congregassemus et in his studeremus, subito divina inspiratione actum est, ut nos fideles nostri ammonerent, quatenus manente nostra incolomitate et pace undique a Deo concessa de statu totius regni et de filiorum nostrorum causa more parentum nostrorum tractaremus. Sed quamvis haec admonitio devote ac fideliter fieret, nequaquam nobis nec his qui sanum sapiunt visum fuit, ut amore filiorum aut gratia unitas imperii a Deo nobis conservati divisione humana scinderetur, ne forte hac occasione scandalum in sancta ecclesia oriretur et offensam illius

a) *Loco verborum uncis inclusorum leguntur in codice* et caet.*; inscriptionem e constitutione proxime post edito supplevi.*

in cuius potestate omnium iura regnorum consistunt incurreremus. Idcirco necessarium duximus, ut ieiuniis et orationibus et elemosinarum largitionibus apud illum obtineremus quod nostra infirmitas non praesumebat. Quibus rite per triduum celebratis, nutu omnipotentis Dei, ut credimus, actum est, ut et nostra et totius populi nostri in dilecti 5 primogeniti nostri Hlutharii electione vota concurrerent. Itaque taliter divina dispensatione manifestatum placuit et nobis et omni populo nostro, more solemni imperiali diademate coronatum nobis et consortem et successorem imperii, si Dominus ita voluerit, communi voto constitui. Ceteros vero fratres eius, Pippinum videlicet et Hludowicum aequivocum nostrum, communi consilio placuit regiis insigniri nominibus, et loca in- 10 ferius denominata constituere, in quibus post decessum nostrum sub seniore fratre regali potestate potiantur iuxta inferius adnotata capitula, quibus, quam inter eos constituimus, conditio continetur. Quae capitula propter utilitatem imperii et perpetuam inter eos pacem conservandam et totius ecclesiae tutamen cum omnibus fidelibus nostris considerare placuit et considerata conscribere et conscripta propriis manibus firmare, 15 ut, Deo opem ferente, sicut ab omnibus communi voto actum est, ita communi devotione a cunctis inviolabiliter conserventur ad illorum et totius populi christiani perpetuam pacem; salva in omnibus nostra imperiali potestate super filios[1] et populum nostrum, cum omni subiectione quae patri a filiis et imperatori ac regi a suis populis exhibetur.

20 Cap. 1. Volumus ut Pippinus habeat Aquitaniam[b] et Wasconiam et markam Tolosanam totam et insuper comitatos quatuor, id est in Septimania Carcassensem et in Burgundia Augustudunensem et[c] Avalensem et Nivernensem.

2. Item Hludowicus volumus ut habeat Baioariam et Carentanos et Beheimos et Avaros atque Sclavos qui ab orientali parte Baioariae sunt, et insuper duas villas 25 dominicales ad suum servitium in pago Nortgaoe Luttraof[2] et Ingoldesstat.

3. Volumus ut hi duo fratres qui regis nomine censentur in cunctis honoribus intra suam potestatem distribuendis propria potestate potiantur, tantum ut in episcopatibus et abbatiis ecclesiasticus ordo teneatur et in ceteris honoribus dandis honestas et utilitas servetur.

30 4. Item volumus ut semel in anno tempore oportuno vel simul vel singillatim, iuxta quod rerum conditio permiserit, visitandi et videndi et de his quae necessaria sunt et quae ad communem utilitatem vel ad perpetuam pacem pertinent mutuo fraterno amore tractandi gratia ad seniorem fratrem cum donis suis veniant. Et si forte aliquis illorum qualibet inevitabili necessitate impeditus venire tempore solito et oportuno ne- 35 quiverit, hoc seniori fratri legatos et dona mittendo significet; ita dumtaxat, ut, cum primum possibilitas congruo tempore adfuerit, venire qualibet cabillatione non dissimulet.

5. Volumus atque monemus, ut senior frater, quando ad eum aut unus aut ambo fratres sui cum donis, sicut praedictum est, venerint, sicut ei maior potestas Deo an- 40 nuente fuerit adtributa, ita et ipse illos pio fraternoque amore largiori dono remuneret.

6. Volumus atque iubemus, ut senior frater iunioribus fratribus suis, quando contra exteras nationes auxilium sibi ferre rationabiliter expetiverint, iuxta quod ratio dictaverit et temporis oportunitas permiserit, vel per se ipsum vel per fideles missos et exercitus suos oportunum eis auxilium ferat.

45 b) Aequitaniam *prima manu.* c) et *postea deletum est.*

1) *Verba inde a* filios *usque ad prologi finem desumta sunt e divisionis anno* 806 *constitutae capite ultimo.* 2) *Lauterhofen et Ingolstadt, quas villas Tassilo depositus in beneficium acceperat; cfr. divisio* 806, *c.* 2 (*pag.* 127.)

7. Item volumus ut nec pacem nec bellum contra exteras et huic a Deo conservato imperio inimicas nationes absque consilio et consensu senioris fratris ullatenus suscipere praesumant. Impetum vero ostium subito insurgentium vel repentinas incursiones iuxta vires per se repellere studeant.

8. De legatis vero, si ab exteris nationibus vel propter pacem faciendam vel bellum suscipiendum vel civitates aut castella tradenda vel propter alias quaslibet maiores causas directi fuerint, nullatenus sine senioris fratris conscientia ei respondeant vel eos remittant. Si autem ad illum de quacumque parte missi directi fuerint, ad quemlibet illorum primo pervenerint, honorifice eos cum fidelibus missis usque ad eius praesentiam faciat pervenire; de levioribus sane causis iuxta qualitatem legationis per se respondeant. Illud tamen monemus, ut, quomodocumque se res in confinibus eorum habuerint, semper ad senioris fratris notitiam perferre non neglegant, ut ille semper sollicitus et paratus inveniatur ad quaecumque necessitas et utilitas regni postulaverit.

9. Praecipiendum[3] etiam nobis videtur, ut post decessum nostrum uniuscuiusque vasallus tantum in potestate domini sui beneficium propter discordias evitandas habeat, et non in alterius; proprium autem suum et hereditatem, ubicumque fuerit, salva iustitia cum honore et securitate secundum suam legem unusquisque absque iniusta inquietudine possideat. Et[4] licentiam habeat unusquisque liber homo, qui seniorem non habuerit, cuicumque ex his tribus fratribus voluerit se commendandi.

10. Si autem, et quod Deus avertat et quod nos minime obtamus, evenerit, ut aliquis illorum propter cupiditatem rerum terrenarum, quae est radix omnium malorum, aut divisor aut obpressor ecclesiarum vel pauperum extiterit aut tyrannidem, in qua omnis crudelitas consistit, exercuerit, primo secreto secundum Domini praeceptum[5] per fideles legatos semel, bis et ter de sua emendatione commoneatur, ut, si his renisus fuerit, accersitus a fratre coram altero fratre paterno et fraterno amore moneatur et castigetur. Et si hanc salubrem admonitionem penitus spreverit, communi omnium sententia quid de illo agendum sit decernatur; ut, quem salubris ammonitio a nefandis actibus revocare non potuit, imperialis potentia communisque omnium sententia coherceat.

11. Rectores vero ecclesiarum de Francia talem potestatem habeant rerum ad illas pertinentium, sive in Aquitania sive in Italia sive in aliis regionibus ac provintiis huic imperio subiectis, qualem tempore genitoris nostri habuerunt vel nostro habere noscuntur.

12. De tributis vero et censibus vel metallis, quicquid in eorum potestate exigi vel haberi potuerit[d], ipsi habeant, ut ex his in suis necessitatibus consulant et dona seniori fratri deferenda melius praeparare valeant.

13. Volumus etiam ut, si alicui illorum post decessum nostrum tempus nubendi venerit, ut cum consilio et consensu senioris fratris uxorem ducat; illud tamen propter discordias evitandas et occasiones noxias auferendas cavendum decernimus, ut de exteris gentibus nullus illorum uxorem accipere praesumat. Omnium vero homines propter pacem artius conligandam, ubicumque inter partes elegerint, uxores ducant.[6]

14. Si vero aliquis illorum decedens legitimos filios reliquerit, non inter eos potestas ipsa dividatur; sed potius populus pariter conveniens unum ex eis, quem Dominus voluerit, eligat; et hunc senior frater in loco fratris et filii suscipiat et, honore paterno sublimato, hanc constitutionem erga illum modis omnibus conservet[7]. De ceteris vero

d) poterit *corr. c.*

3) *Cfr. divisio* 806, *c.* 9. *(pag.* 128.*)* 4) *Cfr. divisio* 806, *c.* 10. 5) *Evang. Matth.* 18, 15. 6) *Cfr. divisio* 806, *c.* 12. 7) *Cfr. divisio* 806, *c.* 5.

liberis pio amore pertractent, qualiter eos more parentum nostrorum salvent et cum consilio habeant.

15. Si vero absque legitimis liberis aliquis eorum decesserit, potestas illius ad seniorem fratrem revertatur. Et si contigerit illum habere liberos ex concubinis, mone-
5 mus ut erga illos misericorditer agat.

16. Si vero alicui illorum contigerit, nobis decedentibus, ad annos legitimos iuxta Ribuariam legem[8] nondum pervenisse, volumus ut, donec ad praefinitum annorum terminum veniat, quemadmodum modo a nobis sic a seniore fratre et ipse et regnum eius procuretur atque gubernetur. Et cum ad legitimos annos pervenerit, iuxta taxatum
10 modum sua potestate in omnibus potiatur.

17. Regnum vero Italiae eo modo praedicto filio nostro, si Deus voluerit ut successor noster exsistat, per omnia subiectum sit, sicut et patri nostro fuit et nobis Deo volente praesenti tempore subiectum manet.

18. Monemus etiam totius populi nostri devotionem et sincerissimae fidei pene
15 apud omnes gentes famosissimam firmitatem, ut, si is filius noster qui nobis divino nutu successerit, absque legitimis liberis rebus humanis excesserit, propter omnium salutem et ecclesiae tranquillitatem et imperii unitatem in elegendo uno ex liberis nostris, si superstites fratri suo fuerint, eam quam in illius electione fecimus conditionem imitentur[9], quatenus in eo constituendo non humana sed Dei quaeratur volun-
20 tas adimplenda.

8) *Cfr. lex Rib.* 81 (83). 9) *Ieiuniis et orationibus et elemosinarum largitionibus, uti supra in praefatione legitur.*

---

137. HLUDOWICI PROOEMIUM GENERALE AD CAPITULARIA
25 TAM ECCLESIASTICA QUAM MUNDANA.

818. 819.

Exstat notis tironianis scriptum in solo codice Parisiensi 2718. *fol.* 77ᵛ. *Ipsas notas explicavit primo Carpentier (alphab. Tironian. pag.* 3–5*), deinde Ulricus Fr. Kopp (Pal. crit. I, p.* 316—327.*) In usum nostrum denuo codicis notas tironianas perlustravit*
30 *et cum editis contulit Schmitz antecessor Coloniensis, quare pluribus locis emendatum hoc prooemium edere licuit. — Cfr. iam 'Monumenta tachygraphica codicis Parisiensis latini* 2718. *transcripsit adnotavit edidit Guilelmus Schmitz' Hannoverae* 1882.

De anno quo prooemium hoc conceptum sit supra in praefatione pag. 266 *disserui.*
(B. I, 560; *P. I,* 204.*)*

35 In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi Hludowicus, divina ordinante providentia imperator augustus.

Quia iuxta apostolum[1], quamdiu in hoc seculo sumus, peregrinamur a Domino et nihil in praesenti fixum, nihil immobile, sed cuncta veloci pervolant cursu, et scriptura testante quodcunque possumus, instanter operare debemus, quia nulli ad bene operan-
40 dum crastinus dies promittitur, omnesque secundum apostolum[2] ante tribunal Christi

1) 2. *Corinth.* 5, 6. 2) *Paul. ad Roman.* 14, 10.

stabimus, ut unusquisque rationem pro his quae gessit reddat, nobis praecipue - qui ceteris mortalibus conditione aequales existimus et dignitate tantum regiminis supereminemus, qui non solum pro commisso graviore, verum etiam pro reatuum nostrorum factis et dictis, insuper etiam cogitatis in districti examinis die iuxta scripturam sacram[3] quae dicit, 'quoniam interrogabit opera nostra et cogitationes scrutabitur' rationes reddituri sumus — sollicita circumspectione totaque mentis intentione satagendum est, ut, bonis operibus iugiter insistendo, his quibus praeesse videmur modis omnibus, quantum nobis divina suffragante gratia facultas adtributa fuerit, prodesse curemus. Sed quia[4] omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, debemus continuis precibus Dominum humiliter exorare faciemque illius humili confessione et congrua, prout ipse posse dederit, emendatione praevenire, ut, sicut eius est muneris quod regnamus, eius sit pietatis quo id feliciter gerimus: quatenus, eo miserante, et regni gubernaculis aequissimo libramine tenere, et ad eum qui rex regum est et dominus dominorum cum multiplici fructu administrationis nostre, iustitiae scilicet et pietatis atque humilitatis, sine fine cum eo regnaturi mereamur pervenire. Et quoniam per apostolum suum nos adiutores suos appellare dignatus est, et sancta ecclesia, eius videlicet sponsa, in scripturis sanctis ortus[5] est adpellata, cotidianis exercitiis adhibitis sarculo bone operationis est excolenda, ut, sicut semper nociva in ea velut in bono agro emergunt, ita semper laboris bonique studii eradicentur noxia, plantentur utilia. Oportet nos cunctis eius necessitatibus, nisibus quibus possumus, devote consulere; quatenus in eius emendatione, quantum Dominus posse dederit, tota cum mentis devotione elaborantes, in aliqua parte aedificiorum illius a fabricatore eius, domino scilicet Iesu Christo, aptari mereamur.

Proinde notum sit omnibus fidelibus nostris sanctae Dei ecclesie nostrisque Deo dispensante successoribus, quia, cum nos nullis existentibus meritis divina pietas, genitore nostro rebus humanis exempto, ad huius imperii culmen provexisset, et quomodo aut qualiter desiderium divini cultus, quod ab ineunte aetate Christo inspirante mente conceperamus, ad effectum Domino suffragante perduceremus, et quid studii quidve laboris progenitores nostri, praecipue tamen pie recordationis genitor noster, in utilitatibus sanctae Dei ecclesie exhibuerint, adverteremus et pia illorum facta non solum inviolata conservare, sed etiam imitare pro viribus nobis Deo concessis optaremus, scilicet ut, si quid in ecclesiasticis negotiis sive in statu reipublice emendatione dignum perspexissemus, quantum Dominus posse dabat nostro studio emendarentur. Et actenus hinc inde mundanorum turbinum procellis emergentibus diversissimisque occupationibus ingruentibus praepediti, ut optaveramus, efficere nequivissemus, huius rei gratia quinto[a] anno imperii nostri, accersitis nonnullis episcopis, abbatibus, canonicis et monachis et fidelibus optimatibus nostris, studuimus eorum consultu sagacissima investigare inquisitione, qualiter unicuique ordini, canonicorum videlicet, monachorum et laicorum, iuxta quod ratio dictabat et facultas suppetebat, Deo opem ferente consuleremus. Et quoniam, licet saepe de statu ecclesiarum et de iustitiis praeterito tempore ordinassemus et missos per singula loca destinassemus, et invidente diabolo per tirannicam pravitatem praepeditum fuisset, quia Dominus de his sua[b] omnipotentia[b] triumphare concessit et pacem undique donavit, oportebat ut hoc tempus pacis indultae in communem sanctae Dei ecclesie et omnium nostrorum utilitatem inpenderemus, tribus videlicet modis: ut quae bene inchoata erant Deo auxiliante effectum obtinerent, et si qua bona voluntate sed incauta discretione variis praepedientibus causis inchoata fuissent, ut diligenter inspicerentur discreteque, prout facultas suppetebat, corrigerentur; si qua etiam

a) *Carpentier legerat* quarto. b) *Carpentier legerat* oportunissime.

3) *Sapient,* 6, 4. 4) *Ep. Iacob.* 1, 17. 5) *Canticum* 4, 12.

de his quae necessaria erant deesse videremus, ut quaererentur et Deo auxiliante ad effectum perducerentur, quatenus deinceps opus nostrum a nemine iuste posset reprehendi et tam nostris quam futuris temporibus multorum saluti proficeret et Deo opitulante stabile permaneret.

5 Sed qualiter de his divina cooperante gratia consultu fidelium pro viribus et temporis brevitate, licet non quantum debuimus et voluimus sed quantum a Deo posse accepimus, egerimus et quid unicuique ordini communi voto communique consensu consulere studuerimus, ita ut quid canonicis proprie de his, quidve monachis observanda, quid etiam in legibus mundanis addenda, quid quoque in capitulis inserenda 10 forent, adnotaverimus et singulis singula observanda contraderemus, tamen ut sive nostris sive successorum nostrorum temporibus rata forent et inviolabiliter Deo annuente conservarentur, libuit nobis ea quae congesta sunt ob memorie firmitatisque gratiam in unum strictim congerere et subiectis capitulis adnotare et in publico archivo recondere, ut successores Deo dispensante nostri nostra pia facta conservantes ipsi nihilominus 15 bona facta sua successoribus suis servanda perdoceant[c].

c) Finis *supra lineam addit codex, qui huic prooemio continuo subiungit sequentis capitularis inscriptionem.*

---

138. CAPITULARE ECCLESIASTICUM.
818. 819.

20 *Invenitur in codicibus* 1) *Paris.* 2718. *fol.* 78[v], *in quo notis tironianis scriptum continuo sequitur prooemium generale supra editum.* 2) *Paris.* 18238. *fol.* 1. 3) *Paris.* 4280 A. *fol.* 90[v]. 4) *Paris.* 4788. *fol.* 70[v]. 5) *Montispess.* 136. *fol.* 156[v]. 6) *Paris.* 4626. *pag.* 68. 7) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 102. 8) *Goth.* 84. *fol.* 377 *sed ex Ansegisi collectione ut videtur desumtum.* 9) *Epored.* 34. *fol.* 45. 10) *Middle-* 25 *hill* 1737.

In codice Parisiensi 4626. *haec inscriptio capitulari praefigitur:* 'Anno DCCCXVIII. *(Baluzius pag.* 561 *falso:* DCCCXVI) incarnationis Iesu Christi Luduvicus imperator christianissimus hac piissimus ex omnibus *(corr.* omni*)* imperio suo secum *(corr.* fecit*)* conventum episcoporum, abbatum, comitum vel maiorum natu Francorum, ut sancirent 30 capitula pro utilitate ecclesiae. Quod ita factum est'. *Quam inscriptionem prooemio (Cap.* 137*) Hludowici Baluzius praefixit.*

De capitularis origine atque aetate supra pag. 266 *disserui.*

(B. I, 563; *P. I,* 206.*)*

Haec[a] capitula proprie[a] ad episcopos vel ad ordines quosque 35 ecclesiasticos pertinentia, quae non solum hi observare sed etiam sibi subiectis vel commissis facienda perdocere debent.

Quia iuxta sanctorum patrum traditionem[1] novimus 'res ecclesiae vota esse fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum', cuique non solum habita conservare,

a) Haec sunt capitula propriae domno Hludowico imperatore *rell.* 5; proprie *om.* 2.

40 1) *Saepe haec de rebus ecclesiae verba in illius aetatis canonibus occurrunt (cfr. e. gr. Concil. Cabilion. secundum* 813, *c.* 6; *forma institutionis canonicorum in concilio Aquisgranensi* 816 *constituta I,* 116 *et II,* 18); *desumta videntur e Pomerii de vita contemplativa libro II, c.* 9 *(Migne patrol. tom.* 59, *pag.* 451.)

verum etiam multa Deo opitulante conferre optamus. Tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus illius suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus ut neque nostris neque filiorum et Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, ullam[b] penitus divisionem aut iacturam patiatur.

2. Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, adsensum ordini ecclesiastico praebuimus, ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diocesi, remota personarum et munerum acceptione, ob vitae meritum et sapientiae donum eligantur, ut exemplo et verbo sibi subiectis usquequaque prodesse valeant.

3. Quia vero canonica professio a multis 'partim ignorantia partim desidia' dehonestabatur, operae pretium duximus, Deo annuente, apud sacrum conventum ut 'ex dictis sanctorum patrum, velut ex diversis pratis quosdam vernantes flosculos carpendo,' in unam regulam[2] canonicorum et canonicarum congerere et canonicis vel sanctimonialibus servandam contradere, ut per eam canonicus ordo absque ambiguitate possit servari. Et 'quoniam illam sacer conventus ita etiam laudibus extulit', ut usque ad unum iota observandam percenseret, statuimus ut ab omnibus in eadem professione degentibus indubitanter teneatur et modis omnibus sive a canonicis sive a sanctimonialibus canonice degentibus deinceps observetur.

4. Statutum est ut, quicquid tempore imperii nostri a fidelibus ecclesiae sponte conlatum fuerit, in dicioribus locis duas partes in usus pauperum, tertiam in stipendia cedere clericorum aut monachorum, in minoribus vero locis aeque inter clerum et pauperes fore dividendum; nisi forte a datoribus, ubi specialiter dandae sint, constitutum fuerit.

5. Monachorum siquidem causam, qualiter Deo opitulante ex parte disposuerimus et quomodo ex se ipsis sibi eligendi abbates licentiam dederimus et qualiter Deo opitulante quiete vivere propositumque suum indefesse custodire valerent ordinaverimus, in alia scedula diligenter adnotari fecimus; et ut apud successores nostros ratum foret et inviolabiliter conservaretur, confirmavimus.[3]

6. De servorum vero ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promovebantur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere; et statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere praesumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint.[4] Et si quilibet servus dominum suum fugiens, aut latitans aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis aut qualibet calliditate vel fraude, ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur, et dominus eius eum recipiat. Si vero avus vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem provincia filium genuerit, et ipse filius ibidem educatus et ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit et utrum servus sit ignoraverit, et postea veniens dominus illius legibus eum adquisiverit, sancitum est ut, si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat; si vero eum catena servitutis a castris dominicis extrahere voluerit, ut gradum amittat: quia iuxta sacros canones[5] vilis persona manens sacerdotii dignitate fungi non potest. De rebus vero illorum vel peculiare, qui a propriis

b) nullam 7. 8.

2) *Continetur haec regula in forma institutionis canonicorum et sanctimonialium anno* 816 *ab abbatibus concepta et ab imperatore confirmata. Ex huius institutionis prooemio verba nonnulla a me uncis indicata in hoc capite allegantur. Cfr. institutionis forma Mansi XIV*, 147 – 277. 3) *Dubito an haec 'scedula' sit capitulare monasticum infra in additamentis* (170) *editum; sane de abbatibus eligendis nihil canones illi continent, ut fortasse scedula hic dicta deperdita sit.* 4) *Cfr. Admon. gener.* 789, *c.* 23. 57; *supra pag.* 55. 57. 5) *Decret. Leonis c.* 1 *in collectione Dionysio-Hadriana.*

dominis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos iure promoveantur, statutum est, ut in potestate dominorum consistat, utrum illis concedere an sibi vindicare velint; ceterum si post ordinationem aliquid adquisiverint, illud observetur quod in canonibus de consecratis[d] nihil habentibus constitutum est.[6] De ecclesiarum vero servis communi sententia decretum est, ut archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem[7], suffraganei vero illorum exemplar illius penes se habeant; et quandocumque de familia ecclesiae utilis inventus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, et coram sacerdotibus vel coram fidelibus laicis ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur et tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur. Similiter quoque de his agendum est, quos laici de familia ecclesiarum ad sacros ordines promovere voluerint; sed et de his quos praepositi canonicorum aut monachorum ordinandos expetiverint eadem forma servanda est.

7. Statutum est, ut nullus quilibet ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere praesumat, quarum liberi aut propinqui hac inconsulta[e] oblatione possent rerum propriarum exheredari. Quod si aliquis deinceps hoc facere temptaverit, ut[f] et acceptor[f] sinodali vel[g] imperiali[g] sententia districte feriatur et[h] res ad exheredatos redeant.[h]

8. Statutum est etiam, ut nullus in canonica aut regulari professione constitutus aliquem tonsorare propter res adipiscendas deinceps persuadeat: et qui hoc facere temptaverit, sinodali vel imperiali sententia modis omnibus feriatur.

9. Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur; et[i] si[i] laici clericos probabilis vitae et doctrinae episcopis consecrandos suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla[k] qualibet occasione eos reiciant.[k]

10. Sanccitum est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque alio servitio adtribuatur, et presbyteri in eis constituti non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atriis[l] vel hortis iuxta ecclesiam positis neque de praescripto manso aliquod servitium faciant praeter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum servitium impendant.

11. Statutum est, postquam hoc impletum fuerit,[8] ut unaquaeque ecclesia suum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente episcopo permiserit.

12. Sanccitum est de villis novis et ecclesiis in eisdem noviter constructis, ut decimae de ipsis villis ad easdem ecclesias conferantur.

13. De sacris vasis ecclesiae, quae in pignus a nonnullis in quibusdam locis dari comperimus, inhibitum est ne deinceps a quoquam fieri praesumatur, nisi solummodo necessitate redimendorum captivorum compellente.[9]

14. De ecclesiis sane destructis[10] vel de nonis et decimis[11] sive de claustris

d) consecrandis 1; consecrantis 7. 8. e) inutili 1. f) ut et a. *desunt* 8. g) v. i. *om*. 1. 7. h) et res ad e. r. *om*. 8. i) etiamsi 7. k) nulla ... reiciant *om*. 7. l) areis 7.

6) *Cfr. Synod. Carthag. III*, 49: 'Placuit ut episcopi, presbyteri, diaconi vel quicumque clerici qui nihil habentes ordinantur et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quaecumque praedia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti ecclesiae eadem ipsa contulerint.' *Vide etiam supra Cap.* 81, *c.* 11. 7) *Complures tales auctoritates nobis servatae sunt, datae scilicet ad Bernoinum Vesontionensem archiepiscopum, ad Hetti Trevirensem, ad Adalramnum Salisburgensem. Cfr. Mühlbacher, 'Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern' num.* 712. 713. 749. *Unam talem auctoritatem in additamentis dedi infra Cap.* 173. *Manumissionum formulas secundum hoc caput conceptas vide apud Rozière form.* 71—76. 8) *Hoc est mansus ecclesiae attributus fuerit.* 9) *Consentanea haec sunt iuri Romano; cfr. Iuliani epitome novellarum CXI*, 8. 10) *Infra Cap. per se scrib. c.* 5: De restauratione ecclesiarum *rell.* 11) *ibidem.*

canonicorum[12], qualiter constitui et ordinari nobis placuerit, aliis capitulis subter adnotavimus.

15. Sed et de ecclesiarum honore, quomodo Deo adiuvante, quantum in nos est, vigeat, similiter in subter adnotatis capitulis insertum esse dinoscitur.[13]

16. De episcopis vero in Langobardia constitutis, qui ab his quos ordinabant sacramenta et munera contra divinam et canonicam auctoritatem accipere vel exigere soliti erant, modis omnibus inhibitum est ne ulterius fiat; quia iuxta sacros canones[14] uterque a gradu proprio talia facientes decidi debent.

17. Statutum est ab episcopis de presbyteris qui feminas secum indiscrete habitare permittunt et propter hoc malae opinionis suspicione denotantur, ut, si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum[15] canonica invectione feriantur.

18. De presbyteris qui accipiendi chrismatis gratia ad civitates in coena Domini venire soliti erant sancitum est, ut de his qui longe positi sunt de octo vel decem unus ab episcopo eligatur, qui acceptum chrisma sibi et sociis diligenter perferat; hi vero qui non longius a civitate quam quattuor aut quinque milibus habitant more solito ad accipiendum chrisma per se veniant. Discendi vero gratia alio,[m] non[m] quadragesimae, tempore ad civitates convocentur.

19. Ne vero episcopi occasione praedicandi aut confirmandi oneri essent populis, a nobis admoniti polliciti sunt, se deinceps hoc cavere velle et eo tempore suum ministerium, in quantum facultas dabitur, exequi, quo eorum profectio, quantum in illis erat, his quibus prodesse possunt et debent non sit importuna vel onerosa.

20. Ne pueri vero sine voluntate parentum tonsorentur vel puellae velentur, modis omnibus inhibitum est; et qui hoc facere temptaverit, multam quae in capitulis legis mundanae[16] a nobis constitutis continetur persolvere cogatur.

21. De feminis quae viros amittunt placet, ne se sicut hactenus indiscrete velent, sed ut triginta dies post decessum viri sui exspectent et post trigesimum diem per consilium episcopi sui, vel si episcopus absens fuerit consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque parentum atque amicorum id quod eligere debent eligant. Et quia a sacro conventu rogati,[n] ut hi qui publicam gerebant poenitentiam et feminae quae viros amittebant nostra auctoritate, donec deliberent quid agant, tuerentur, specialiter pro his capitula fieri et legis mundanae capitulis inserenda[17] decrevimus.

22. De raptis vero et de raptoribus, quamquam specialiter decrevissemus[18] quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere temptaverint, quid tamen super his sacri canones praecipiant hic[19] inserendum necessarium duximus; quatenus omnibus pateat quantum malum sit, et non solum humana sed etiam divina auctoritate constricti, ut abhinc hoc malum caveatur.

23. De puellis raptis necdum desponsatis ita in concilio Calcidonensi, ubi DCXXX patres adfuerunt, capitulo XXVII.[o] habetur: 'Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi cooperantes et conhibentes[p] raptoribus, decrevit sancta sinodus, siquidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laïci, anathematizentur.' Quibus verbis aperte datur intelligi, qualiter huius mali auctores damnandi sunt, quando participes et conhibentes tanto anathemate feriuntur, et quod iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi iure vindicare nullatenus possunt.

m) non alio quam 7. n) sumus *add.* 8. o) *ita recte* 7; *alii codd. aliter sed falso caput citatum allegant.* p) conniventes *legitur in canone allegato.*

12) *Infra Cap. missorum* 819, *c.* 7; *cfr. ibid. not. k.* 13) *Infra Cap. legib. add. c.* 1. 14) *Conc. Chalced., c.* 2. 15) *Conc. Nicaen., c.* 3. 16) *Infra Capp. legib. add., c.* 21. 17) *ibidem, c.* 5. 4. 18) *ibidem, c.* 9. 19) *c.* 23—25. *Allegantur canones secundum collectionem Dionysio-Hadrianam.*

24. De disponsatis puellis et ab aliis raptis ita in concilio Ancyrano, capitulo decimo, legitur: 'Disponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui et eis reddi quibus ante fuerant disponsatae, etiamsi ei a raptoribus vis inlata constiterit.' Proinde statutum est a sacro conventu, ut raptor publica poenitentia multetur, raptae vero, si sponsus recipere noluerit et ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur; quod si et ipsa consensit, simili sententiae subiaceat. Quod si post haec se iungere praesumpserint, uterque anathematizetur.

25. De his vero qui sacris virginibus se sociant ita in decretis papae Gelasii capitulo vigesimo continetur: '*Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum Deo propositum incesta foedera sacrilegaque miscere; quos protinus aequum est a sacra communione detrudi et, nisi publicam probatamque egerint poenitentiam, omnino non recipi; aut his certe viaticum de seculo transeuntibus, si tamen poenituerint, non negetur.*' Si vero de copulatione sacrarum virginum tam severe feriuntur, quanto severius feriendi sunt qui eas rapiunt! Ideo sicut praemissum est,[20] necesse est ut ab omnibus in christiana religione consistentibus rigore auctoritatis divinae vel humanae hoc malum radicitus amputetur.

26. Ne vero puellae indiscrete velentur, placuit nobis etiam de sacris canonibus, qualiter observandum sit, hic inserere. De tempore velandarum puellarum in Cartaginensi concilio capitulo decimo sexto continetur, ut non ante viginti quinque annos consecrentur. Item in eodem[21] concilio capitulo XCIII. de virginibus velandis ita continetur: 'Item placuit, ut quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiae virginalis, cum vel petitor potens vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus aut his ad quorum curam pertinet velaverit virginem, seu velavit ante viginti quinque annos aetatis, non ei obsit concilium quod de isto annorum numero constitutum est.' Unde colligitur, quia iuxta priorem sanctionem virgines vigesimo quinto aetatis suae anno rite consecrandae sint; quod si praemissae necessitates ante id fieri conpulerint, nullum possit episcopo adferre praeiudicium consecranti.

27. Sanccitum est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem crucis[22] facere praesumat; ne quae Christi passione glorificata est, cuiuslibet temeritate contemptui habeatur.

28. Episcopos vero — ut sive per se sive per vicarios pabulum verbi divini sedulo populis annuntient, (quia, ut ait beatus Gregorius[23], iram contra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine praedicationis sonitu incedit); et ut clerum sibi commissum in sobrietate et castitate nutrirent divinisque officiis imbuerent, qui rite ad sacrosanctos ecclesiasticos ordines promoveri possint, et ut operam dent, quatenus presbyteri missalem et lectionarium sive ceteros libellos sibi necessarios bene correctos habeant; et qualiter ecclesias destructas sibi pertinentes iuxta vires emendent; qualiter etiam viduas diligenter instruant, quomodo etiam secundum apostolicam auctoritatem conversari debeant, edoceant; et ut superstitiones quas quibusdam locis in exequiis mortuorum nonnulli faciunt eradicent; et ut exemplo suae innocentiae alios ad bene vivendum provocent, et cunctis ecclesiasticis negotiis, quantum Dominus iuvaverit, totis viribus consulere satagant — diligenter admonuimus. Et ut id liberius exsequi valeant, nos, in quantum Dominus posse dederit, opem ferre modis omnibus optamus.

29. Nonnulla vero capitula, sicut de incestis nuptiis, necnon et de ecclesiis quae inter coheredes dividuntur et tali occasione proprio honore carent[24], sive de his ecclesiis quae nimium rebus propriis sunt adtenuatae, vel certe de his rebus quae nuper necessitate compellente a nonnullis ecclesiis sunt ablatae, et si qua sunt alia sive in ecclesiasticis sive in publicis rebus emendatione digna, quae pro temporis brevitate

20) *Capite* 22. 21) *Concil. Afric. c.* 93. 22) *Cfr. infra Capp. legib. add., c.* 10 *in notis.* 23) *Lib. I, indict.* 9, *epist.* 24. 24) *Cfr. Capp. Worm.* 829.

efficere nequivimus, in tantum differendum illud[q] dignum[q] iudicavimus, donec, Domino favente, consultu fidelium facultas nobis id efficiendi ab eo tribuatur. Inventa vero ut Deo opitulante effectum obtineant[r] per tempora, hic inserenda censuimus.[s]

q) illud dign. *om.* 1. r) obtineant *rell. om.* 6. s) finiunt capitula canonica *add.* 2.

---

136. CAPITULA LEGIBUS ADDENDA.

818. 819.

Traduntur in codicibus 1) *Paris.* 2718. *fol.* 105. 2) *Paris.* 18238. *fol.* 7v. 3) *Paris.* 4280 *A. fol.* 92v. 4) *Paris.* 4788. *fol.* 83 *(in quo desunt capp.* 13—21.*)* 5) *S. Pauli in Karinthia fol.* 167. 6) *Monaster. olim Corbeiensi pag.* 34. 7) *Ashburnh.* 214 *qui suppletur codice Egerton manuscr.* 269. 8) *Montispess.* 136. *fol.* 160v. 9) *Paris.* 4626. *pag.* 50. 10) *Paris.* 4632. *fol.* 32v. 11) *Paris.* 4628 *A. fol.* 30 *(cuius codicis recens apographum est Paris.* 4631.*)* 12) *Paris. nouv. acquis.* 204. *fol.* 20v *(qui codex exit in verbis capitis* 11*:* 'Si autem homo', *post quae dissecta sunt hodie folia quatuor).* 13) *Paris.* 4995. *fol.* 12v. 14) *Paris.* 4628. *fol.* 26. 15) *Guelf. inter Blank.* 130. 52 *(in quo omissum est cap.* 18.*)* 16) *Epored.* 34. *fol.* 50v. 17) *Epor.* 33. *fol.* 148 *(qui capita tantum* 1. 2. *praebet, cum mutilus hodie sit.)* 18) *Chisiano F. IV.* 75. *fol. fere* 79 *(in quo omissa sunt capp.* 18. 19.*)* 19) *Cavensi* 22. *fol. fere* 238 (*omissis quidem capp.* 10. 18. 19*; cfr. cod. dipl. Cavens. IV*b, *pag.* 31). 20) *Goth.* 84. 21) *Paris.* 9653. *fol.* 32v, *in quo foliis hodie dissectis nonnisi leguntur capitis* 1 *dimidia pars et capitis* 18 *posterior pars cum capp.* 19—21. *Capita* 3. 4. 7. 9. 18 *leguntur etiam in* 22) *Guelferbytano inter Augustaeos, capita denique* 3. 4. 10. 12. 11 *in cod.* 23) *Paris.* 10753. *fol.* 93.

De capitularis aetate antea egi pag. 266.

In codicibus 4. 10—12. 14 *hoc capitulare pro capitulis legis Salicae habetur, similiter ac capitula anno* 803 *legibus addita* (*Cap.* 39) *pro Salicis in plurimis codicibus recensentur. Sed capitula nostra nulla ratione ad legem Salicam pertinent, immo caput septimum Ribuariam, caput octavum Langobardorum legem spectare videtur, ut dubitari non possit, recte capitula tam in prooemio (supra pag.* 275. *lin.* 9*) quam in inscriptione pro genuina habenda* 'legibus addenda' *dici.*

Codex 12 *(Paris. nouvell. acquis.* 204*) hoc capitularis nostri prooemium praebet:* 'Incipiunt capitula quae domnus hludowicus serenissimus imperator imperii sui V.to cum universo coetu populi a Deo sibi commissi, id est cum venerabilibus episcopis et abbatibus atque comitibus vel cum reliquo populo in Aquisgrani palatio promulgavit atque legis Salicae addere et universis ordinibus superioris videlicet inferiorisque gradus populi imperii sui firmiter tenere praecepit ipsaque postea, cum in Theodone villa generale conventum habuisset, ulterius capitula appellandum esse prohibuit, sed tantum lex dicenda immoque firmissime ab omnibus pro lege tenenda cum totius optimatum suorum consilio precepit.' *Prooemii auctor haec postrema verba desumpsit e capite quinto capitularis infra sub num.* 143 *editi, ipsa autem minus recte ad capitula nostra retulit, cum potius referenda videantur ad capitula legi Salicae a.* 819 *addita infra num.* 142 *edenda.*

Notandum denique videtur, capita nostra 10—12 *iam antea Hludowici aetate,* (*cfr. pag.* 268) *concepta, hoc vero capitulari paullisper mutata et denuo edita fuisse.*

(B. I, 596; *P. I,* 210.*)*

Incipiunt[a][b] capitula[c] quae[b] legibus addenda sunt, quae et missi et comites habere et ceteris nota facere debent.

De honore ecclesiarum. Si quis aut[d] ex levi[d] causa aut sine causa hominem in ecclesia interfecerit, de vita conponat. Si vero foris rixati fuerint, et unus alterum in ecclesiam fugerit et ibi se defendendo eum interfecerit, si huius[e] facti[e] testes non habuerit, cum duodecim coniuratoribus legitimis per sacramentum adfirmet se defendendo eum interfecisse, et post haec sexcentos solidos ad partem ecclesiae quam illo homicidio polluerat et insuper bannum nostrum solvere cogatur; is vero qui interfectus est absque conpositione iaceat: ac deinde interfector[f] secundum iudicium canonicum congruam facinori quod admisit paenitentiam accipiat. Si proprius[g] servus hoc commiserit, iudicio aquae ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et[h] si manus eius exusta fuerit[h], interficiatur; si autem non fuerit[i], dominus eius iuxta quod wirgildus[k] illius est ad ecclesiam persolvat aut eum, si voluerit, eidem ecclesiae tradat. De ecclesiastico et fiscalino et beneficiario servo volumus[1], ut pro una vice wirgildus eius pro eo conponatur, altera vice ipse servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit iudicatus ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio ecclesiae, cuius porta reliquiis[m] sanctorum[m] consecrata est, huiuscemodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur vel conponatur; si vero porta ecclesiae non est consecrata, eo modo conponatur quod in atrio conmittitur, sicut conponi debet quod in inmunitate violata conmittitur.

2. De iniuriis sacerdotum in ecclesiis factis. Sanguinis effusio in ecclesiis facta cum fuste[n], si presbiter fuerit, triplo conponatur: duas partes eidem presbitero, tertia pro fredo ad ecclesiam, insuper bannus noster. Similiter de diacono iuxta conpositionem eius in triplo cum banno nostro conponatur; de subdiacono similiter triplo secundum suam conpositionem, et de uniuscuiusque ordinis clerico secundum suam conpositionem triplum persolvatur et insuper bannus[o] noster[o]. Similiter et de ictu sine sanguinis effusione de uniuscuiusque ordinis clerico secundum suam conpositionem triplo et bannus[o] noster[o]. Et qui non habet unde ad ecclesiam persolvat, tradat se in servitium eidem ecclesiae, usque dum totum debitum persolvat.

3. De viduis et pupillis et pauperibus. Ut quandocumque in mallum ante comitem venerint, primo eorum causa audiatur et definiatur[2]. Et si testes per se ad causas suas quaerendas habere non potuerint vel legem nescierint, comes illos vel illas adiuvet, dando eis talem hominem qui rationem eorum teneat vel pro eis loquatur[3].

4. De raptu viduarum. Qui[4] viduam intra primos triginta dies viduitatis suae vel invitam[p] vel volentem[p] sibi copulaverit, bannum nostrum id est sexaginta solidos in triplo conponat[q]; et si invitam eam duxit, legem suam ei conponat, illam vero ulterius non adtingat[q].

a) *Hanc inscriptionem offerunt codd.* 1—10. 16—21; Explicit primus liber legis Salicae. Incipiunt capitula quae constituit dominus Hludovicus imperator 11; Incipit capitula 13; Item alia capitula legis *(scil. Salicae)* 14; Item Hludowici imperatoris 15. *Inscriptione carent* 22. 23. *De inscr. in cod.* 12 *cfr. supra in praef.* b) Hoc est lex Salica quae *rell.* 10. c) domno ludoico augusto ymperatore *add.* 5. d) ex qualibet 18. 19. e) *desunt* 13—15. f) *deest* 13—15. g) *deest* 13. 15. h) Et si se coxerit 13—15. i) coxerit 13—15. k) *Plurimi codices variant* wirgildus, wirigildus, wirgildum; widrigild 15—17; guidrigild 18. 19. *Similiter infra.* l) *deest* 13. 15. m) *desunt* 13-15. n) furore 18. 19. o) bannum nostrum 10. 13-15. 18. 19. p) invita sua vel voluntate 19. q) ei componat. ille tamen qui eam rapuit habere non permittitur 13—15.

1) *Cfr. Cap. legib. add.* 803 (*C.* 39), *c.* 2. 2) *Cfr. supra Cap.* 23, *c.* 17 *et Cap.* 102, *c.* 4. 3) *Cfr. Cap.* 33, *c.* 9. 4) *Cfr. Cap. ecclesiasticum quod antecedit, c.* 21.

5. De homine publicam paenitentiam agente interfecto. Qui hominem publicam paenitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo conponat et wirgildum[r] eius proximis eius[r] persolvat.

6. Ut omnis homo liber potestatem habeat, ubicumque voluerit, res suas dare pro salute animae suae. Si quis res suas pro salute animae suae vel ad aliquem venerabilem locum vel propinquo suo vel cuilibet alteri tradere voluerit, et eo tempore intra ipsum comitatum fuerit in quo res illae positae sunt, legitimam traditionem facere studeat[5]. Quodsi eodem tempore quo illas tradere vult extra eundem comitatum fuerit, id est sive in exercitu sive in palatio sive in alio quolibet loco, adhibeat sibi vel de suis pagensibus vel de aliis qui eadem lege vivant qua ipse vivit testes idoneos, vel si illos habere non potuerit, tunc de aliis quales ibi meliores inveniri possint; et coram eis rerum suarum traditionem faciat et fideiussores vestiturae donet, qui ei qui illam traditionem accipit vestituram faciat. Et postquam haec traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de praedictis rebus valeat facere repetitionem; insuper et ipse per se fidemiussionem faciat eiusdem vestiturae, ne heredi ulla occasio remaneat hanc traditionem inmutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum coheredibus[s] suis divisas habuit, non ei hoc sit inpedimento; sed coheres eius, si sponte noluerit, aut per comitem aut per missum eius distringatur, ut divisionem cum illo faciat, ad quem defunctus hereditatem suam voluit pervenire. Et si cuilibet ecclesiae eam tradere rogavit, coheres eius eam legem cum illa ecclesia de praedicta hereditate habeat, quam cum alio coherede suo habere debebat. Et hoc observetur erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos; postea ipsae res ad inmunitatem ipsius ecclesiae redeant.

7. De homicidiis prohibendis. Quicumque hominem aut ex levi causa aut sine causa interfecerit, wirgildum eius his ad quos ille pertinet conponat. Ipse vero propter talem praesumptionem in exilium mittatur, ad quantum tempus nobis placuerit: res[6] tamen suas non amittat.

8. Quid in conpositione wirgildi dari non debeat. In conpositione wirgildi volumus ut ea dentur quae in lege[7] continentur, excepto accipitre et spata, quia propter illa duo aliquoties periurium conmittitur, quando maioris pretii quam illa sint esse iurantur.

9. De raptu alienarum[t] sponsarum. Si quis sponsam alienam rapuerit aut[u] patri eius[u] aut ei[u] qui legibus eius defensor esse debet, cum sua lege eam[u] reddat, et quicquid cum ea tulerit, semotim unamquamque rem secundum legem reddat.[8] Et si hoc defensor eius perpetrari consenserit et ideo[u] raptori nihil quaerere voluerit, comes singulariter de unaquaque re freda nostra ab eo exactare faciat. Sponso vero legem suam componat et insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, solvat, vel in praesentiam nostram comes eum advenire faciat, et quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat et illam feminam ei habere non liceat[9].

10. De falsis testibus convincendis. Si[10] quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum per iudicium producti fuerint, si ille

r) guidrigildum ei ad proximos parentes 18. 19. s) quoheredibus *hic et similiter infra complures codd.* t) aliarum 1. 5. u) *deest* 7. 13—15.

5) *Cfr. Cap. leg. add.* 803 *(C. 39), c.* 6. 6) *Cfr. Liutpr. c.* 20. 7) *Cfr. lex Ribuar.* 36, 11. 8) *Cfr. lex Angl. et Werin.* 46. 9) *Cfr. Cap. eccles. antecedens, c.* 22—24. 10) *Repetitur hoc capitulo caput Hludowici antea pag.* 268, *c.* 1 *editum. Mutata autem sunt ex argumento capitis* 27 *capitularis ecclesiastici (supra pag.* 279*) verba in hoc capite:* cuius conpositionis ... eorum contentionibus inponatur *et sub fine addita verba:* Si tamen contentio *rell.*

falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium testimonio falsorum testium perversitas superetur. Quod si ambae partes testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum scutis et fustibus in campo 5 decertent, utra pars falsitatem, utra veritatem suo testimonio sequatur.[11] Et campioni qui victus fuerit propter periurium quod ante pugnam commisit dextra manus amputetur; ceteri vero eiusdem partis testes, quia falsi apparuerunt, manus suas redimant, cuius conpositionis duae partes ei contra quem testati sunt dentur, tertia[v] pro fredo solvatur.[v] Et in saeculari quidem causa huiuscemodi testium diversitas campo conpro- 10 betur; in ecclesiasticis autem causis, ubi de una parte saeculare, de altera vero ecclesiasticum negotium est, idem modus observetur. Ubi vero ex utraque parte ecclesiasticum fuerit, rectores earundem ecclesiarum, si se familiariter pacificare velint, licentiam habeant; si autem de huiuscemodi pacificatione inter eos convenire non possit, advocati eorum in mallo publico ad praesentiam comitis veniant, et ibi legitimus terminus eorum 15 contentionibus inponatur. Testes vero de qualibet causa non aliunde quaerantur, nisi de ipso comitatu in quo res, unde causa agitur, positae sunt; quia non est credibile, ut vel de statu hominis vel de possessione cuiuslibet per alios melius rei veritas cognosci valeat quam per illos qui viciniores sunt. Si tamen contentio quae inter eos exorta est in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eis de vicina centena adiacentis comi- 20 tatus ad causam suam testes habere.

11. De proprio in bannum misso. Cuiuscumque[12] hominis proprietas ob crimen aliquod ab eo conmissum in bannum[13] fuerit missa, et ille re cognita, ne iustitiam faciat, venire distulerit annumque ac diem in eo banno illam esse permiserit, ulterius eam non adquirat, sed ipsa fisco nostro societur. Debitum vero quod is cuius 25 ea fuit solvere debuit per comitem ac ministros eius iuxta aestimationem damni de rebus mobilibus quae in eadem proprietate inventae fuerint his quibus idem debitor fuit exsolvatur; quodsi rerum mobilium ibidem inventarum quantitas ad compositionem non sufficerit, de inmobilibus suppleatur, et quod superfuerit, sicut dictum est, fiscus noster possideat; si nihil super conpositionem remanere potuerit, totum in illam expendatur. 30 Si autem homo ille nondum cum suis coheredibus proprium suum divisum habuit, convocet eos comes et cum eis legitimam divisionem faciat et tunc, sicut iam dictum est, partem eius fisco nostro addicat, et conpositionem de ea iuxta modum superius conpraehensum his ad quos illa legibus pertinet exsolvat. Quodsi non de alia re, sed de ipsa proprietate quae in bannum missa fuit ac per hoc in nostram potestatem redacta 35 est, fuerat interpellatus, comes in cuius ministerio eam esse constiterit hoc ad notitiam nostram perferre curet, ut nos eandem proprietatem, quae secundum supradictum modum in nostrum dominium redacta est, per praecepti nostri auctoritatem in ius et potestatem hominis qui eam quaerebat, si[w] sua esse debet,[w] faciamus pervenire.[x]

12. De mannire. Si[14] quis de statu suo, id est de libertate vel de hereditate,

40 v) tertia comitis est 7. 13. 14. w) si ... debet *om.* 2. 13. 14. x) et si eam quicumque ad suum proprium pertraxerit, liceat ei per suum sacramentum habere, et si exinde postea convictus fuerit, dextra manus ei amputetur *add.* 18. 19.

11) *Cfr. Lex. Burgund. tit.* 14. 12) *Hoc caput item repetit anterioris Hludowici capitularis quoddam caput (supra pag.* 268, *c.* 5*), sed sub fine recens addita sunt verba:* Quodsi non de alia re *rell., quibus du-* 45 *bitationes tolluntur, quae secundum anterius capitulum moveri poterant. Ipsa verba hic addita respiciuntur in documento quodam anni* 877, *a Baluzio Cap. reg. Franc. II,* 1499 *sub numero CVII. edito.* 13) *Cfr. supra Cap.* 26, *c.* 27 *et Cap.* 73, *c.* 6. 14) *Hoc quoque caput ad verbum fere consentit cum anterioris Hludowici capitularis capite (supra pag.* 268, *c.* 4*); emendatur autem caput anterius verbis hic additis:* non manniatur sed p. c. bann. Et.

conpellandus est, iuxta legis constitutionem manniatur;[15] de ceteris vero causis, unde quis rationem est redditurus, non manniatur sed per[y] comitem banniatur. Et[y] si post[z] unam et alteram[z] comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eius in bannum missis venire et iustitiam facere conpellatur.

13. De faidis cohercendis. Si[16] quis aliqua necessitate cogente homicidium conmisit, comes in cuius ministerio res perpetrata est et conpositionem solvere et faidam per sacramentum pacificari faciat; quodsi una pars ei ad hoc consentire noluerit, id est aut ille qui homicidium conmisit aut is qui conpositionem suscipere debet, faciat illum qui ei contumax fuerit ad praesentiam nostram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi castigetur, ut comiti suo inoboediens esse ulterius non audeat et maius damnum inde non adcrescat.

14. Ubi[a] sacramenta iuranda sint. Ubi[a] antiquitus consuetudo fuit de[b] libertate[17] sacramenta adhramire[c] vel iurare, ibi mallum habeatur[d] et ibi sacramenta iurentur; mallus tamen neque in ecclesia[18] neque in atrio[e] eius habeatur.[d e] Minora vero placita comes sive intra suam potestatem vel ubi impetrare potuerit habeat[f]. Volumus[19] utique, ut domus[f] a comite in loco ubi mallum tenere debet, construatur,[f*] ut propter calorem solis et pluviam publica[g] utilitas[g] non remaneat.

15. De his qui de furto accusati fuerint. Si liber homo de furto accusatus fuerit et res proprias habuerit, in mallo ad praesentiam comitis se adhramiat; et si res non habet, fideiussores donet qui eum adhramire et in placitum adduci faciant. Et liceat ei prima vice per sacramentum se secundum legem idoneare, si potuerit. At[h] si alia vice duo vel tres eum de furto accusaverint, liceat ei contra unum ex his cum scuto et fuste in campo contendere. Quod si servus de furto accusatus fuerit, dominus eius pro eo emendet[i] aut eum[i] sacramento excuset, nisi tale furtum perpetratum habeat, propter quod ad subplicium tradi debeat.

16. De dispectu litterarum dominicarum. Si quis litteras nostras dispexerit, id est tractoriam quae propter missos recipiendos dirigitur, aut honores quos habet amittat aut in eo loco ubi praedictos missos suscipere debuit tamdiu resideat et de suis rebus legationes illuc venientes suscipiat,[20] quousque animo nostro satisfactum habeat. Qui vero epistolam[k] nostram[k] quocumque modo dispexerit, iussu nostro ad palatium veniat et iuxta voluntatem nostram congruam stulticiae suae castigationem accipiat. Et si homo liber vel ministerialis comitis hoc fecerit, honorem, qualemcumque habuerit, sive beneficium amittat; et si servus fuerit, nudus ad palum vapulet et caput eius tondeatur.

17. De iniustis teloneis et consuetudinibus. Ut ubi tempore avi nostri domni Pippini consuetudo fuit teloneum dare, ibi et in[l] futurum[l] detur; nam ubi noviter inceptum est, ulterius non agatur. Et ubi necesse non est fluvium[m] aliquem ponte[m] transmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut sub pontem ierit et ad ripam non adpropinquaverit neque ibidem aliquid emptum vel venundatum fuerit, ulterius teloneum non detur; et nemo cogat alium ad pontem ire, ubi iuxta pontem aquam transmeare

y) per c. b. Et *om.* 7. 13—15. z) post secundam 7. 13—15. a) Ibi sacramenta iuranda sunt ubi *rell.* 15. 18. 19. b) Quando vero de *rell.* 15. c) *ita plurimi codd.*; adramire *vel* aramire *nonnulli.* d) h. excepto ecclesia et atrio ipsius, quia secundum legem aliubi aberi non potest 7. 13. e) atrio eius vel rebus habeatur, excepta ecclesia et atrio ipsius, quia secundum legam aliter haberi non potest. 15. f) habeat. et domus 7. 13—15. f*) constituatur 5. 13. g) utilitas nostra 14. h) Nam 7. 13—15. i) emendare faciat aut cum 7. 13. 14. k) indiculum nostrum 7. 13—15. l) inantea 7. 13—15. m) ad pontem, *om.* fluv. aliq. 7. 13—15.

15) *Lex Sal.* 1; *Lex Rib.* 32. 16) *Cfr. supra Cap. Harist.* 779 *(C.* 20*), c.* 22. 17) *Cfr. autem Cap. leg. Rib. add.* 803, *(C.* 41*), c.* 11. 18) *Cfr. Cap.* 78, *c.* 21; *Cap.* 93, *c.* 4. 19) *Cfr. Cap.* 61, *c.* 13. 20) *Cfr. Cap. Harist.* 779 *(C.* 20*), c.* 21.

potest.[21] Et qui ulterius in talibus locis vel[22] de his qui ad palatium seu in hostem pergunt teloneum exactaverit, cum sua lege ipsum teloneum reddat et bannum nostrum, id est sexaginta solidos, conponat.

18. De his qui denarios bonos accipere nolunt. Quicumque[23] liber 5 homo denarium merum et bene pensantem recipere noluerit, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, conponat. Si vero servi ecclesiastici aut comitum aut vassallorum nostrorum hoc facere praesumpserint, sexaginta ictibus[n] vapulent, aut, si magister eorum vel[o] advocatus qui liber est eos vel comiti vel misso nostro iussus praesentare noluerit, praedictum bannum nostrum sexaginta solidorum conponat.

10 19. De adulteratoribus monetae. De falsa moneta iubemus: qui eam percussisse conprobatus fuerit, manus ei amputetur. Et qui hoc consensit, si liber est, sexaginta solidos componat; si servus est, sexaginta ictus[p] accipiat.

20. De proprio dominico sine iussione illius reddito. Si quis proprium nostrum, quod in vestitura genitoris nostri fuit, alicui quaerenti reddiderit sine[24] nostra 15 iussione, aliud tantum nobis[q] de suo proprio cum sua lege conponat. Et quicumque illud scienter per malum ingenium adquirere temptaverit, pro infidele teneatur, quia sacramentum fidelitatis quod nobis promisit irritum fecit,[25] et ideo secundum nostram voluntatem et potestatem diiudicandus est.

21. De pueris invitis parentibus detonsis aut puellis velatis. Si[26] 20 quis puerum invitis parentibus totonderit aut puellam velaverit,[r] legem suam in triplo conponat, aut ipsi puero vel[s] puellae,[s] si iam suae potestatis sunt, aut illi in cuius potestate fuerint. Illi[t] vero potestatem habeant capitis sui, ut in tali habitu permaneant qualis eis conplacuerit.[t]

n) percussionibus 7. 14. 15. o) id est 14. 15. p) percussionibus 13. q) *deest* 13—15. 25 r) praeter conscientiam episcopi sui *add.* 6. s) v. p. *om.* 15. t) Illi . . . conplacuerit *om.* 7. 13. *et subscriptionem addunt:* Ista suprascripta capitula in legem sunt (suam 13) addenda.

21) *Cfr. Cap.* 44, *c.* 13; *Cap.* 57, *c.* 7 *et Cap.* 61, *c.* 9. 22) *Cfr. Cap. Pippini (C.* 13*), c.* 4. 23) *Cfr. synod. Franconof.* 794 *(C.* 28*), c.* 5 *et Cap. miss. Aquisgran.* 809 *alterum (C.* 63*), c.* 7. 24) *Cfr. supra c.* 11 *sub fine.* 25) *Cfr. Cap.* 33, *c.* 2. 4. 26) *Cfr. Cap. eccles. antecedens, c.* 20.

30

140. CAPITULA PER SE SCRIBENDA.

818. 819.

Exstant in codicibus 1) *Paris.* 2718. *fol.* 108. 2) *Paris.* 18238. *fol.* 14 v. 3) *Paris.* 4280 *A. fol.* 95 v. 4) *Paris.* 4788. *fol.* 101 v. 5) *S. Pauli in Karinthia fol.* 175. 6) *Monaster. olim Corbeiensi pag.* 49. 7) *Montisp.* 136. *fol.* 163 v. 8) *Paris.* 4626. *pag.* 58. 9) *Paris.* 35 4628 *A. fol.* 34 v. 10) *Paris.* 4995. *fol.* 17. 11) *Paris.* 4628. *fol.* 30 v. 12) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. 13) *Londin. Egerton Manuscr.* 269. 14) *Epored.* 34. *fol.* 34. 15) *Chisian. F. IV.* 75 *fol. fere* 82. 16) *Cavens.* 22. *fol. fere* 241. *(Cod. dipl. Cav. IV b. pag.* 38.*)* 17) *Goth.* 84. *fol.* 375. *In codd.* 5. 15. 16 *deest hoc loco caput* 3, *quod in codd.* 15. 16 *iam antea inter Karoli M. capitula receptum est, in codice vero* 5 *postea sub* 40 *memoria comitum Olonnense suppletur. In codd.* 10. 12. 13. 17. *desideratur caput ultimum, in codice* 11. *alio loco positum, quod fortasse, cum missorum esse videatur, a reliquis*

secernendum sed pro genuino habendum est. Codex Paris. 4632, *cuius auxilio Pertzius haec capitula se recognovisse dicit, ipsa non exhibet.*

In codicibus compluribus capitulare capitulis nonnullis, seu ab initio seu in ipso medio seu sub fine additis, auctum invenitur. Ita codices 10—13 *tamquam primum praemittunt hoc:* 5

De servis ad sacros ordines non mittendis. Ut nullus episcoporum servos ad sacros ordines promovere praesumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Si vero deinceps quilibet servus dominum suum fugiens aut latitans aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, deponatur et dominus eius 10 eum recipiat.

Sed hoc capitulum pars est capitis sexti capitularis ecclesiastici supra (p. 276*) editi et, cum a plurimis codicibus absit, ad haec capitula per se scribenda non pertinere sed a librario quodam suppletum esse videtur.*

Codices iidem 11 - 13 *capitulari subnectunt capitula tria infra pro Cap.* 156 *edita.* 15 *Haec autem a capitulari per se scribendo esse secernenda, non solum plurimorum codicum auctoritas sed id quoque probare videtur, quod caput primum* 'De sponsis alienis' *inscriptum contrarium est Hludowici capitularis legibus addendi capiti nono, in quo sponsa rapta patri aut defensori reddi iubetur, cum contra in hoc primo sponso ipsa reddi statuatur.* 20

In codice 10 *capita primum et secundum modo commemorata capitulari per se scribendo item subiunguntur et deinde in eo sequuntur haec:*

De ancilla per cartam facta libera. Si ancilla libera dimissa fuerit per cartam et post hec servo vel colono nupserit, ipse dominus qui prius possederat taliter deturpatam recipiat. 25

De colonis. De colonis vel servis aecclesiae qualiter serviant vel qualia tributa reddant: hoc est agrarium secundum estimationem iudicis. Provideat hoc iudex, secundum quod habet donet: de modiis XXX modios III donet, et pascuarium solvat secundum usum provintiae. Ancingas legitimas, hoc est perticam X pedes habentem quatuor in transverso et XL in longum, arare, seminare, claudere, 30 colligere et trahere et recondere. Prato arpennem I claudere, secare, colligere et trahere. Ad tremissum unusquisque accola ad duos modios sationis excolligere et recondere debent. Et vineas plantare, cludere, fodere, propaginare, precidere, vindemiare. Reddant siquidem X fasciculum de lino *(Lex Baiw. ita:* reddant fasce de lino, de apibus X vasa), pullos IV vestudos. Parvaredos donent aut ipsi 35 vadant ubi eis iniunctum fuerit. Angarias cum carro faciant usque L leugas, amplius non minetur. Ad casas dominicas stabilire fenile, granicam vel tonilum *(lege:* tuninum) recuperando pedituras rationabiles accipiant et quando necesse fuerit omnino componant.

Sed hoc secundum caput ad verbum desumtum est e lege Baiwariorum tit. I, cap. 13 *(Leges III, pag.* 278), *et caput primum consentit cum Tassilonis decreti capite* 12 *(Leges III, pag.* 466. *lin.* 11) *et cum lege Alamannorum tit.* 18 *(Leges III, pag.* 136.) *Capita haec a Hludowici capitulari nostro omnino aliena esse nullatenus dubitandum esse censeo.* 40

Codex denique 9 *(Par.* 4628 *A) inter Hludowici capitularis nostri capita* 5 *et* 6 *inseruit capita duo, quorum unum Hludowici missorum capitularis sequentis capitis septimi pleniorem formam praebet, alterum consentit accurate cum eiusdem capitularis capite decimo quarto. De ista pleniori forma haud immerito dubitari potest, an genuina sit et in capitulari ecclesiastico (C.* 138*) capite decimo quarto tamquam capitularis per se scribendi pars spectetur; cui rei sane contrarium videtur, quod inter decem et septem codices unus tantum hanc pleniorem formam praebet, et praeterea quod in capitulari* 45 50

missorum capite septimo capitulare per se scribendum non allegatur, cum contra ipsum capitulare in capite antecedenti sexto verbis 'secundum iussionem nostram' allegetur. Quare haec quoque codicis noni additamenta a librario tantum capitulari inserta esse putaverim.

5 *De capitularis nostri aetate supra pag.* 266 *disserui.* *(B. I,* 611; *P. I,* 214.*)*

Item[a] incipiunt alia capitula[b] quae per se scribenda et ab omnibus observanda sunt

De forcapiis.[c] [1] Si mancipia dominos suos fugerint in alienam potestatem, ut propter hoc nullum praemium accipiat[d] ille in cuius potestate fuerint inventa pro eo 10 quod ea vel reddiderit vel foras eiecerit; et non solum hoc, sed etiam si ea nec reddere nec foras eicere voluerit et legitimo domino ea contradixerit et[e] illa inde[e] postea effugerint, secundum legem[2] ea solvere cogatur.

2. De terra tributaria. Quicumque terram tributariam, unde tributum ad partem nostram exire solebat, vel ad ecclesiam vel cuilibet alteri[f] tradiderit, is qui eam 15 susciperit tributum quod inde solvebatur omni modo ad partem nostram persolvat,[3] nisi forte talem firmitatem de parte dominica[g] habeat, per quam ipsum tributum sibi perdonatum possit ostendere.

3. De beneficiis destructis. Quicumque suum beneficium occasione proprii[4] desertum habuerit et intra annum, postquam ei a comite vel misso nostro notum 20 factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat.[h]

4. De terra censali. Si quis terram censalem habuerit, quam antecessores sui vel ad aliquam ecclesiam vel ad villam nostram dederunt, nullatenus eam secundum legem tenere potest, nisi ille voluerit ad cuius potestatem vel illa ecclesia vel illa villa pertinet, nisi forte filius aut nepos eius sit qui eam tradidit et ei eadem terra ad tenen-25 dum placita sit.[5] Sed in hac re considerandum est, utrum ille qui hanc[i] tenet dives an pauper sit et utrum aliud beneficium habeat vel etiam proprium; et qui horum neutrum habet, erga hunc misericorditer agendum est, ne ex toto dispoliatus in aegestatem incidat; ut aut talem censum inde persolvat qualis ei fuerit constitutus vel portionem aliquam inde in beneficium accipiat unde se sustentare valeat.

30 5. De[k] nonis et decimis considerandum[l] est, ut de frugibus terrae et[m] animalium nutrimine[m] persolvantur.[k] De opere vero vel restauratione ecclesiarum comes et episcopus sive abbas una cum misso nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint, considerationem faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum et restaurandum, quantum ipse de rebus ecclesiarum habere cognoscitur;[6] similiter et 35 vassi nostri aut in commune tantum operis accipiant quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se iuxta quantitatem quam ipse tenet. Aut si inter eos convenerit, ut pro opere faciendo argentum donent, iuxta aestimationem operis in argento persolvant: cum quo pretio rector ecclesiae ad praedictam restaurationem operarios

a) *Ita inscriptio in codd.* 1—9. 13—17; Item alia capitula 10. 11; Item alia capitula domni impera-40 toris Hludowici 12. Item *om.* 3. 6—9. 15—17. b) domni Hludowici et Chlotharii filii eius *add.* 17. c) furcapiis 5; forcaphiis 11. d) quaerat 10—13. e) si inde 10. 12 f) *deest* 10—13. g) nostra 6. 15. 16. h) perdat 10—13. i) terram *add.* 9 11. k) De ... persolvantur *om.* 13. l) *ita* 8—11; consideratum *rell.* m) et an. nutr. *om.* 10. 12.

1) *Cfr. Cap.* 102, *c.* 19. 2) *Cfr. Liutpr. c.* 44. 3) *Cfr. supra Cap.* 80. *c.* 11. 4) *Cfr. Cap.* 49, 45 *c.* 4, *itemque Legat. edict.* 789 *(C.* 23*), c.* 35 *et Cap. miss. spec.* 802 *(C.* 34*), c.* 10, *uti etiam corrigendum est supra pag.* 136 *in notis.* 5) *Terra censualis in duo vel tria corpora,* auf zwei oder drei Leiber, *ut in medio aevo dicitur, colono data.* 6) *Synod. Franconof.* 794 *(C.* 28*), c.* 26.

conducere et materiam emere possit. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum[n] quidem[n] illas cum lege sua[7] restituat et insuper bannum nostrum solvat, ut[o] ita castigatus caveat, ne saepius iterando beneficium amittat.[o]

6. De mancipiis in villas dominicas confugientibus. Si cuiuslibet mancipia in villam nostram confugerint, actor eiusdem villae quaerenti domino ea non contradicat, sed statim ea foras de eadem villa eiciat;[8] et si se putat ad ea repetenda iustitiam habere, repetat et secundum legem adquirat. Si vero tempore domni Karoli genitoris nostri in villam illam confugerunt et dominus ea quaerit, actor eiusdem villae aut ea legitime contineat aut quaerenti domino reddat. Et actor propter vestituram[9] domni Karoli genitoris nostri eadem mancipia contradicere non audeat,[10] si illius propria esse noscuntur.

7. De forestibus noviter institutis. Ut quicumque illas habet dimittat, nisi forte indicio veraci ostendere possit, quod per iussionem sive permissionem domni Karoli genitoris nostri eas instituisset: praeter illas quae ad nostrum opus pertinent, unde nos decernere volumus quicquid nobis placuerit.

8.[p] Volumus ut missi nostri per singulas civitates una cum episcopo et comite missos[q] vel nostros[q] homines ibidem commanentes eligant, quorum curae sit pontes per diversa loca emendare et eos qui illos emendare[r] debent ex nostra iussione admonere, ut unusquisque iuxta suam possibilitatem et quantitatem eos emendare studeat.

n) *desunt* 10—12. o) ut.. amittat *om.* 10—12. p) *Capitulum deest in codd.* 10. 12. 13. 17; *alio loco scriptum est* 11. q) misso vel nostros 11; vel misso nostro 15. 16; *desunt* 2; r) recordare 8.

7) *Sex solidis; cfr. Cap.* 87, *c.* 3; *Cap.* 93, *c.* 8. 8) *Cfr. supra cap.* 1. 9) *Cfr. Cap. missor.* 803 *(C.* 40*), c.* 9. 10) *Aliter de terra; cfr. supra Capp. legibus addenda (C.* 139*), c.* 20.

---

141. CAPITULARE MISSORUM.

819.

Traditur in codicibus 1) *Paris.* 2718. *fol.* 109. 2) *Paris.* 18238. *fol.* 16v. 3) *Paris.* 4280 *A. fol.* 96v. 4) *Paris.* 4788. *fol.* 91v. 5) *S. Pauli in Karinth. fol.* 177. 6) *Monaster. olim Corbeiensi pag.* 52. 7) *Montispess.* 136. *fol.* 164v. 8) *Paris.* 4626. *pag.* 66. 9) *Paris.* 4628 *A. fol.* 36. 10) *Paris.* 4628. *fol.* 32. 11) *Epored.* 34. *fol.* 36. 12) *Chis. F. IV.* 75. *fol.* 106. 13) *Gothan.* 84. *Capitularis finis, foliis compluribus ante hoc dissectis exstat etiam in codd.* 14) *Paris. nouv. acquis.* 204. *fol.* 23 *(inde a cap.* 27*) et* 15) *Paris.* 4613. *fol.* 92 *(caput* 29.*) Contra Pertzium monendum est, capitulare nusquam inveniri in cod. Cavensi* 22, *et non bis sed semel tantum, inter Hlotharii scilicet capitularia, in cod. Chisian. F. IV.* 75.

Haec capitula paullo post legibus addenda et per se scribenda capitula missis data sunt, ut ipsi illa populo nota et a populo observata facerent: nam in capitibus nostris 5. 11. 12. *capitularia illa tamquam* 'nuper constituta,' 'modo constituta' *allegantur.* *(B. I,* 613; *P. I,* 216.*)*

Haec[a] sunt[b] capitula praecipue[c] ad legationem missorum nostrorum ob[d] memoriae[d] causam pertinentia, de[e] quibus videlicet causis ipsi[f] agere debeant.[e]

Legatio omnium missorum nostrorum haec[g] est.[g]

5 Primo ut, sicut iam aliis[1] missis iniunctum fuit, iustitiam faciant de rebus et libertatibus iniuste ablatis; et si episcopus aut abbas aut vicarius aut advocatus aut quislibet de plebe hoc fecisse inventus fuerit, statim restituatur. Si vero vel comes vel actor dominicus vel alter missus palatinus hoc perpetravit et in nostram potestatem redegit, res diligenter investigata et descripta ad nostrum iudicium reservetur.

10 2. Volumus[h] autem ut de his libertatibus et rebus reddendis quae in nostra vestitura sunt primo per optimos quosque inquiratur; et si per illos inveniri non possit, tunc per eos qui post illos in illa vicinia meliores sunt; et si nec per illos rei veritas inveniri potest, tunc liceat litigantibus ex utraque parte testes adhibere; et si discordaverint, secundum constitutionem a nobis promulgatam[2] examinentur.

15 3. De[3] pauperibus et viduis et pupillis iniuste oppressis, ut adiuventur et releventur.

4. De iniustis occasionibus et consuetudinibus[4] noviter institutis, sicut sunt tributa et telonei in media via, ubi nec aqua nec palus nec pons nec aliquid tale fuerit unde iuste census exigi possit, vel ubi naves subtus pontes transire solent, sive in 20 medio flumine ubi nullum est obstaculum, ut auferantur; antiquae autem ad nostram notitiam deferantur.

5. De honore ecclesiarum, ut per omnia eis exhibeatur, sicut nuper a nobis cum consensu omnium fidelium nostrorum constitutum est;[5] et ut hoc missi nostri omnibus in sua legatione constitutis notum efficiant.[i]

25 6. De nonis et decimis ut secundum iussionem nostram[6] dentur.

7.[k] De locis dandis ad claustra canonicorum facienda, si de eiusdem ecclesiae rebus fuerit, reddatur ibi; si de alterius ecclesiae vel liberorum hominum, commutetur; si autem de fisco nostro fuerit, nostra liberalitate[l] concedatur.

8. De observatione praeceptorum nostrorum et inmunitatum, ut ita observentur 30 sicut[m] a nobis et ab antecessoribus nostris constitutum est.[m][7]

9. De his qui per occasionem inmunitatis iustitiam facere rennuunt, ut hoc observetur quod a nobis constitutum est.[8].

a) *Inscriptio prima deest* 1. 2. 5. 7. 12, *qui codd. pro inscriptione habent sola verba* Legatio .... haec est. b) sunt *om.* 3. 8. 10. 13. c) propriae 3. 10. d) *desunt* 9. e) de q. agere debent Albwin et Wic- 35 bald 6. f) hic 10. g) haec est *om.* 12. h) *Codd.* 5. 6. 10. 12 *hoc caput cum anteriori iungunt.* i) faciant 12, *in quo capp.* 5. 6 *in unum iuncta sunt.* k) *Huius capitis pleniorem formam exhibet insertam inter capita* 5 *et* 6 *capitularis antecedentis codex Paris.* 4628A. *ita scilicet:* De locis ad claustra canonicorum facienda dandis. Volumus ut loca ad claustra canonicorum facienda, aut qui non habent, nostra auctoritate tradantur: id est si de eiusdem aecclesiae rebus congruerit, reddatur ibi per mis- 40 sos nostros iuxta oportunitatem loci et quantitatem rerum; si vero de alterius aecclesiae vel liberorum hominum fuerit, commutetur; si autem de fisco nostro fuerit, nostra liberalitate concedatur. Ut nulli occasionem habeant, nec praepositi nec subiecti, quin iuxta suam professionem communiter degere atque conversare possint. l) libertate 5. 6. 8. 10. 12. m) sicut a nostris antecessoribus ante concessum est 10.

1) *Cfr Einh. annal. ad a.* 814; *Chron. Moissiac. ad a.* 815; *Roziere formul.* 449 (*Zeumeri editio* 45 *pag.* 296.) 2) *Supra Cap. legib. add. c.* 10. 3) *ibidem, c.* 3. 4) *ibidem, c.* 17. 5) *ibidem, c.* 1. 6) *Supra Cap. per se scrib., c.* 5. 7) *Tam in specialibus immunitatum privilegiis quam in generalibus constitutionibus ex gr. Cap. legib. add.* 803 (*C.* 39), *c.* 2. 8) *In capitulari deperdito? cfr infra c.* 23 *et Cap. legib. add.* 803, *c.* 2; *item memoria comitum Olonn. ai.* 823 (*C.* 158), *c.* 11.

10. De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis, ut iuxta possibilitatem in antiquum statum reformentur.

11. De beneficiis nostris quae destructa inveniuntur hoc impleatur quod nuper a nobis constitutum est.[9]

12. De nova moneta[10] et de falsa moneta[11] et de dispectu litterarum nostrarum[12] 5 et de latronibus coercendis vel puniendis[13] et de faidis pacandis,[14] de homicidiis prohibendis,[15] de periuriis et falsis testibus conpescendis,[16] de his omnibus vel caeteris his similibus hoc quod modo constituimus[17] omnibus adnuntietur et in futurum observetur.

13.[n] Hoc volumus ut missi nostri observent, ut, quicquid de his causis vel 10 simul vel singillatim emendare potuerint, emendent, et ea quae emendaverint diligenter scriptis notent; et hoc sic peragere curent, quatenus iuste reprehendi a quoquam nullatenus possint. Et quae facere debent aut possunt, nullatenus praetermittant, immo caveant, ne, quod absit, aut gratia alicuius aut honoris aut timoris sive odii causa illud quod agere debent omittant. Et summopere studeant, ut hoc quod per se efficere 15 non possunt nobis notum faciant; et omnimodis praevideant, ut per singula capitula tam verbis quam scriptis de omnibus quae illic peregerint nobis rationem reddere valeant.

14. De[o] placitis siquidem quos liberi homines observare debent constitutio genitoris nostri[18] penitus observanda atque tenenda est, ut videlicet in anno tria solummodo 20 generalia placita observent, et nullus eos amplius placita observare compellat, nisi forte quilibet aut accusatus fuerit aut[p] alium accusaverit[p] aut ad testimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad caetera vero, quae centenarii[q] tenent, non alius venire iubeatur, nisi qui aut litigat aut iudicat aut testificatur.

15. Ut[r] de debito[r] quod ad opus nostrum fuerit rewadiatum[s][19] talis consideratio 25 fiat, ut is qui ignoranter peccavit non totum secundum legem conponere cogatur, sed iuxta quod possibile visum fuerit; is vero qui tantum mala voluntate peccavit totam legis conpositionem cogatur exsolvere.

16. Ut nullus ad palatium vel in hostem pergens vel de palatio vel de hoste rediens tributum quod trasturas[t] vocant solvere cogatur.[20] 30

17. Ut pontes publici, qui per bannum fieri solebant, anno praesente in omni loco restaurentur.[21]

18. Ut clerici et[u] monachi[u] et servi fugitivi ad loca sua redire iubeantur.

19. Ut nullus episcopus nec abbas nec comis nec abbatissa centenarium comitis advocatum habeat. 35

20. Ut vicarii et centenarii qui fures et latrones vel celaverint vel defenderint secundum sibi datam sententiam diiudicentur.[22].

n) *Anteriori capiti iunctum* 2. 6. 12. o) *Codex Par.* 4628 A. (9) *hoc capitulum inserit capitulari per se scribendo et hoc loco ipsum ita mutatum exhibet:* Comitibus vero de nostro verbo unusquisque precipiat, ut in anno tria generalia placita teneant, et ad illa omnis liber homo de illius comitatu sicut a domno Karolo 40 constitutum est veniat. Ad caetera vero *rell. uti supra.* p) aut al. accus. *om.* 10. 12. q) vicarii vel centenarii 5. 6. 12. r) Ut debitum 10. 12. s) uuadiatum 12. t) transituras 6. 12; tracturias 10. u) et monachi *in codd. nonnullis vel desunt vel postea addita sunt.*

9) *Cfr. Cap. per se scrib., c.* 3. 10) *Cap. legib. add. c.* 18. 11) *ibid. c.* 19. 12) *ibid. c.* 16. 13) *ibid. c.* 15. 14) *ibid. c.* 13. 15) *ibid. c.* 7. 16) *ibid. c.* 10. 17) *Cap. legibus add.* 18) *Constitutio* 45 *non exstare videtur; cfr. autem Cap. miss.* 803 (40) *c.* 20; *Cap. Theodonisv.* 805 *II. (C.* 44*), c.* 16; *Cap. Aquisgr.* 809 *(C.* 61*), c.* 5; *Cap. italic. supra C.* 102, *c.* 14. 19) *Cfr. Cap. missor.* 803 *(C.* 40*), c.* 13. 20) *Cap. legib. add. (C.* 139*), c.* 17. 21) *Cap. per se scrib. (C.* 140*), c.* 8. 22) *Cfr. Capit. italicum* 801 *(C.* 98*), c.* 4. 7.

21. Ut comites et vicarii et[v] centenarii[v] de constitutione legis[23] ammoneantur, qua iubetur ut propter iustitiam pervertendam munera non accipiant.

22. De[24] forestibus nostris, ut, ubicumque fuerint, diligentissime inquirant, quomodo salvae[w] sint et defensae,[w] et ut comitibus denuntient, ne ullam forestem noviter instituant; et ubi noviter institutas sine nostra iussione invenerint, dimittere praecipiant.

23. Ut ubicumque ipsi[x] missi[x] aut episcopum aut abbatem aut alium quemlibet quocumque honore praeditum invenerint qui iustitiam facere vel noluit vel prohibuit, de ipsius rebus vivant quamdiu in eo loco iustitias facere debent.[25]

24. Ut in illius comitis ministerio qui bene iustitias factas habet idem missi diutius non morentur neque illuc multitudinem convenire faciant, sed ibi moras faciant, ubi iustitia vel minus vel neglegenter facta est.

25. Ut in illius comitis ministerio idem[y] missi nostri placitum non teneant qui in aliquod missaticum directus est, donec ipse fuerit reversus.

Ut[z] causa quae adhuc coram comite non fuit, et is qui se reclamat propter suam stultitiam aut contumaciam comitem inde appellare noluit, iterum comiti commendetur.

26. Ut missi nostri qui vel episcopi vel abbates vel comites sunt, quamdiu prope suum beneficium fuerint, nihil de aliorum coniecto[a] accipiant; postquam vero inde longe recesserint, tunc accipiant secundum quod in sua tractoria[26] continetur. Vassi vero nostri et ministeriales qui missi sunt, ubicumque venerint, coniectum accipiant.

27. Ut vassi nostri et vassi episcoporum, abbatum, abbatissarum et comitum, qui anno praesente in hoste non fuerunt, heribannum[b] rewadient; exceptis his qui propter necessarias causas et a domno ac genitore nostro Karolo[c] constitutas[27] domi dimissi fuerunt, id est qui a comite propter pacem conservandam et propter coniugem ac domum eius custodiendam, et ab episcopo vel abbate vel abbatissa similiter propter pacem conservandam et propter fruges colligendas et familiam constringendam et missos recipiendos dimissi fuerunt.

28. Ut omnis episcopus, abbas et comes, excepta infirmitate vel nostra iussione, nullam excusationem habeat, quin[d] ad placitum missorum nostrorum veniat aut talem vicarium suum mittat, qui in omni causa pro illo rationem reddere possit.

29. De[e] dispensa missorum nostrorum, qualiter unicuique iuxta suam[f] qualitatem dandum vel accipiendum sit: videlicet episcopo panes quadraginta, friskingas tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii quatuor. Abbati, comiti atque ministeriali nostro[g] unicuique dentur cottidie panes triginta, friskingas duas, de potu modii duo,[h] porcellum unum, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii tres. Vassallo[28] nostro panes decem et septem, friskinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova decem, annona ad caballos modii duo.[i]

v) et c. *om.* 5. 6. 12. w) salvi s. et defensi 5. 10. 12. x) missi nostri 5. 9. 10. y) ibidem 1. 2. z) *hic aliud caput inchoant* 2. 5. 6. 8. 12, *quod in Chisiano et Cavensi itemque in libro Papiensi inter Karoli M. capitula legitur.* a) collectu 10. b) eribannum 2; aurebannum 10; aribannum 12. c) luedouico 10. d) qui non 10. 12. e) *Hoc caput omittunt* 5. 12; *codex* 5 *eius loco subiungit caput* 3 *capitularis per se scribendi quod antea omissum erat et capitularis legibus addendi caput* 18; *codex* 12 *item illo capite antea omisso haec missorum capitula finit.* f) *Desinit cod.* 10. g) dominico 3. 6. h) III. 3. i) Expliciunt capitula domni clodouuici magni imperatoris quae sunt omnino custodiendi et obseruandi firmiter *add.* 2. Explicit *add.* 8.

23) *Lex Ribuar.* 88: Hoc autem .... legis consuetudine (constitutione ?) iubemus, ut nullus ... quibuslibet gradibus sublimatus ... munera ad iudicium pervertendum non recipiat. 24) *Cap. per se scrib., c.* 7. 25) *Cfr. supra c.* 9 *et Cap. leg. add., c.* 16. 26) *Cap. legib. add., c.* 16; *cfr. infra c.* 29 *et tractoriae formulas apud Roziere* 703—707. 27) *Constitutiones fortasse partim deperditae sunt; cfr. autem Cap.* 50, *c.* 4 *et Cap.* 74, *c.* 9. 28) *Cfr. form. e curia Hludow.* 7 *(Formularum editio Zeumeri nostri pag.* 292; *Roziere num.* 704.)

142. CAPITULA LEGI SALICAE ADDITA.

819 vel paullo post.

Leguntur in codicibus Parisinis 1) 10758. *pag.* 275. 2) 4628 *A. fol.* 154[v] *(fortasse codicis* 1 *apographo.)* 3) 4632. *fol.* 37, *in quo subiunguntur capitulis anno* 818. 819 *legibus additis.* 5

Capitula iudicium scitumve scabinorum vel iuris peritorum Salicorum continent ad legem Salicam supplendam et controversum ius dirimendum (cap. 2*) imperatore ipso absente (cap.* 7*) conceptum. Postea ab imperatore confirmata et insequenti anno pro legis Salicae parte haberi iussa sunt (Cfr. infra Capit.* 143. *c.* 5.*) Data sunt, ut capite ultimo probatur, paullo post Hludowici capitula legibus addita. (B. I,* 607; *P. I,* 225.*)* 10

In[a] nomine Domini. Incipiunt capitula legis Salicae.[a]

De capitulo primo,[b] id est de mannire.[1] De hoc capitulo iudicatum est, ut ille qui mannitur spatium mannitionis suae per quadraginta noctes habeat. Et si comes infra supradictarum noctium numerum mallum suum[2] non habuerit, ipsum spatium usque ad mallum comitis extendatur, et deinde detur ei spatium ad respectum 15 ad septem noctes; inde[c] non noctium spatia, sed proximus mallus comitis ei concedatur.

2. De XI[d] capitulo legis Salicae. Si[3] quis servum alienum occiderit vel vendiderit vel ingenuum dimiserit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis iudicetur, excepto[e] ca- 20 pitale et delatura.[e] De hoc capitulo iudicatum est ab omnibus, ut, si ille servus qui iniuste venditus vel ingenuus dimissus apparet, non alter pro eo in loco illius restituatur; quia dixerunt aliqui, quod idem servus, qui ingenuus dimissus fuerat, denuo ad servitium redire[f] non debeat: sed pristino domino et servitio restitutus fiat, iudicaverunt. 25

3. De XIIII. capitulo legis Salicae. Si[4] quis ingenuus ancillam alienam in coniugium acceperit, ipse cum ea in servitio inplicetur. De hoc capitulo iudicatum est ab omnibus, ut, si[4] ingenua femina quemlibet servum in coniugium sumpserit, non solum cum ipso servo in servitio permaneat, sed etiam[g] omnes res quas habet, si eas cum parentibus suis divisas tenet, ad dominum cuius servum 30 in coniugium accepit perveniant. Et si cum parentibus suis res paternas vel maternas non divisit, nec alicui quaerenti respondere nec cum suis heredibus in rerum paternarum hereditate ultra divisor[h] accedere possit. Similiter et si Francus homo alterius ancillam in coniugium sumpserit, sic[i] faciendum esse iudicaverunt.

4. Item de eodem capitulo. Si[5] quis uxorem alienam vivo marito 35 tulerit, octo milia denarios qui faciunt solidos CC[k] culpabilis iudicetur. De hoc capitulo iudicatum est, ut vivo marito cui eadem uxor contra legem subtracta fuerat ab illo qui eam ei iniuste tulerat cum lege suprascripta, id est CC[k] solidis, reddita fiat.

a) *Inscriptionem om.* 3. b) legis Salicae *add.* 3. c) exinde 3. d) XII. 1. 2. e) e. c. et d. *om.* 3. 40
f) reddere 1. 2. g) et *add.* 3. h) divisa 1. 2. i) sic *om.* 3. k) CCC. 3.

1) *Lex Sal. emend. tit.* 1. 2) *Legitimum.* 3) *L. Sal. em.* 11, 3. 4) *ibid.* 14, 11. 5) *ibid.* 14, 12.

5. De XXVI.[1] capitulo. Si[6] quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur. De hoc capitulo iudicatum est, ut, si infans infra duodecim annos res alterius iniuste sibi usurpaverit, eas, excepto fredo, cum lege sua conponat, et ita manniatur,[m] sicut ille manniri[n] [potest[o]] cui contra 5 legem fecit, et ita a comite ad mallum suum adducatur, sicut ille[n] adduci potest cui contra legem fecit. De hereditate vero paterna vel materna si aliquis eum[p] interpellare voluerit, usque ad spatium duodecim annorum expectare iudicatum[q] est.

6. Iudicatum[7] est ab omnibus, ut, si Francus homo[r] in servitio sponte sua[8] implicaverit se, ut, si res suas, dum in libertate sua permanebat, ad ecclesiam Dei aut 10 cuilibet legibus tradidit, ipse cui traditae fuerint eas[s] habere et tenere possit; et si filios vel filias, dum in sua fuit libertate, generavit,[s] ipsi liberi permaneant.

7. De XXXVII.[t] capitulo. Si[8] quis servus hominem ingenuum occiserit, ipse homicida pro medietate conpositionis parentibus hominis occisi tradatur, et aliam medietatem dominus servi se noverit solvi- 15 turum; aut si legem intellexerit, poterit se obmalare ut leodem[u] non solvat. Quia nullum de ecclesiastico aut beneficiario vel alterius personae[v] servo[w] discretionem lex facit, si ita ecclesiastici aut beneficiarii servi sicut liberorum tradi aut dimitti possunt, ad[x] interrogationem domni imperatoris reservare voluerunt.[x]

8. De XLVI. capitulo, id[9] est qui viduam in coniugium accipere vult, 20 iudicaverunt omnes,[y] ut non ita sicut in lege Salica scriptum est eam accipiat, sed cum parentorum consensu et voluntate, velut[z] usque nunc antecessores eorum fecerunt, in coniugium sibi eam sumat.

9. De XLVII. capitulo. De[10] eo qui villam alterius occupaverit. De hoc capitulo iudicaverunt, ut nullus villam aut res alterius[a] migrandi gratia per annos 25 tenere vel possidere possit; sed in quacumque die invasor illarum rerum interpellatus fuerit, aut easdem res quaerenti reddat aut eas, si potest, iuxta legem se defendendo sibi vindicet.

10. De affatomie[11] dixerunt quod traditio fuisset. De hoc capitulo iudicatum est, ut, sicut per longam consuetudinem antecessores eorum facientes habu- 30 erunt, ita et omnes qui lege Salica vivunt inantea habeant et faciant.

11. Et hoc iudicaverunt, ut, si servus cartam ingenuitatis adtulerit, si servus eiusdem cartae auctorem legitimum habere non potuerit, domino servi ipsam cartam falsare liceat.[12]

12. Et hoc iudicaverunt, ut omnis qui alteri aliquid quaerit licentiam habeat, 35 prius sua testimonia producere contra eum; et si ille cui quaeritur dixerit, quod legibus teneat ea quae tenet, et talia sunt testimonia qui hoc veraciter adfirmare possint, iudicaverunt, ut huius rei veritas secundum capitula domni imperatoris, quae prius pro lege tenenda constituit,[13] rei veritas conprobetur.

l) XXXVI. 1. 2. m) maniatur *et* maniri 3. n) manniri .... sicut ille *om.* 1. 2. o) potest *deest* 40 *etiam in cod.* 3. p) *deest* 3. q) iudicatus 1. 2. r) vel ingenua femina *add.* 1. 2. s) eas ... generavit *om.* 3. t) XXXVI. 1. 2. u) leadem 3. v) persona 1. 2. w) *deest* 3. x) ad int.... voluer. *om.* 1. 2. y) homines 1. 2. z) viro 1. 2. a) *deest* 3.

6) *ibid.* 26, 9. 7) *Cfr. l. Sal. emend.* 27, 3. 8) *L. Sal. emend.* 37, 8. 9) *ibid.* 46, 1. 10) *ibid.* 47, 4. 11) *ibid.* 48. 12) *Cfr. supra pag.* 114, *c.* 7. 13) *Capp. legib. add.* (*C.* 139), *c.* 10.

143. CAPITULA DE FUNCTIONIBUS PUBLICIS.

820 vel paullo post.

Inveniuntur in codicibus 1) *Paris.* 2718. *fol.* 73. 2) *in eodem codice iterum fol.* 110[v.] 3) *Paris. nouv. acquis. lat.* 204. *fol.* 23. 4) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 97. *In codicibus* 2. 3 *post missorum capitula supra pag.* 289 *edita leguntur; in cod.* 4 *subnectuntur sub numeris X—XIIII. novem capitulis ab episcopis ad Hludowicum Pium directis et infra Cap.* 178 *editis.*

Capitula edita sunt post magna illa capitularia anno 819 *promulgata et, ut capite quinto collegitur, uno anno post capitula legi Salicae Hludowico imperante addita (supra Cap.* 142*): quo certo anno vel loco, non constat.*

(B. I, 62; *P. I,* 228.*)*

Cap. 1. Ubi[a] telonea exigi et ubi non exigi debeant. Volumus[1] firmiter omnibus in imperio nostro nobis a Deo conmisso notum fieri, ut nullus teloneum exigat nisi in mercatibus ubi communia commertia[b] emuntur ac venundantur, neque in pontibus nisi ubi antiquitus telonea exigebantur, neque in ripis aquarum, ubi tantum naves solent aliquibus noctibus manere, neque in silvis neque in stratis neque in campis neque subter[c] pontem transeuntibus nec alicubi, nisi tantum ubi aliquid emitur aut venditur qualibet causa[d] ad communem usum pertinens. Et[2] ubi emptor[e] cuiuslibet utitur[e] herba aut lignis[f] aut aliis villaticis commodis,[f] cum eo cuius sunt quibus utitur agat iuxta aestimationem usus,[g] et quod iustum est de tali re illi persolvat. Quod si aliquis constituta mercata fugiens, ne teloneum[h] solvere cogatur, et extra praedicta loca aliquid emere voluerit et huiusmodi inventus fuerit, constringatur et debitum telonei persolvere cogatur. Et quisquis huiusmodi iusta telonea solvere declinantem susciperit sive celaverit, id secundum suam legem emendare conpellatur: is tamen quem[i] celavit debitum teloneum persolvat. Ceterum, sicut superius dictum est, nisi in memoratis locis nemo a quolibet exigat telonea; et si[k] fecerit contra haec praecepta nostra, sciat se esse damnandum LX summa solidorum.

2. De dispensa fidelium nostrorum: sive carris, sive sagmariis,[l] sive friskingis, sive aliis quibuslibet vehiculis, tam eorum qui nobis assidue in palatio deserviunt, quamque et eorum qui ad palatium eorum dispensam ducunt, nemo in pontibus neque[m] in navibus neque in quibuslibet aliis locis ab eis teloneum exigere praesumat; quod si fecerit, noverit se similiter LX[n] solidorum poena plectendum. Quod si aliquis repertus fuerit, qui ea quae praemissa sunt non ad suam dispensam nec ad proprios usus sed potius venundandi causa ea duxerit, noverit se, sicut superius[3] conpraehensum est, esse damnandum.

3. Nemo ex his qui pontes faciunt, aut de inmunitatibus aut de fiscis aut de liberis hominibus, cogantur pontaticum de eodem quem fecerunt ponte persolvere. Et

a) *Inscript. om.* 4. b) *deest* 2. 3. c) subtus 2. 3. d) res *add.* 2. e) *ita* 1. 4; emitur cuiuslibet ut iter agens 2; emit quislibet iter agens 3, *quod librarii emendatio esse videtur.* f) lignas aut alias villaticas commoda 3. g) huius 2; huius rei 3. h) telonea 2. 3. i) qui 2. 3. k) quis *add.* 4. l) saugumariis 4. m) nemo 2. 3. n) summa *add.* 1.

1) *Cfr. supra Cap. Hlud. leg. add.* 818. 819, *c.* 17. 2) *Cfr. supra Cap.* 20, *c.* 17; *Cap.* 57, *c.* 1. 3) *Capite primo.*

si forte quilibet voluerit ex propriis facultatibus eundem pontem emendare[o] vel reficere, quamvis de suis propriis rebus eundem pontem[o] emendet vel reficiat, non tamen de eodem ponte maiorem censum exigere praesumat, nisi sicut consuetudo fuit et iustum esse dinoscitur.

5 4. Omnibus notum sit, quia nolumus ut liber homo ad nostros[p] brolios[q4] operari cogatur; attamen de aliis publicis functionibus, quas solebant iuxta antiquam consuetudinem facere, nemo se pro hac causa excuset.

5. Generaliter omnes admonemus, ut capitula[5] que praeterito anno legis Salicae per omnium consensum addenda esse censuimus iam[r] non ulterius capitula sed tantum 10 lex dicantur, immo pro lege teneantur.[s]

o) emendare ... pontem *om.* 3. 4. p) *deest* 3. q) broilos 4. r) tamen 3. s) FINIT *add.* 1.

4) *Cfr. supra pag.* 87, *c.* 46. 5) *Supra Cap.* 142.

---

144. CAPITULA DE IUSTITIIS FACIENDIS.

circa a. **820.**

15 *Traduntur in codicibus Parisinis* 1) 2718. *fol.* 111 *et* 2) *nouv. acquis. lat.* 204 *fol.* 24, *in utroque subiuncta capitulis sub numero* 143 *editis. In utroque ipsis inscripta sunt verba:* 'Capitula legis Salicae addenda,' *haud dubie a librario quodam desumta e capite quinto quod in utroque codice et in editione nostra antecedit. Sed cum lege Salica minime haec capitula cohaerent et verba illa capitulis nostris antecedentia ad aliud capi-* 20 *tulare, ut supra monui, referenda sunt.*

Capitula ab imperatore statuta in codicibus inter Hludowici capitularia post alia anno 818. 819 *edita recensentur, et recte quidem; quo anno data sint, non liquet.*

(B. I, 605; *P. I,* 227.*)*

Cap. 1. Ut pagenses per sacramenta aliorum hominum causas[a] non inquirantur 25 nisi tantum dominicas.[a] Adtamen comes ille, si alicuius pauperis aut inpotentis personae causa fuerit, tunc comes ille diligenter, et tamen sine[b] sacramento, per veriores et meliores pagenses inquirat.

2.[c] Vult domnus imperator, ut in tale placitum[1] quale ille nunc[d] iusserit,[d] veniat unusquisque comes et adducat secum duodecim scabinos, si tanti fuerint: sin autem, 30 de melioribus hominibus illius comitatus suppleat numerum duodenarium; et advocati tam episcoporum, abbatum et abbatissarum cum[e] eis veniant.

3. Statuendum est, ut unusquisque qui censum regium solvere debet in eodem loco illum persolvat ubi pater et avus eius solvere consueverunt.

4. Si homini cuilibet causam suam in placito aut coram comite palatio[f] alius

35 a) *Intellegendum videtur* causis ... dominicis. b) dilige 2. c) *Codices numeris omissis litteras tantum* Cap. *capitulis praefigunt.* d) nuntius erit 2. e) ut 1. f) quaerenti *supplendum.*

1) *Cfr. supra Cap.* 80, *c.* 8 *et infra Cap.* 152.

fuerit inpedimento et causam eius iniuste disputando inpedierit,[2] tunc volumus, ut sive comes palatii seu comes ipse in comitatu suo iubeat eum exire foras; et si noluerit oboedire, tunc solvat bannum dominicum id est LX solidos et illi cui adversatus est donet wadium suum pro lege sua.

5. Volumus ut comes potestatem habeat in placito suo facere quae debet, nemine contradicente; et si aliter fecerit quam iuste, ad quem factum illud pertinet veniat in praesentiam nostram, et nos illi de eodem comite faciamus iustitiam.

2) *Cfr. supra Cap.* 39, *c.* 4 *et Cap.* 33, *c.* 9.

---

145. RESPONSA IMPERATORIS DE REBUS FISCALIBUS DATA.

circa 820. (823?)

Leguntur in codicibus Parisinis 1) 2718. *fol.* 111 *et* 2) *nouv. acq. lat.* 204. *fol.* 24, *capitulis quae in nostra editione antecedunt continuo subnexa. Quamobrem priores editores utramque capitulorum seriem pro uno capitulari habuerunt: minus vero recte. Nam nostrum* 'quartum capitulum' *probat, in capite quod hic sequitur primo initium capitularis esse faciendum: praeterea etiam capita sequentia ab antecedentibus omnino diversa sunt. Priora enim ab imperatore generaliter edicta sunt; posteriora responsa continent ad missi vel comitis cuiusdam interrogationes (c.* 3. 4*) data et ad res fiscales spectantia, similiter ut supra Cap.* 58.

Hludowici Pii esse capitula codices quibus traduntur suadere videntur et e capite tertio post annos 818. 819 *ipsa data apparent. E capite secundo fortasse collegi potest, responsa in Aquitaniam ab avo Hludowici Pippino rege occupatam esse directa (cfr. Einh. ann. ad a.* 767: *'Indeque Pippinus ad Garonnam fluvium accedens, castella multa.... cepit, inter quae praecipua fuere Scoralia, Torinna et Petrocia.') Quod si verum est, bene congruit hoc capitulare cum Hludowici praecepto anno* 823 *Compendii in palatio dato et inter Carpenterii formulas (Rozière nr.* 446; *Zeumer, form. imper.* 53, *pag.* 325*) tradito et hoc ipso anno scriptum haberi potest.*

(B. I, 606, *c.* 6; *P. I,* 227, *c.* 6.*)*

Vestitura[a] domni et genitoris nostri eo modo volumus ut teneatur, ubicumque esse dicitur, ut prius diligentissima investigatione perquiratur.[1] Et si invenitur esse iusta atque legitima, tunc vestitura dicatur; nam aliter ne vestitura nominari debet, sive sit in ecclesiasticis sive in palatinis rebus.

2. De proprio quod in castellis ab avo nostro conquisitis eo modo videtur nobis esse faciendum atque discernendum, ut illi tantum propriarum rerum sui potestatem non habeant, qui quamdiu potuerunt restiterunt et contra illorum voluntatem in potestatem avi nostri venerunt. Nam quicumque, sociis suis pertinaciter resistentibus, se dediderunt,[b] quamvis castellum per vim fuisset captum, proprie suum tamen in eo habere debent.

a) *Capitum numeri desunt in codd., capitibus autem litterae* Cap. *praefixae sunt.* b) didicerunt 1. 2.

1) *Cfr. Cap. leg. add.* 818. 819, *c.* 20; *Cap. per se scrib.* 818. 819, *c.* 6.

3. De rebus, unde domnus Karolus imperator legitimam vestituram habuit et hoc ita potest investigari ut secundum iustitiam ad nos debeant pertinere, nequaquam volumus, si nostri testes boni et idonei sunt, ut alii adversus eos in nostram contrarietatem consurgant;[2] adtamen in tua sit providentia ac fidelium nostrorum qui tecum 5 sunt, qui nostri testes esse debent, boni et veraces sint. Porro adversus ecclesiasticas res eadem sententia maneat, quae tempore domni[c] et genitoris nostri fuerant prolata: ut ecclesiarum[d] defensores res[e] suas contra suos adpetitores eadem lege defendant, qua ipsi vixerunt qui easdem res ecclesiis condonaverunt. Similiter et ecclesia eandem legem habeat adversum petitores suos, tantum salva nostra iustitia.

10 4. De quarto capitulo expectandum censuimus, donec cum plurioribus fidelibus nostris inde consideremus.

c) *verbum deest* 1. 2. d) ecclesiastici 2.

2) *Cap. legg. add.* 818. 819, *c.* 10.

---

146. CAPITULARE DE DISCIPLINA 15 PALATII AQUISGRANENSIS.

circa 820?

Legitur in codice Paris. 4788. *fol.* 114 *humiditate et vetustate ita affecto, ut iam Pertzius ante quinquaginta fere annos summo tantum et artificioso studio litteras legere posset, quae, ut ante hos quinque fere annos ipse cognovi, hodie etiam magis evanu-* 20 *erunt.*

De auctore et aetate huius capitularis admodum dubitari potest. Pertzius idem anno 809 *adscripserat, haud dubie falso, cum capite primo* 'dilecta coniux nostra' *commemoretur, Karoli autem coniux Liutgardis die quarto mensis Iunii anno* 800 *diem obisset neque postea imperator coniugem legitimam duxisset. Hanc fortasse ob causam* 25 *Baluzius capitula sub anno* 800 *recensuerat. Dubitari tamen potest, an Karolus huius capitularis auctor fuerit, cum melius Hludowico Pio ipsum tribuendum videatur. Nam Petrus et Gunzo qui capite secundo actorum in palatio Aquisgranensi habitantium mansiones inquirere iubentur iidem esse videntur, quos laudat Ermoldus Nigellus libro IV. v.* 459 *et* 460 *(Scr. II., p.* 510*) in festis ab Hludowico imperatore anno* 826 *in pa-* 30 *latio Ingelheim celebratis describendis:*

Pistorum Petrus hinc princeps et Gunzo coquorum
accelerant, mensas ordine more parant.

Num Ernaldus, qui negotiatorum mansiones capite eodem visitare iubetur, idem sit quem Pippinus Hludowici Pii filius in documento quodam (Pippini Aquitaniae regis 35 *diploma septimum apud Bouquet VI.* 666*),* 'Erlaldum genitoris nostri seniscalcum' *et ipsum paullo ante documentum illud ao.* 828 *datum 'finem vivendi fecisse' dicit, sane magis dubitari potest. Ut Hludowicum autem, qui palatii disciplinae reformandae admodum incubuit, teste vita Hludowici capite* 23 *(Scriptt. II,* 619*), capitularis auctorem habeamus, praeterea non solum ipsa praecepta eorumque dicendi ratio non dissuadent* 40 *sed suadet etiam codex Parisiensis, in quo capitulari nostro antecedit Augustini omelia, ante hanc vero omeliam capitularia Hludowici magna anno* 818. 819 *data posita sunt.*

(B. I, 341; *P. I,* 158.*)*

Unusquisque ministerialis palatinus diligentissima inquisitione discutiat primo homines suos et postea pares suos, si aliquem inter eos vel apud suos[a] igrotum[b] hominem vel meretricem latitantem invenire possit. Et si inventus homo aliquis vel aliqua femina huiusmodi fuerit, custodiatur, ne fugere possit, usque dum nobis adnuntietur. Et ille homo qui talem hominem vel talem feminam secum habuit, si se emendare noluerit, in palatio nostro observetur. Similiter volumus ut faciant ministeriales dilectae coniugis nostrae vel filiorum nostrorum.

2. Ut Ratbertus actor[c] per suum ministerium, id est per domos servorum nostrorum, tam in Aquis quam in proximis villulis nostris ad Aquis pertinentibus similem inquisitionem faciat. Petrus vero et Gunzo per scruas[1] et alias mansiones actorum nostrorum similiter faciant, et Ernaldus per mansiones omnium negotiatorum, sive in mercato sive aliubi negotientur, tam christianorum quam et Iudaeorum. Mansionarius autem faciat simili modo cum suis iunioribus per mansiones episcoporum et abbatum et comitum qui actores non sunt et vassorum nostrorum, eo tempore quando illi[d] seniores in ipsis mansionibus non sunt.

3. Volumus atque iubemus, ut nullus de his qui nobis in nostro palatio deserviunt aliquem hominem propter furtum aut aliquod[e] homicidium vel adulterium vel aliud aliquod crimen ab ipso perpetratum et propter hoc ad palatium nostrum venientem atque ibi latitare volentem recipere praesumat. Et si liber homo hanc constitutionem transgressus fuerit et talem hominem receperit, sciat se eundem hominem qui apud eum inventus fuerit in collo suo portare debere, primum circa palatium deinde ad cippum in quem idem malefactor mittendus est. Si autem servus fuerit qui hanc nostram iussionem servare[f] contempserit, similiter illum malumfactorem in collo suo usque ad cippum deportet, et ipse postea in mercatum[g] adducatur et ibi secundum merita sua flagelletur. * Similiter de gadalibus[2] et meretricibus volumus, ut apud quemcumque inventae fuerint ab eis portentur usque ad mercatum, ubi ipsae flagellandae sunt, vel, si noluerit, volumus ut simul cum illa in eodem loco vapuletur.

4. Quicumque homines rixantes in palatio invenerit et eos pacificare potuerit et noluerit, sciat damnum quod inter eos factum fuerit participem esse debere. Quod si rixantes viderit et eos pacificare non potuerit et qui sint illi qui inter se rixantur cognoscere noluerit ut hoc indicare possit, similiter volumus ut damnum quod inter eos commissum fuerit in conpositione communionem habeat.

5. Quicumque hominem undecunque ad palatium nostrum venientem receperit sive adduxerit nec expellere curaverit damnum quod hab eo fuerit in palatio nostro factum, aut eum praesentet aut, si praesentare non potuerit, damnum quod ipse fecerat pro ipso conponat.

6. Ut comites palatini omnem diligentiam adhibeant, ut clamatores postquamindiculum ab eis acceperint in palatio nostro non remaneant.[3]

7. Ut super mendicos et pauperes magistri constituantur qui de eis magnam curam et providentiam habeant, ut.... ores[h] et simulatores inter eos se celare non possint.

8. Ut omni hebdomada per diem sabbati agentes vel ministeriales nostri indicent, quid de hac inquisitione factum habeant et hoc quod nobis indicaverint sic diligenter ac veraciter habeant inquisitum et investigatum, ut, si nobis placuerit, in manu nostra valeant adfirmare, quod non aliud nobis nisi veritatem indicassent.

a) uos *c.* b) ignotum *Bal. fortasse recte;* aegrotum *coniecit P.* c) auctor *c.* d) illis *c.* e) aliquem *c.* f) severare *c.* g) marcatum *c.* h) *tres vel quatuor litteras iam P. legere non potuerat.*

1) *Screona, camera; cfr. Capit. de villis supra pag.* 87, *c.* 49. 2) *'Armoricis gadal est libidinosus.' Du Cange.* 3) *Cfr. capit. Aquisgr.* 810, *c.* 1; *supra pag.* 153.

147. CAPITULARE DE MONETA.

circa 820?

Cod. Paris 4788. *ultimis foliis* 117 *et* 118 *humiditate fere deletis capitularis cuiusdam reliquias servaverat, quas, postquam Baluzius de iis desperaverat, ante hos quinquaginta fere annos summa qua erat in codicibus legendis peritia descripserat Pertzius, quas ego vero ante hos quinque fere annos (partim remediis a Pertzio adhibitis) ita deletas inveni, ut perpaucas tantum litteras cognoscere mihi liceret. Quamobrem nil nisi Pertzii lecturam accurate repetere permissum est, litteris obliquis expressis, quae Pertzius aut ex coniectura suppleverat aut dubiae lectionis esse existimaverat.*

Pertzius hoc capitulare, qua quidem ratione ductus minime prodens, Karolo et anno 809 *adscripsit, minus recte ut mihi videtur. Anno enim exeunte* 805 *(Cap. Theodonisv.* 805. *II,* 18; *supra pag.* 125*) Karolus edixerat* 'ut nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro'; *item* 808 *(Cap. cum primis constit.* 808, *c.* 7, *supra pag.* 140): 'ut in nullo loco moneta percutiatur nisi ad curtem,' *quod confirmatur Capit. miss. Aquisgr. altero* 809, *c.* 7 *(supra pag.* 152) *quo denarius tantum ex* dominica *moneta commemoratur. Capitula autem nostra etiamsi mutila tamen docent (c.* 1. 5*), in* compluribus civitatibus *sub* comitum *custodia monetas percussas esse. Quod praeceptum ad Hludowici potius aetatem spectat, in cuius capitulari circa annum* 825. *dato (infra Cap.* 150*) cap.* 20 *imperator edicit:* 'sicut in capitulis, quae de hac re illis comitibus dedimus in quorum ministeriis moneta percutitur, constitutum est.' *Etiamsi in incerto relinquendum esse duco, an nostra capitula, quorum partem tantum ultima codicis Parisiensis folia tradidisse videntur, eadem sint quae ante tres fere annos comitibus data Hludowicus in isto cap.* 20. *respicit, tamen ea Hludowici aetati tribuenda esse admodum probabile mihi videtur, cum praesertim uti capitulare quod antecedit sic haec quoque capitula in codice Parisiensi Hludowici Pii capitularibus postposita sint. Certo pro Karoli aetate omnino nihil in capitulis pugnat.* *(B. deest; P. I,* 159.*)*

1. Cap. Haec[1] capitula in singulis locis observari debent *re* *Ut* civita*tis* illius moneta public*e* sub custodia comitis fiat.

2. Ut monetarii ipsi publice, nec loco alia nec infra nec extra illam civitatem nisi constituto eis loco, monet*am facere*[a] praesumant.

3. Si inventus quisquam fuerit aut ex ipsis	aut alia quaelibet persona in ipso pago	*linea* 1. 2.
monetam faciens cum omnem	substantiam eius et totam	3. 4.
m		5. 6.
amplius	opus accipiat nihil	7. 8.
4. Ut *moneta*rii monete batere	non possint; ideo volumus ut *comes*	9. 10.
h is inquisit*um*		11. 12.
	t per hoc *est* falsat	13. 14.
et proclam		15.
5. *nihil* et cum piscibus	*ri*atur corium in dorso	16. 17.
et capite et	scribatur ei in facie:[2] falsator monetae;	18. *fol. ult. l.* 1.

a) non *add. P., sed contra schedas ab eo descriptas.*

1) *Verba 'Haec ... debent' pro capitularis inscriptione habenda videntur.* 2) *Cfr. Karoli Calvi de moneta edictum Carisiacense a.* 861. *(Pertzii edit. I, p.* 477.*)*

in ceteris vero civitatibus ubi *conces*	*sum* non est moneta , simili ratio-	2. 3.
ne comes s monetariorum	ipse comes non solum	4. 5.
que facienti	ad solicitudinem comes et me	6. 7.
optineat ut ipse per pares	suos vel negotiatores huc illucque	8. 9.
discurrentes inquirat *ob*		10. 11.
	ferat	12. 13.
auct	*substan*tiae subiacere	14. 15.
statutum in	praesum	16. 17.

---

148. CAPITULA MISSORUM.

821.

Ab Ansegiso tantum servata et ab eo in libro quarto (c. 1 — 12*) inter mundana capitula ante capitularia magna annis* 818. 819 *edita collocata sunt. Sed e capite sexto emanat, capitulare hoc quinquennio post placitum Compendii ab imperatore habitum fuisse conceptum, quod Hludowicus annalibus testibus vere habuit mense Novembri anno* 816; *ad huius capitularis Compendiensis caput quintum (supra pag.* 258*) Hludowicus in hoc missorum capitulo sexto imperator respicit. Capitulare missis fuisse datum, potissimum capita* 2. 4. 7. 11. 12 *produnt; capitula* 7. 8. 10. 11 *ad Francorum regni partem occidentalem et Aquitaniae Pippino filio subditae finitimam spectare videntur.*
(B. apud Anseg.; P. I, 230.*)*

Si servi per contumatiam collecta multitudine alicui vim intulerint, id est aut homicidium aut incendium aut qualiumcumque rerum direptiones fecerint, domini quorum negligentia hoc evenit, pro eo quod eos constringere noluerunt, ut talia facere non auderent, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, solvere cogantur.

2. De[1] rebus sive mancipiis, quae dicuntur a fisco nostro esse occupata, volumus ut missi nostri inquisitionem faciant sine[2] sacramento per veratiores homines pagi illius circummanentes, et quicquid de hac causa verius ac certius investigare potuerint ad nostram faciant pervenire notitiam, ut nos tunc definiamus, quicquid nobis iustum esse videatur.

3. Si[3] servi vel ecclesiastici vel quorumlibet liberorum hominum in fiscum nostrum confugerint et a dominis vel advocatis eorum repetiti fuerint, si actor fisci nostri intellexerit, quod eos iuste non possit tenere ad nostrum dominium, eiciat illos de eodem fisco et recipiant eos domini eorum. Et si eidem actori visum fuerit, quod ad nostrum debeant pertinere dominium, expellat eos de eodem fisco et, postquam ab eisdem repetitoribus fuerint recepti, habeat cum eis legitimam actionem et sic eos, si poterit, ad nostram evindicet possessionem.

4. De vassis nostris, qui ad marcam nostram constituti sunt custodiendam aut in longinquis regionibus sua habent beneficia vel res proprias vel etiam nobis assidue in palatio nostro serviunt[4] et ideo non possunt assidua custodire placita: quam

1) *Cfr. Legatio missorum, supra Cap.* 141, *c.* 1. 2. 2) *Cfr. supra Cap.* 144, *c.* 1. 3) *Cap. per se scrib.* 818. 819, *c.* 6. 4) *Cfr. supra Cap.* 143, *c.* 2.

rem volumus ut missi nostri vel comes nobis notam faciant, et nos faciemus, ut ad eorum placita veniant.

5. Volumus, ut comites qui ad custodiam maritimam deputati sunt, quicumque ex eis in suo ministerio residet, de iustitia facienda se non excuset propter illam custodiam, sed si ibi secum suos scabineos habuerit, ibi placitum teneat et iustitiam faciat.

6. De his qui se dicunt propter incestum[5] res proprias amisisse constitutum est ut, si ante proximum quinquennium, quando placitum nostrum habuimus in Compendio,[6] easdem res amiserunt, non eis restituantur.

7. De coniurationibus servorum[7] quae fiunt in Flandris et Menpisco et in caeteris maritimis locis volumus ut per missos nostros indicetur dominis servorum illorum, ut constringant eos, ne ultra tales coniurationes facere praesumant; et ut sciant ipsi eorundem servorum domini, quod, cuiuscumque servi huiuscemodi coniurationem facere praesumpserint postquam eis haec nostra iussio fuerit indicata, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, ipse dominus persolvere debeat.

8. De terra in litore maris, ubi salem faciunt, volumus ut aliqui ex eis veniant ad placitum[a] nostrum, et ratio eorum audiatur, ut tunc secundum aequitatem inter eos definire valeamus.

9. Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam[8] partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant. Et de his rebus quas is qui illud beneficium habuit aliunde adduxit vel conparavit vel ei ab amicis suis conlatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum quam ad uxores eorum pervenire.

10. De aggeribus iuxta Ligerim faciendis, ut bonus missus eidem operi praeponatur, et hoc Pippino per nostrum missum mandetur, ut et ille ad hoc missum ordinet, quatenus praedictum opus perficiatur.

11. De duodecim pontibus super Sequanam[9] volumus, ut hi pagenses qui eos facere debent a missis nostris admoneantur, ut eos celeriter restaurent et ut eorum vanae contentioni non consentiant, quando dicunt se non aliubi eosdem pontes facere debere nisi ubi antiquitus fuerant; sed ibi ubi nunc necesse est, eosdem pontes facere iubeantur.

12. De omnibus pontibus per regnum nostrum faciendis in commune missi nostri admoneant, ut ab ipsis restaurentur qui eos facere solebant.

a) palatium *alii codd.*

5) *Cfr. supra Cap.* 13, *c.* 1. 6) *Supra Cap. Comp.* 816 *(Cap.* 134*), c.* 5. 7) *Cfr. supra p.* 124, *c.* 10. 8) *Lex Ribuar.* 37, 2. *Capitulum allegatur a Flodoardo in hist. Remensi c.* 85. 9) *Ponts sur Seine, in pago Trecensi; cfr. Bouquet VIII, pag.* 597, *num.* 194.

149. CAPITULARE DE MONASTERIO S. CRUCIS PICTAVENSI.

822—824.

A Mabillonio primo editum est in analectorum veterum tomo primo pag. 299 *(ed. prima) e codice Pictavensi, qui dicitur testamentum Radegundae. Quam principem editionem saepe ab aliis typis impressam ego quoque secutus sum. Apud Mabillonem capitulari inscriptum est:* 'Capitulare de monasterio sanctae Crucis, quod est situm intra Pictavensem urbem, quod piissimus imperator Lugdovicus fieri praecepit atque ut idem ab omnibus observaretur glorioso filio suo Pippino commisit.'

Monasterium puellarum S. Crucis in Pictavorum urbe a beata Radegunda conditum saeculo nono valde excelluit. Capitulare hoc a Hludowico imperatore editum est, postquam ipse Pippinum filium anno 817 *regem nominavit et Aquitaniae praefecit. In Pippini documento anno* 825 *die primo mensis Aprilis dato (Bouquet VI,* 663*) huius capitularis iam ratio haberi videtur, ut non multo ante ipsum annum capitulare editum credi possit.* *(B. I,* 629; *P. deest.)*

Ut a nemine praedictae sanctimoniales opprimantur iniuste vel condemnentur, ab ipso domno Pippino rege provideatur.

2. Ut a nemine temporale servitium exterius ullo modo quaeratur, nisi quantum ab eis quaesivi[1] postquam eas sub regulari norma vivere constitui.[2]

3. Similiter ut res monasterii, quas modo habent, non prius ab ullo auferantur quam aut ante domnum Pippinum aut ante comitem palatii illius praefata ratio reddatur.

4. Ut temporale servitium in opere femineo ab eis ad partem dominicam nullatenus quaeratur: quia si hoc fieri coeperit, omnino ordo regularis stare non poterit.

5. De caeteris vero quaestionibus, quas aut alii ab ipsis aut ipsae quaerunt ab aliis, secundum consuetudinem ante comitem vel vicarios eius iustitiam reddant et accipiant; tantum ut iuste fiant.

6. Ut omnino caveatur ne ultra centenarium numerum congregatio illa per cuiuscunque petitionem multiplicetur.

7. Ut omnino provideatur ne clericorum numerus plus quam XXX augeatur;[3] et ipsi per omnia ad dictam congregationem sanctae crucis honeste et perfecte obedientes sint atque subiecti.[4] Sin autem, liber discedat, colonus autem vel servus ad naturale servitium, velit nolit, redeat.

8. Item, si quando necesse fuerit, per iussionem domni Pippini regis Ramnulfum specialiter missum habeant; quando vero necesse non fuerit, advocatus earum per se iustitiam faciat et accipiat.

1) *Cfr. infra in notitia de servitio monasteriorum (Cap.* 171*) tertiae classis monasteria Aquitanica.* 2) *Circa annum* 817 *monasterium secundum regulam Benedicti reformatum est.* 3) *Mabillon hic de canonicis ecclesiae Radegundae in Pictavorum suburbio sitae agi credit.* 4) *Mabillon aliique hoc loco nonnulla omissa esse in codice crediderunt. Quod non mihi videtur; intellegendum est: si obedire nolunt, liber quidem clericus discedat, colonus autem vel servus in prioris domini potestatem redeat.*

150. ADMONITIO AD OMNES REGNI ORDINES.

823—825.

Legitur in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52 *folio* 98 *inscripta:* 5 'Prelocutio domni Hludowici imperatoris ad episcopos et omnem populum,' *et capitibus viginti divisa. Retinui autem capitum distinctionem a Pertzio factam, etiamsi interdum ea discrepat a codice et ab Ansegiso, qui libro secundo admonitionem recepit.*

Capitularis aetas eo circumscribitur, quod episcoporum quoddam caput anno 822 *Attiniaci datum* (*infra Cap.* 174) *capite nostro sexto tamquam* 'preterito tempore pro-10 missum' *allegatur et quod Ansegisi collectio anno* 827 *confecta est. A Cointio et ab aliis capitulare placito Aquisgranensi anno* 825 *mense Augusto adscribitur, fortasse recte; certe cum sequens missorum capitulare admonitioni aequale videatur, non post annum* 825 *ipsa data habenda erit.* (*B. apud Ans.; P. I,* 243.)

Omnibus vobis aut visu aut auditu notum esse non dubitamus, quia genitor 15 noster et progenitores, postquam a Deo ad hoc electi sunt, in hoc praecipue studuerunt, ut honor sanctae Dei ecclesiae et status regni decens maneret. Nos etiam iuxta modum nostrum eorum sequentes exemplum saepe vestram devotionem de his admonere curavimus et Deo miserante multa iam emendata et correcta videmus, unde et Deo iustas laudes persolvere et vestrae bonae intentioni multimodas debemus gratias referre.

20 2. Sed quoniam complacuit divinae providentiae nostram mediocritatem ad hoc constituere, ut sanctae suae ecclesiae et regni huius curam gereremus, ad hoc certare et nos et filios ac socios nostros diebus vitae nostrae optamus, ut tria specialiter capitula et a nobis et a vobis, Deo opem ferente, in huius regni administratione specialiter conserventur: id est ut defensio et exaltatio vel honor sanctae Dei ecclesiae et servo-25 rum illius congruus maneat et pax et iustitia in omni generalitate populi nostri conservetur. In his quippe maxime studere et de his in omnibus placitis, quae vobiscum Deo auxiliante habituri sumus, vos admonere optamus, sicut debitores sumus.

3. Sed quamquam summa huius ministerii in nostra persona consistere videatur, tamen et divina auctoritate et humana ordinatione ita per partes divisum esse cognosci-30 tur, ut unusquisque vestrum in suo loco et ordine partem nostri ministerii habere cognoscatur; unde apparet, quod ego omnium vestrum admonitor esse debeo, et omnes vos nostri adiutores esse debetis. Nec enim ignoramus, quid unicuique vestrum in sibi commissa portione conveniat, et ideo praetermittere non possumus, quin unumquemque iuxta suum ordinem admoneamus.

35 4. Sed quoniam scimus, quod specialiter pertineat ad episcopos, ut primum ad sacrum ministerium suscipiendum iuste accedant et in eodem ministerio religiose vivant et tam bene vivendo quam recte praedicando populis sibi commissis iter vitae praebeant et ut in monasteriis in suis parroechiis constitutis sancta religio observata fiat et ut unusquisque iuxta suam professionem veraciter vivat, curam impendant, omnes vos in 40 hoc sacro ordine constitutos et officio pastorali functos monemus atque rogamus, ut in hoc maxime elaborare studeatis et[a] per vosmetipsos et per vobis subiectos, quantum ad vestrum ministerium pertinet, nobis veri adiutores in administratione ministerii nobis commissi existatis, ut in iuditio non condemnari pro nostra et vestra neglegentia, sed

a) ut *c. Bl.*

potius pro utrorumque bono studio remunerari mereamur. Et ubicumque per neglegentiam abbatis aut abbatissae vel comitis sive vassi nostri aut alicuius cuiuslibet personae aliquod vobis difficultatis in hoc apparuerit obstaculum, nostrae dinoscentiae id ad tempus insinuare non differatis, ut, nostro auxilio suffulti, quod vestra auctoritas exposcit, famulante ut decet potestate nostra, facilius perficere valeatis. 5.

5. De sacerdotibus vero ad vestram curam pertinentibus magnum adhibete studium, ut, qualiter vivere debeant et quomodo populis ad suae portionis curam pertinentibus exemplo et verbo prosint, a vobis cum magna cura edoceantur[b] et admoneantur et, ut id facere studeant, vestra pontificali auctoritate constringantur; quicquid autem in illis a populis iuste reprehenditur, in exemplo propriae conversationis vestra providentia corrigere non neglegat. Ne vero ecclesiae illis commissae in restauratione aut in luminariis iuxta possibilitatem rerum ab illis neglegantur, vestra nihilominus invigilare debet sollertia; et sicut alios prohibetis, ne de mansis ad ecclesiae luminaria datis aliquid accipiant, sic et vos et vestri archidiaconi de eisdem mansis nihil accipiendo aliis exemplum praebeatis, sed potius ad id ad quod dati sunt servire concedantur, ut totum, sicut dictum est, in restauratione ecclesiarum et luminaribus vestra auctoritate et studio cedere possit. 10. 15.

6. Scolae sane ad filios et ministros ecclesiae instruendos vel edocendos, sicut nobis praeterito tempore ad Attiniacum promisistis[1] et vobis iniunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum est, ad multorum utilitatem et profectum a vobis ordinari non neglegantur. 20.

7. Vobis vero comitibus dicimus vosque commonemus, quia ad vestrum ministerium maxime pertinet, ut reverentiam et honorem sanctae Dei ecclesiae exhibeatis et cum episcopis vestris concorditer vivatis et eis adiutorium ad suum ministerium peragendum praebeatis et ut vos ipsi in ministeriis vestris pacem et iustitiam faciatis et, quae nostra auctoritas publice fieri decernit, ut in vestris ministeriis studiose perficiantur attendite. 25.

8. Proinde monemus vestram fidelitatem, ut memores sitis fidei nobis promissae et in parte ministerii nostri vobis commissi, in pace scilicet et iustitia facienda, vosmetipsos coram Deo et coram hominibus tales exhibeatis, ut et nostri veri adiutores et populi conservatores iuste dici et vocari possitis; et nulla quaelibet causa, aut munerum acceptio aut amicitia cuiuslibet vel odium aut timor vel gratia, ab statu rectitudinis vos deviare compellat, quin inter proximum et proximum semper iuste iudicetis. Pupillorum et viduarum vero et ceterorum pauperum adiutores ac defensores et sanctae ecclesiae vel servorum illius honoratores iuxta vestram possibilitatem sitis. Illos quoque qui temeritate et violentia in furtis et latrociniis sive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur vestro studio et correctione, sicut decet, compescite. Et si aliqua persona in aliquo vobis impedimentum fuerit, quin ea quae dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat, ut nostra auctoritate adiuti ministerium vestrum digne adimplere possitis. 30. 35. 40.

9.[c] Omnes vero laicos monemus, ut honorem ecclesiasticum conservent et dignam venerationem episcopis et Dei sacerdotibus exhibeant et ad eorum praedicationem cum suis devote occurrant et ieiunia ab illis communiter indicta reverenter observent et suos observare doceant et compellant. Et ut etiam dies dominicus, sicut decet, et honoretur et colatur, omnes studeant; et ut liberius fieri possit, mercata et placita a comitibus, sicut saepe[2] admonitum fuit, illo die prohibeantur. 45.

b) et doceantur *c.* c) *capitis incisio in cod. Blank. post verbum demum* compellant *habetur.*

1) *Anno* 822 *in capitulis infra inter additamenta editis (Cap.* 174.*)* 2) *Exempli gratia supra p.* 61, *c.* 81; *pag.* 149, *c.* 8; *pag.* 174, *c.* 15.

10. Abbatibus quoque et laicis specialiter iubemus, ut in monasteriis quae ex nostra largitate habent episcoporum consilio et documento ea quae ad religionem canonicorum, monachorum, sanctimonialium pertinent peragant et eorum salubrem admonitionem in hoc libenter audiant et oboediant.

5 11. Episcopis iterum, abbatibus et vassis nostris et omnibus fidelibus laicis dicimus, ut comitibus ad iustitias faciendas adiutores sitis.

12. Episcopi vero vel comites ad invicem et cum ceteris fidelibus concorditer vivant et ad sua ministeria peragenda vicissim sibi adiutorium ferant.

13. Omnibus etiam generaliter dicimus, ut caritatem et pacem ad invicem habea-10 tis et generalem iussionem nostram generaliter observare decertetis et missis nostris, pro qualicumque scilicet aut ecclesiastica aut publica utilitate vel oportunitate a nobis directis, nostri honoris causa honorem exhibeatis et propter nostrae auctoritatis venerationem ea quae per illos iniungimus agere non neglegatis.

14. Et quoniam, sicut diximus,[3] unusquisque vestrum partem ministerii nostri 15 per partes habere dinoscitur, volumus studere, aut[d] per clamatores aut per alia quaelibet certa inditia aut per missos nostros quos ad hoc ordinaverimus, qualiter unusquisque in hoc certare studuerit, et per commune testimonium, id est episcoporum de comitibus, comitum de episcopis, comperire, qualiter scilicet comites iustitiam diligant et faciant, et quam religiose episcopi conversentur et praedicent, et amborum relatu de 20 aliorum fidelium in suis ministeriis consistentium aequitate et pace atque concordia cognoscere. Similiter etiam volumus, ut omnes illis et illi omnibus, de communi societate et statu a nobis interrogati, verum testimonium sibi mutuo perhibere possint.

15. Et si talis causa in qualibet provincia aut in aliquo comitatu horta fuerit, quae aut ad inhonorationem regni[4] aut ad commune damnum pertineat, quae etiam 25 sine nostra potestate corrigi non possit, nos diu latere non permittatis, qui omnia Deo auxiliante corrigere debemus: quia, quicquid hactenus in his, quae ad pacem et iustitiam totius populi pertinent et ad honorem regni et communem utilitatem, aut a nobis aut a vobis neglectum est, debemus Deo auxiliante certare, qualiter abhinc nostro et vestro studio emendatum fiat.

30 16. De pace vero in exercitali itinere servanda usque ad marcham hoc omnibus notum fieri volumus, quod, quicumque auctorem damni sibi praeterito anno[5] inlati nominatim cognoscit, ut iustitiam de illo quaerat et accipiat.[6]

17. Deinceps tamen omnibus notum fore volumus, ut cognoscat unusquisque[e] omnes qui in suo obsequio in tali itinere pergunt, sive sui sint sive alieni, ut ille de 35 eorum factis rationem se sciat redditurum, et quicquid ipsi in pace violanda delinquerint, ad ipsius debet plivium pervenire; ea scilicet conditione, ut pacis violator primum iuxta facinoris qualitatem sive coram nobis sive coram misso nostro dignas poenas persolvat, et senior qui talem secum duxerit, quem aut constringere noluit aut non potuit, ut nostram iussionem servaret et insuper in nostro regno praedas facere non 40 timeret, pro illius neglegentia, si[f] ante eum de his non admonuerit et, postquam neglegentia[f] contemptoris ad eius notitiam pervenerit, eum corrigere sicut decet neglexerit, honore suo privetur, ut scilicet neuter illorum sine iusta vindicta remaneat.

18. De inhonoratione quoque regis et regni et mala fama in exteras nationes dispersa, propter neglegentiam eorum qui legationes ad nos directas in suis mansionibus 45 aut male recipiunt aut constitutam a nobis expensam[7] non tribuunt aut parvareda dare

d) et ut aut *cod. Bl.* e) quia *add. c.* f) si ... negleg. *om. c.*

3) *Capite tertio.* 4) *Cfr. infra c.* 18. 5) *Hoc non de certi cuiusdam anni expeditione, ut nonnulli scriptores credunt de expeditione Britannica anni* 824 *cogitantes, sed generaliter intellegendum videtur.* 6) *Cfr. supra pag.* 160, *c.* 4. 7) *De missorum dominicorum dispensa cfr. supra cap. missor.* 818. 819, *c.* 29.

nolunt aut furto[g] aliquid eis subripiunt aut, quod perpessimum est, apertas violentias, eos caedendo et res eorum diripiendo, in ipsis exercere non pertimescunt, hoc omnibus notum esse volumus, quod quicumque ex his qui honores nostros habent abhinc hanc neglegentiam emendare non certaverit et suos homines, qui eius vice hoc agere debent, ut id bene perficiant, non instruxerit aut constrinxerit, ut ulterius illud neglegere non praesumant, et honorem nostrum et regni nobis commissi custodire contempserit, nec nostrum nec regni nostri honorem ulterius volumus ut habeat. Sed volumus ut unusquisque fidelium nostrorum procuratores rerum suarum de his specialiter instruat, ut, quandocumque et undecumque legatio advenerit, et aut litteras aut missum nostrum viderint,[8] honorifice illum in omni loco imperii nostri propter nostrum et totius regni honorem omnes suscipere valeant.

19. In illis vero locis, ubi modo via et mansionatici a genitore nostro et a nobis per capitulare[9] ordinati sunt, missos ad hoc specialiter constitutos; qui hoc iugiter providere debeant, habeant,[h] ut omnia quae ad easdem legationes suscipiendas pertinent fideles nostri ad hoc constituti ad tempus praeparare studeant, ut non tunc sit necesse de longe quaerere aut adducere, quando tempus est illud dare vel persolvere; in ceteris vero locis per totum imperium nostrum unusquisque fidelium nostrorum et per se et per ministros suos, sicut diximus, sedulam vigilantiam adhibeat.

20. De moneta vero, unde iam per tres annos et ammonitionem fecimus et tempus quando una teneretur et aliae omnes cessarent constituimus,[10] hoc et omnibus notum esse volumus, quoniam, ut absque ulla excusatione cito possit emendari, spatium usque ad missam sancti Martini[11] dare decrevimus, ut unusquisque comitum in suis ministeriis de hoc iussionem nostram tunc possit habere adinpletam; quatenus ab illa die non alia, sed illa sola per totum regnum nostrum ab omnibus habeatur, iuxta illam constitutionem, sicut in capitulis,[12] quae de hac re illis comitibus dedimus in quorum ministeriis moneta percutitur, constitutum est. Quia tunc volumus missos nostros huius rei gratia dirigere per singulos comitatus, qui diligenter inquirant, qualiter comites in hoc nostram iussionem adimplere certaverint. Et quicumque neglegens inde inventus fuerit, volumus ut ante nostram praesentiam quantotius venire iubeatur et rationem reddat, utrum hoc quod iussimus facere noluerit aut non potuerit aut, si aliqua re praepediente id facere non potuit, cur nobis ipsam impossibilitatem ad tempus non adnuntiavit. Quia, si ipse aut non voluit aut suae neglegentiae causa non potuit, nos talem invenire volumus, qui hoc quod iubemus servare velit et possit. Ut autem iussio nostra in hac re citius impleatur, volumus ut, quicumque ab illa die alium denarium negotiandi causa protulerit, a comite et ministris eius auferatur ab eo.

21. Similiter quoque de iniustis teloneis, de quibus, qualiter ab omnibus observandum esset, et capitulis constituimus[13] et creberrimas admonitiones fecimus, praedicti missi nostri volumus ut inquisitionem faciant, a quibus nostra iussio in hoc adimpleta, a quibus quoque sit neglecta; et eum qui aut implere neglexit aut distulit ad nostram volumus ut veniat iussus praesentiam, ut cito rationem de his, sicut superius[14] diximus, reddat; et si culpabilis inventus fuerit, dignam correctionem accipiat, ut ceteris neglegentibus exemplum terroris praebeat.

22. Ut ubi pontes antiquitus fuerunt et in his locis ubi tempore genitoris nostri

g) forte *c.* h) *deest c.*

8) *Capp. legg. add.* 818. 819, *c.* 16. 9) *Non nobis servatum est.* 10) *Constitutio haec deperdita videtur; cfr. autem etiam Capp. legibus addita a.* 818. 819, *c.* 18. 11) 11. *Novembr.* 12) *Capitula comitibus data fortasse capitulari de moneta supra (p.* 299*) edito continentur.* 13) *Capp. legibus add. a.* 818. 819, *c.* 17; *Capp. de function. publ. circa* 820, *c.* 1, *supra pag.* 294. 14) *Capite* 20.

ipso iubente diversarum necessitatum causa facti sunt, omnino absque ulla dilatione ab his qui eos tunc fecerunt, restituantur et renoventur,[15] ita ut ad missam sancti Andreae[16] restaurati fiant, nisi forte aut ipsa operis magnitudo aut aquarum in quolibet[i] inundatio hoc prohibeat; aliter vero nullus qualibet occasione hoc neglegere aut differre praesum-5 mat, quin ad praedictum tempus adimpletum fiat. Et missi nostri, quorum superius mentionem fecimus, volumus ut renuntient, in quibus locis nostra iussio impleta, in quibus sit neglecta aut aliqua inpossibilitate vel certa ratione dilata.

23. De nonis quidem et decimis, unde et genitor noster et nos frequenter et in diversis placitis admonitionem fecimus et per capitularia nostra[17] qualiter haec observa-10 rentur ordinavimus, volumus atque iubemus, ut de omni conlaboratu et de vino et foeno fideliter et pleniter ab omnibus nona et decima persolvatur; de nutrimine vero pro decima, sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Si quis tamen episcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in sua maneat potestate, iuxta quod ei et illi qui hoc persolvere debet convenerit.

15 24. Similiter quidem de operibus in restauratione ecclesiarum, sive in faciendo, sive in redimendo, episcopalis potius sequatur voluntas; nullatenus tamen remaneat, quin, sicut a nobis saepe iussum est, hoc aut illud partibus ecclesiarum persolvatur. Et hoc omnibus notum sit, quia quicumque neglegenter exinde egerit et coram nobis exinde neglegens repertus fuerit, illud volumus omnino ut subeat, quod in nostro ca-20 pitulari de hac re communi consultu fidelium nostrorum ordinavimus.[17]

25. Comites vero ministris ecclesiae in eorum ministeriis, ut hoc plenius et de nostris et de se et de suis hominibus obtinere possint, adiutores in omnibus fiant; et quicumque prima et secunda vice de his a comite admonitus non se correxerit, volumus ut per eundem comitem eius neglegentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostra 25 auctoritate quod in nostro capitulari continet, subire cogatur.

26. Volumus etiam, ut capitula quae nunc et alio tempore consultu fidelium nostrorum a nobis constituta sunt a cancellario nostro archiepiscopi et comites eorum de propriis civitatibus modo, aut per se aut per suos missos, accipiant, et unusquisque per suam diocesim ceteris episcopis, abbatibus, comitibus et aliis fidelibus nostris ea 30 transcribi faciant et in suis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio et voluntas nota fieri possit. Cancellarius tamen noster nomina episcoporum et comitum qui ea accipere curaverint notet et ea ad nostram notitiam perferat, ut nullus hoc praetermittere praesumat. Vassi quoque[k] nostri nobis famulantes volumus ut condignum apud omnes habeant honorem, sicut a genitore nostro et a nobis saepe 35 admonitum est.[18]

i) quolibet *usque* nullus *om. c.*. k) et vassalli *add. Anseg.*

15) *Cfr. supra cap. missor. a.* 821, *c.* 12; *pag.* 301. 16) 30. *Novembr.* 17) *Cfr. capp. per se scrib.* 818. 819, *c.* 5. 18) *Cfr. etiam capit. compluria italica supra pag.* 207, *c.* 9; *pag.* 210, *c.* 10 *et infra Cap.* 159 *c.* 3.

151. COMMEMORATIO MISSIS DATA.

825 ante mensem Novembrem?

Traditur apud Ansegisum tantum libro II, capp. 25 — 27 *continuo subnexa admonitioni proxime antecedenti.*

Admonitionis capitulis 14. 20. 21 *imperator missos se in regnum dirigere velle edicit, qui in capite* 20 ('quia tunc volumus missos nostros dirigere') *mense Novembri iter suum agere iuberi videntur. His missis hanc commemorationem, quae in pluribus, ut infra adnotavi, admonitioni respondet, datam esse, vix dubitaverim. Inter missos primo capite enumeratos Haistulfus quoque archiepiscopus Moguntinus nominatur; qui cum die* 28. *m. Ianuarii anno* 826 *mortuus sit, commemoratio non post annum* 825 *scripta esse potest.* *(B. apud Ans.; P. I,* 246, *c.* 1 — 3.)

1.[a] In Vesontio, quae est diocesis Bernoini archiepiscopi, Heiminus[1] episcopus et Monogoldus comes. In Mogontia, quae est diocesis Heistulfi archiepiscopi, idem Heistulfus episcopus[2] et Ruodbertus comes. In Treveris Hetti[3] archiepiscopus et Adalbertus comes. In Colonia Hadaboldus[4] archiepiscopus et Eemundus comes. In Remis Ebo[5] archiepiscopus, quando potuerit; et quando ei non licuerit,[6] Ruothadus episcopus[7] eius vice et Hruotfridus comes sint super sex videlicet comitatus, id est Remis, Catolonis, Suessionis, Silvanectis, Belvacus et Laudunum; super quatuor vero episcopatus qui ad eandem diocesim pertinent, id est Noviomacensem, Ambianensem, Tarvanensem et Camaracensem, Ragnarius[8] episcopus et Berengarius comes. Senones Hieremias archiepiscopus[9] et Donatus comes. Rothomagum Willibertus archiepiscopus[10] et Ingobertus comes. Turones Landramnus archiepiscopus[11] et Hruodbertus comes. Lugdunum, Tarantasia et Vienna Albericus episcopus[12] et Rihhardus comes.[13].

2. Commemoratio, quid ad praedictorum missorum legationem pertineat. Primo ut conventum in duobus aut tribus locis congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes convenire possint; et omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eorum legatio: scilicet ad hoc esse se a nobis missos constitutos, ut, si quilibet episcopus aut comes ministerium suum per quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat et cum eorum adiutorio ministerium suum adimpleat; et si talis causa fuerit quae per eorum admonitionem emendari non possit, per eos ad nostram notitiam deferatur.[14] Et si forte episcopus aut comes aliquid negligentius in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur.[15] Et omnis populus sciat, ad hoc eos esse constitutos, ut, quicumque per neglegentiam aut incuriam vel impossibilitatem comitis iustitiam suam adquirere non potuerit, ad eos primum querelam suam possit

a) De nominibus locorum in quibus missi dominici legatione funguntur *rubricam finxit Anseg.*

1) *Ignotus, non Lausannensis, ut Cointius coniecit; Heimini et Monoaldi missaticum commemoratur infra Cap.* 155, *c.* 5. 2) 813 — 826. 3) 814 — 847. *Hetti et Adalbertum munere missorum fungi videmus in formula imperiali edita a Zeumero pag.* 293, *num.* 9. 4) 819 — 842. 5) 816 — 835 (847.) 6) *Inde ab a.* 822 *praedicandi gratia apud Danos saepe versatus.* 7) *Suessionensis* 802 — 832. 8) *Noviomacensis* 817 — 829. 9) *Senonensis* 818 — *Decemb.* 827. 10) *Rotomagensis* 800 (?) — 828. 11) *Turonensis* 816 — 835. 12) *Lingonensis* 820 — 838. 13) *Missatica commemorata Aquitaniam, Baiwariam, Italiam, quae regni partes Hludowici filiis ad regendum commissae erant, non amplectuntur.* 14) *Cfr. supra* (*Cap.* 150) *admonitionis ad omnes regni ordines c.* 8. 15. 15) *ibidem c.* 20. 21.

deferre et per eorum auxilium iustitiam adquirere et, quando aliquis ad nos necessitatis causa reclamaverit, ad eos possimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipsi vero missi non sine certissima causa vel necessitate huc illucque discurrant, nisi forte quando tale aliquid in cuiuslibet ministerio ad legationem suam pertinente ortum esse 5 cognoverint, quod eorum praesentia indigeat et sine eorum consilio vel adiutorio emendari non possit. Inde tamen debent esse solliciti, ut propter illorum neglegentiam nihil in sua legatione incorrectum remaneat; sed ubi certam et veram necessitatem cognoverint, nostram iussionem adimplere non neglegant.

3. Volumus[b] etiam, ut omnibus notum sit, quia ad hoc constituti sunt, ut ea 10 quae per capitula nostra generaliter de quibuscumque causis statuimus per illos nota fiant omnibus[16] et in eorum procuratione consistant, ut ab omnibus adimpleantur. Et ubi forte aliquo tali impedimento, quod per eos emendari non possit, aliquid de his quae constituimus ac iussimus remanserit imperfectum, eorum relatu nobis ad tempus indicetur, ut per nos corrigatur quod per eos corrigi non potuit.

15 b) De hoc quod per missos dominicos ea quae per capitula statuta sunt omnibus nota fieri debeant *rubricam finxit Ansegisus.*

16) *ibidem c.* 26; *archiepiscopi et comites quibus in capite* 26 *capitula nota facere praecipitur, huius commemorationis capite primo missi nominantur.*

---

152. LEGATIONIS CAPITULUM.

20 **826** initio?

Apud Ansegisum legitur (II, 28) post commemorationem quae antecedit. Pertzius utrumque missorum capitulare tamquam unum edidit; minus recte, cum in hoc capitulo idem partim missis iniungatur quod in commemoratione etiam praeceptum est. Utriusque capitularis rationem talem coniecerim, ut imperator, minus contentus de primo mis- 25 *sorum itinere secundum commemorationem peracto, ineunte anno insequenti hoc altero capitulo missos, qui melius imperiali mandato satisfacerent, instruxisse videatur. Mense Maio iter facere missi hoc capitulo iubentur, ut ineunte anno editum haberi debeat.*
(B. apud. Anseg.; P. I, 247, c. 4.)

Nosse[a] vos credimus, quanti sit ponderis legatio quam vobis commisimus et quam 30 sit periculosum tantae rei curam neglegere, quantam vos pro nostra omnium communi salute ex nostra obligatione suscepisse non ignoratis. De qua cum vos interrogassemus, non sic nobis responsum est, ut in eo responso sufficere potuisset ad eandem dispositionem, quam rerum necessitas ad communem utilitatem pertinentium poscere videbatur vel quae nobis aliquod securitatis solatium afferre potuisset. Et hoc ideo evenisse per- 35 speximus, quia anno praeterito, quando capitula legationis vestrae vobis dedimus, caute vos observare iussimus, ne sine causa his quos honoratos esse volumus aliqua fieret iniuria. Quapropter volumus vobis notum facere, qualiter nunc Deo adiuvante eandem iussionem nostram debeatis adimplere. Volumus, ut missi nostri, quos ad hoc constitutos

a) De admonitorio ad eos qui legatione funguntur *rubrica apud Anseg.*

habemus, ut curam et sollicitudinem habeant, quatinus unusquisque qui rector a nobis populi nostri constitutus est in suo ordine officium sibi commissum iuste ac Deo placite ad honorem nostrum ac populi nostri utilitatem administret, in hunc modum cognoscendi diligentiam adhibeant, si ea quae in capitulari nostro, quod eis anno praeterito dedimus, continentur, secundum voluntatem Dei ac iussionem nostram fiant adimpleta. Itaque volumus, ut medio mense Maio conveniant idem missi, unusquisque in sua legatione, cum omnibus episcopis, abbatibus, comitibus ac vassis nostris, advocatis nostris ac vicedominis abbatissarum necnon et eorum qui propter aliquam inevitabilem necessitatem ipsi venire non possunt ad locum unum; et si necesse fuerit, propter oportunitatem conveniendi, in duobus vel tribus locis,[1] vel maxime propter pauperes populi, idem conventus habeatur, qui omnibus congruat. Et habeat unusquisque comes vicarios et centenarios suos secum, necnon et de primis scabinis suis tres aut quattuor. Et in eo conventu primum christianae religionis et ecclesiastici ordinis conlatio fiat. Deinde inquirant missi nostri ab universis, qualiter unusquisque illorum qui ad hoc a nobis constituti sunt officium sibi commissum secundum Dei voluntatem ac iussionem nostram administret in populo, aut quam concordes atque unanimes ad hoc sint, vel qualiter vicissim sibi auxilium ferant ad ministeria sua peragenda. Et tam diligenter ac studiose hanc investigationem faciant, ut omnem rei veritatem per eos cognoscere valeamus. Et si aliqua talis causa ad eorum notitiam perlata fuerit quae illorum auxilio indigeat secundum qualitates causarum quae in nostro capitulari continentur, tunc volumus ut illuc pergant[2] et ex nostra auctoritate illud corrigere studeant.

1) *Cfr. commemorationis quae antecedit cap.* 2 *initio.* 2) *Similiter in eodem cap. secundo sub fine.*

---

153. CAPITULA E LEGE ROMANA EXCERPTA.

826?

Ansegisus ipsa tradit (lib. II, c. 29. 30*), quae desumta sunt e Iustiniani novellarum epitome a Iuliano antecessore Constantinopolitano confecta, in qua leguntur tamquam constitutionis septimae capita primum et secundum vel, ut in aliis Iuliani editionibus distinguitur, capitibus* 32 *et* 33.

Cum capita ab Ansegiso in librum suum legiloquum recepta sint, non certum quidem, tamen satis verisimile est, ipsa seu ab imperatore seu in concilio quodam esse promulgata, cum praesertim iuri ecclesiastico in Francorum regno vigenti consentanea sint et in canonum collectionibus posterioribus saepe recurrant. Respecto loco quem capita apud Ansegisum obtinent, anno fere 826 *ea adscribi possunt.*

(B. apud Anseg.; P. I, 253, *c.* 1. 2.*)*

Nulla sub Romana ditione constituta ecclesia vel exenodochium vel ptochotrophium vel nosochomium vel orphanotrophium vel gerontochomium vel brephotrophium vel monasterium tam monachorum quam sanctimonialium, archimandritam habens vel archimandritissam — ergo his omnibus non liceat alienare rem immobilem sive domum,

sive agrum sive hortum sive rusticum mancipium vel panes civiles,[1] neque creditoribus specialis hypothecae titulo obligare. Alienationis autem verbum contineat venditionem, donationem, permutationem et emphitheuseos perpetuum contractum. Sed omnes omnino sacerdotes huiusmodi alienatione abstineant, poenas timentes quas Leoniana constitutio[2] 5 minatur, id est ut is quidem qui comparaverit rem loco venerabili reddat cuius et antea fuerat, scilicet cum fructibus aliisque emolumentis quae in medio tempore facta sunt; hyconomum autem ecclesiae praestare omne lucrum, quod ex huiusmodi prohibita alienatione senserit vel ecclesiam damno effecerit, ita ut in posterum hyconomus non sit. Non solum autem ipse, sed etiam successores eius teneantur, sive ipse archy- 10 conomus[a] alienaverit, sive respiciens alienantem episcopum non prohibuerit; multo magis si consenserit. Tabellionem autem, qui talia interdicta strumenta conscripsit, perpetuo exilio tradi oportet. Magistratus autem, qui eadem strumenta admiserunt et officiales, qui operam dederunt ut monumentis intimentur donationes vel ceterae alienationes actis intervenientibus confirmentur, non solum magistratu sed etiam dignitate 15 et facultatibus suis cedant. Remittit autem constitutio ea quae in praeterito tempore acta sunt; excipit autem quosdam contractus, quos in sequentibus exponit capitulis, per quos et ecclesiarum immobiles res alienari possunt. Exenodochium,[3] id est locus venerabilis in quo peregrini suscipiuntur. Ptochotrophium, id est locus venerabilis in quo pauperes et infirmi homines pascuntur. Nosochomium, id est locus venerabilis in 20 quo aegroti homines curantur. Orphanotrophium, id est locus venerabilis in quo parentibus orbati pueri pascuntur. Gerontochomium, id est locus venerabilis in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi homines curantur. Brephotrophium, id est locus venerabilis in quo infantes aluntur.

2. Si princeps voluerit rem immobilem sancto loco praestare et accipere ab eo 25 aliam immobilem rem et eo modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei divina pragmatica sanctione ab eo promulgata.

a) oeconomus *Iul.*

1) *Panes civiles vel gradiles, qui de gradibus palatii palam accipiebantur; Gothofr. ad Cod. Theod. XIV,* 17, 1. 2) *L.* 14 *Cod. de sacros. eccles, (I,* 2.*)* 3) *Hae definitiones Iuliani sunt, non Iustiniani.*

30
154. CAPITULA E CONCILIIS EXCERPTA.
826. 827?

Leguntur ipsa in folii singularis fragmentis duobus, quae in bibliotheca regia Monacensi servantur; sed fragmentum secundum exit initio capitis noni. Omnia autem quae hic sequuntur ab Ansegiso servata sunt libro secundo capitibus 31—46, *omissis* 35 *tamen omnibus fontium notis e quibus haec capita fluxerunt. Desumta enim sunt e conciliorum magnorum canonibus anno* 813 *Karoli iussu celebratorum. Fortasse haec capita in concilio quodam Hludowici aetate anno fere* 826 *excerpta, ab imperatore confirmata et hanc ob causam ab Ansegiso recepta sunt. Similem eorundem conciliorum canonum abbreviatorum congeriem Karoli aetati supra (pag.* 173*) tribuimus. Caeterum* 40 *haec capita tam neglegenter excerpta sunt, ut capita* 4. 5. *e Moguntino concilio desumta omnino fere consentiant capitibus* 15 *et* 14, *quae in Arelatensi concilio statuta fuerant.*

Capitula haec cum antecedentibus e Romana lege excerptis cohaerere fragmenta Monacensia dissuadere videntur.

(B. apud Anseg.; P. I, 254, *c.* 3--18.*)*

Capitula concilii Mogontiae habiti. VI. De orphanis et exheredatis subveniendo. Propter istius itaque pacis concordiam conservandam placuit nobis de orfanis et pauperibus, qui debite vel indebite dicuntur amisisse hereditatem paterni vel materni iuris ad se legibus pertinentem: si alicubi inventi fuerint quos patres vel matres propter traditiones illorum exheredes fecerunt, aliorum scilicet suasionibus aut petitionibus vel aliquo ingenio, omnino volumus atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad nostram pertinet potestatem, iuxta voluntatem Dei et vestram sanctam ammonitionem et considerationem. Quod[a] si forte extra officium nostrum alicubi inventum fuerit, ammonere vestram[1] clementiam audeamus, ut emendetur.

2. VII. Ut res pauperum vel minus potentum mala occasione non emantur. Propter provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, ut nec episcopi nec abbates nec comites nec vicarii nec iudices nullusque omnino sub mala occasione vel malo ingenio res pauperum vel minus potentum nec emere nec vi tollere audeat; sed quisquis ex eis aliquid conparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus et cum ratione hoc faciat. Ubicumque autem aliter inventum fuerit, factum hoc omnino emendetur per iussionem vestram.[b] [1]

3. XXXVI. De festivitatibus. Festos dies in anno celebrare sancimus:[2] hoc est diem dominicum paschae cum omni honore et sobrietate venerari, simili modo totam ebdomadam illam observare decrevimus; diem ascensionis Domini pleniter celebrare; in pentecosten similiter ut in pascha; in natale apostolorum Petri et Pauli diem unum; nativitatem sancti Iohannis baptistae, adsumptionem sanctae Mariae, dedicationem sancti Michaelis, natalem sancti Remigii, sancti Martini, sancti Andreae; in natale Domini dies quatuor; octabas Domini; epiphaniam Domini; purificationem sanctae Mariae. Et illas festivitates martyrum vel confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaque parrochia sancta corpora requiescunt.[c]

4. XLI. Ut antiquae ecclesiae honorem suum habeant. Ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuatur.

5. XLVII. De spiritalibus filiolis. Deinde praecipimus, ut unusquisque compater vel proximi spiritales filios suos catholice instruant.

6. Capitula concilii Cabillonensis. V. Ut iuxta apostoli vocem sacerdotes inreprehensibiles sint et moribus ornati et nequaquam turpibus lucris deserviant, iuxta illud quod ait scriptura: 'nemo[3] militans Deo inplicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat, cui se probavit.' Et a turpibus lucris et usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instituant.

7. XVIII. Dictum est nobis, quod in quibusdam locis episcopi et comites ab incestuosis et ab his qui decimas non dant wadios accipiant et a praesbiteris pro quibusdam neglegentiis et inter se pecuniam dividant. Quod paenitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiae locus detur; et constituimus, ut incestuosi iuxta canonicam sententiam paenitentia multentur; qui vero decimas post crebras admonitiones et

a) Ut *Ans.* b) nostram *nonnulli codd. Ans.* c) Similiter etiam dedicationem templi *additur in conc. Mogunt.*

1) *Imperatoris quem episcopi in concilio adunati in canonum praefatione alloquuntur.* 2) *Cfr. supra pag.* 179, *c.* 19. 3) 2. *Timoth.* 2, 4.

praedicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento[4] vero eos constringi nolumus propter periculum periurii.

8. XLVI. In perceptione corporis et sanguinis dominici magna discretio adhibenda est. Cavendum est enim, ne, si nimium in longum differatur, ad perniciem animae pertineat, dicente Domino: 'nisi[5] manducaveritis carnem filii hominis et sanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in vobis.' Si vero indiscrete accipiatur, timendum est illud quod ait apostolus: 'qui[6] manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.' Iuxta eiusdem ergo apostoli documentum probare se debet homo, et sic de pane illo manducare et de calice bibere; ut videlicet, abstinens aliquot diebus ab operibus carnis et purificans corpus animamque suam, praeparet se ad percipiendum tantum sacramentum, exemplo David, qui, nisi se confessus fuisset abstinuisse ab opere coniugali ab heri et nudius tertius, nequaquam panes propositionis a sacerdote accepisset.[7]

9. LI. Quia ergo constat in aecclesia diversarum conditionum homines esse, ut sint nobiles et ignobiles[d], servi, coloni, inquilini et cetera huiuscemodi nomina, oportet ut quicumque eis praelati sunt clerici sive laici, clementer erga eos agant et misericorditer eos tractent, sive in exigendis ab eis operibus, sive in accipiendis tributis et quibusdam debitis; sciantque eos fratres suos esse et unum patrem secum habere Deum, cui clamant: 'Pater noster, qui es in coelis'; unam matrem sanctam ecclesiam, quae eos intemerato sacri fontis utero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima et gubernatio oportuna adhibenda est: disciplina, ne indisciplinate vivendo auctorem suum offendant; gubernatio, ne in cotidianis vitae commeatibus praelatorum adminiculo destituti fatescant.

10. (LII.) Monasteriis sane puellaribus tales praeferri debent feminae et abbatissae creari[e] quae et se et subditum gregem cum magna religione et sanctitate custodire noverint, et his quibus praesunt prodesse non desinant, sed et se et illas ita observent, utpote vasa sancta in ministerio Domini praeparata. Talem enim se debet exhibere subditis in habitu, in veste, in omni convictu, ut eis ad coelestia regna pergentibus ducatum praebeat. Sciat etiam, se pro his quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem redditurам.

11. (Capitula concilii Turonensis. XLI.) Incestuosi, parricidae, homicidae multi apud nos heu pro dolor! repperiuntur, sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus. Quos oportet per secularis potentiae disciplinam a tam prava consuetudine cohercere, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt revocari: quorum aliquos iam excommunicavimus, sed illi hoc parvipendentes in hisdem perdurarunt criminibus. Quamobrem vestra[8] decernat mansuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit.

12. (XLIX.) Admonendi sunt domini subditorum, ut circa suos pie et misericorditer agant nec eos qualibet iniusta occasione condempnent nec vi opprimant nec illorum substantiolas iniuste tollant, nec ipsa debita, quae a subditis reddenda sunt, impie ac crudeliter exigantur.

13. (L.) Ut, si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.

14. (Capitula concilii Arelatensis. XVIIII.) Ut parentes filios suos et patrini eos quos de fonte lavacri suscipiunt erudire summopere studeant: illi, quia eos genuerunt et eis a Domino dati sunt; isti, quia pro eis fideiussores existunt.

d) *In littera* i *finis est fragmenti Monacensis.* e) credi *Ans.*

4) *Cfr. supra pag.* 186, *c.* 3. 5) *Evang. Ioann.* 6, 53. 6) 1. *Cor.* 11, 29. 7) 1. *Samuel.* 21, 5. 6. 8) *Imperatoris.*

15. (XX.) Ut ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec alia ulla possessione priventur.

16. (XXI.) Ut de sepeliendis in basilicis mortuis illa constitutio servetur quae ab antiquis patribus constituta est.

---

155. RESPONSA MISSIS DATA.
826.

Traduntur ab Ansegiso in appendice ultima et ab eo Hludowico Pio et Hlothario tribuuntur.

Heiminus et Monoaldus capite quinto dicti in missorum capitulari supra p. 308 *edito in dioecesim Vesontinam missi apparent, ut paullo post hoc missorum capitulare haec imperatoris vel imperatorum responsa data videantur, haud dubie non post annum* 827, *quo Ansegisi collectio confecta est. Quocum convenit, quod nomina fere omnia in his responsis nominata in aliis eiusdem aetatis documentis occurrunt.*

(B. apud Anseg.; P. I, 256.*)*

Benedictus de sua reclamatione in perpetuum sileat.

2. De manso quem Gehirfredus episcopus[1] a Liutrigo[a] comite requirit: ut, si missi nostri invenerint eum iustitiam habere, non permittant Liutrigum per vestituram domni Karoli iustitiam eius impedire.[2]

3. De foreste quam Autharius comes habere vult, ubi ea prius non fuisse dicitur:[3] volumus ut missi nostri rei veritatem inquirant et iuxta quod iustum invenerint ex nostra auctoritate definiant.

4. De causa Hruotmundi comitis[4]: ut ei liceat hic in palatio sacramentum suum iurare, quia propter nostrum servitium sibi constitutum placitum intra patriam observare non licuit.

5. De duabus feminis quae indiculos attulerunt: interrogandi sunt Heiminus et Monoaldus,[5] utrum ecclesiasticae an fiscales fuissent.

6. Odo buticularius[6] de foreste sua interrogandus est.

7. De rebus quas marchio tradidit filio Bosonis[7] vel aliis hominibus: volumus ut hi quibus traditae fuerint vestituram suam accipiant et insuper confirmationem.

8. De rebus quas quaedam femina Hildegardae reginae[8] tradidit et portionem quam sibi reservavit iniuste amisisse dicitur: volumus ut carta traditionis quaeratur et inspiciatur et tunc, quid illa habere debeat, definiatur.

a) Liutfrido *codd. nonnulli.*

1) *Monasteriensis a.* 809—839. 2) *Cfr. supra responsa imperatoris pag.* 296, *c.* 1. 3) *Cfr. supra capp. per se scrib.* 818, 819, *c.* 7. 4) *Cfr. Einhardi ann.* 823. 5) *In dioecesin Vesontinam missi supra pag.* 308, *c.* 1. 6) *Magister pincernarum; cfr. Ermoldus Nigellus IV,* 465 *in describendis festis Ingelheimensibus a.* 826: '*Nec minus Otho puer pincernis imperat ardens.*' 7) *Bosoni cuidam in Ingelheimensi palatio die* 10. *m. Iulii a.* 826 *confirmationis auctoritas de mansis compluribus italicis datur a Hludowico et Hlothario imperatoribus. Cfr. Boehmer regesta imperii curavit Mühlbacher, num.* 805. 8) *Karoli M. uxori anno* 783 *mortuae; cfr. supra pag.* 201, *c.* 14.

9. Querelam quam Helisachar[9] et Heiminus[10] contra Maginarium[11] habent: volumus ut missi nostri secundum iustitiam et aequitatem definiant.

10. De querela Hildebrandi comitis,[12] quod pagenses eius paravereda dare[13] recusant: volumus ut hoc missi nostri ab his hominibus qui in eodem comitatu manent et 5 ea dare non debent necnon et a vicinis comitibus inquirant; et si invenerint, quod ipsi ea dandi debitores sint, ex nostra iussione dare praecipiant.

9) *Hludowici cancellarius, post a.* 819 *abbas?* 10) *Episcopus supra c* 5 *nominatus?* 11) *Comitem et actorem regium in documento anno* 825 *dato nominatum? Formulae in Mon. Germ. a Zeumero editae pag.* 314. 12) *Secundum Einhardi annales in marcam Hispanicam ad componendos motus a.* 827 *missi?* 10 13) *Comiti? missis?*

---

156. CAPITULA INCERTA.

814 – 840.

Exstant capitula subiuncta Hludowici capitulari per se scribendo (supra C. 140*) in codicibus* 1) *Paris.* 4995, *(in quo deest cap.* 3.*)* 2) *Paris.* 4628. 3) *Guelferb. inter* 15 *Blankenb.* 130. 52. 4) *Londin. Egerton. manuscr.* 269. *Capita* 2. 3 *leguntur etiam in quibusdam Ansegisi codicibus libro quarto, et capita* 1 – 3 *diversis locis in libri Papiensis codicibus, vel Karolo M. vel Hludowico vel Hlothario adscripta.*

Capitularis per se scribendi partes ut supra admonui capitula non habenda sunt; utrum unum capitulare efficiant an e diversis capitularibus collecta sint incertum est; 20 *Hludowici ea esse non negaverim.* *(B. deest; P. I,* 215. *cap.* 9—11.*)*

Qui[a 1] sponsam alienam ipsa non consentiente rapuerit, licet cum ea concubuerit, reddat eam ei cuius sponsa est, et is ducat eam si velit, quia vim passa pocius quam violata videtur. Quodsi eam ducere noluerit, accipiat alteram feminam; tamen si et ipsa nubere voluerit, excepto[b] raptore,[b] cui voluerit alteri legitime copuletur, raptor vero 25 adulterii crimine reus teneatur. Quodsi et ipsa consensit, similiter ut raptor a[c] nuptiis in[d] ulterius proibeatur; et is qui eam accepturus erat[2] aliam quam voluerit accipiat.

2. Homo[e] de statu suo pulsatus, si is qui eum pulsat ad convincendum illum procinctum[f] habuerit, adhibeat sibi octo coniuratores legitimos ex ea parte unde pulsatur, sive illa paterna sive materna sit, et quatuor aliunde non[g] minus[g] legitimos, et 30 iurando vindicet libertatem suam. Quodsi procinctus[h] defuerit,[h] adsumat undecumque[i] XII liberos homines et iurando ingenuitatem suam defendat.

3. Omnis controversia coram centenario definiri potest, excepto redditione[k] terrae et mancipiorum, quae nonnisi coram comite fieri potest.[3]

a) De sponsis alienis *rubrica* 2; De eo qui sponsam alienam rapuerit *rubr.* 4; Si quis *pro* Qui 4. 35 b) exc. rapt. *om.* 2; *fortasse glossam continent.* c) et 1. 2. 4. d) in *om.* 3. 4. e) De homine exdicendo *rubr.* 1. 3; De stultis hominis pulsans 2; De eo qui hominem de statu suo interpellat 4. f) procinctos 3 g) nominatos 2. h) de propinqui defuerint 4. i) undecumque *rell. cum capite sequenti* om. 1. k) redempcione 2.

1) *Cfr. supra Cap. eccles. (C.* 138*), c.* 24; *Cap. legib. add. (C.* 139*), c.* 9. 2) *Sponsus.* 3) *Cfr. Cap.* 64, *c.* 3; *Cap.* 65, *c.* 15.

VIIII.
HLOTHARII CAPITULARIA ITALICA.

157. CAPITULARE OLONNENSE.
822 – 823.

Legitur in codicibus 1) *Eporediensi* 34. *fol.* 43 *(cuius lectiones non mihi praesto fuerunt.)* 2) *Vatic. inter libros bibl. reg. Christ.* 1000 [bis] *fol.* 87 [v]. 3) *Paris.* 3878. *fol.* 156 [v]. 4) *Monac.* 3853. *fol.* 245 [v] *(iterum leguntur in ipsius codicis fol.* 293. *capp.* 2. 3. 6.*)* 5) *Mutin. cathedr. I,* 2. *fol.* 178 [v]. 6) *Goth.* 84. *fol. fere* 218 *et* 7) *Guelf. inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 105.

In codd. 3. 4, *in quibus Hlotharii capitula in complures libros discernuntur, inscriptio est* 'De primo libro capl.,' *in codicibus* 5. 6: 'Capitula quae anno primo imperii domni Hlotharii gloriosissimi imperatoris Olonna (Ollonna 5) sunt constituta'; *in cod.* 7: 'Incipit kapitula quae domnus Hlotharius imperator suo tempore Olonna constituta sunt'.

Ad huius et sequentium capitularium originem referenda sunt quae in annalibus Einhardi dictis leguntur ad annum 822: 'Peracto conventu quod Attiniaci *(mense Augusto)* habebatur, domnus imperator ... Hlotharium filium suum in Italiam misit, cum quo Walahum ... et Gerungum .... direxit, quorum consilio et in re familiari et in negotiis ad regni commoda pertinentibus uteretur', *et ad annum* 823: 'Hlotharius cum secundum patris iussionem in Italia iustitias faceret et iam se ad revertendum in Italia praepararet, rogante Paschale papa Romam venit et ... in sancto paschali die *(5. April.)* ... coronam et ... augusti nomen accepit; inde Papiam regressus mense Iunio ad imperatorem venit.' *Secundum inscriptiones supra memoratas in hoc itinere italico, ex quo Hlotharii regni italici anni priores numerantur (cfr. Mühlbacher in actis academiae Vindobonensis hist. et phil. classis LXXXV. p.* 476. *sq.) haud dubie hoc capitulare, fortasse vere vel, ad exemplum regum Langobardorum, Kalendis Martiis anni* 823, *in curte regia Olonna prope Papiam sita editum est; ei quod sequitur hoc capitulare omnino aequale est.* *(B. deest; P. I,* 235, *c.* 1–6.*)*

Caput 1.[a] Si quis episcopus aut propinquitatis affectu aut muneris ambitione aut causa amicitiae senodochia aut monasteria vel baptismales ecclesias suae[b] ecclesiae pertinentes cuilibet per enfitheuseos contractus dederit se suosque successores poena multandos conscripserit, potestatem talia mutandi[c] rectoribus ecclesiarum absque poenae conscriptae solutione concedimus.

2.[d] Statutum est, ut si quis liber homo per consensum episcopi sui ecclesiam in

a) De monasteria *inscr. in cod.* 3. b) seu 7. c) inmutandi 2. 4. d) De ecclesia construenda in sua proprietate *inscriptio in* 3. 4; de ecclesia in proprio constructa *in* 5. 6.

sua construxerit proprietate, fontesque in eadem ab episcopo fuerint consecrati, ideo non suam perdat hereditatem: sed si episcopus voluerit, officium sacri baptismatis in suam[e] transferat ecclesiam[e]; ipsa vero a[f] qua transfertur[f] in constructoris maneat iure.

3.[g] Si quis adulter cum adultera conprehensus,[h] secundum edicta[h*] legis Langobardorum[1] marito adulterae ambo ad vindictam traditi fuerint, si eos quispiam emerit eosque coniunctos in eodem scelere habere repertus[i] fuerit, ipsos fiscus adquirat.

4.[k] Si quis liber homo uxorem habens liberam propter aliquod crimen aut debitum servitio[l] alterius se subdit,[m] infantes[n] qui tali coniugio nati fuerint[n] libertatis statum non amittant.[o][2] Si vero illa[p] defuncta secunda uxor, et tamen libera, tali se sciens iunxerit coniugio, liberi illorum servituti subdantur.

5.[p*] Statuimus ut, si femina habens vestem mutatam moecha deprehensa fuerit, non tradatur genitio[q] sicut usque modo,[3] ne forte, quae prius cum uno, postmodum cum pluribus locum habeat moechandi; sed eius possessio fisco redigatur, et ipsa episcopali subiaceat iudicio.[r]

6.[s] Decernimus ut, quisquis aliter testes habere non potuerit, volumus, ut per comitis[t] iussionem, quos in suo testimonio necessarios quisque habuerit, veritatem prolaturi publico conventu adducantur, ut per ipsos rei veritas cum iuramento valeat inquiri.

e) sua transferatur ecclesia 2. 3. 5. f) aqua quae transfertur 5. 6. g) De adultero cum adultera comprehensa 3; De adulteris 5. 6. h) fuerit *add.* 3. 6. 7. h*) edictum 6. i) repertum 5 – 7. k) De uxore liberi hominis 3; De libero homine qui in servitutem cadit 5. 6. l) in servitio 5. 6. m) eademque coniunx manere cum ipso voluerit *add.* 5 – 7. n) ipsorum procreatio quae tali coniugio fit 5—7. o) amittat 5—7. p) ea 5—7. p*) De femina veste mutata *rubr.* 4—6. q) genitivo 2. 4. r) Explicit *add.* 3 *in quo cap.* 6 *deest.* s) De testibus *inscr. in* 5. 6. t) *in hoc verbo desinit cod.* 2.

1) *Rothari* 212. 2) *Cfr. supra pag.* 114, *c.* 8. 3) *Cfr. Roth.* 221, *ubi 'pisile' genitium* (γυναικεῖον) *dicitur.*

---

158. MEMORIA OLONNAE COMITIBUS DATA.

822 – 823.

Traditur in codicibus 1) *S. Pauli in Karinthia fol.* 182. 2) *Guelferbytano inter Blankenburgenses* 130. 52, *fol.* 117, *quatuordecim capitulis in utroque constans. Abbreviata legitur in codicibus* 3) *Chisiano F. IV.* 75, *fol.* 90 *et* 4) *Cavensi* 22, *fol.* 251 *(cfr. Codex diplom. Cavensis IV*[b]*, p.* 49*), in quibus recepta sunt c.* 12. 2 - 8 *(omissum autem est in Chisiano cap.* 6.*)* 1; *sed sub fine codicis Chisiani, folio scilicet* 109, *secundum codicem Paulinum supplentur capitula ante omissa* 1. 9—11. 13. 14. *In codice denique* 5) *Paris.* 4613. *fol.* 92[v] *legitur etiam c.* 12 *subnexum capitulis quibusdam Wormatiae anno* 829 *editis. 'Fragmentum Florentinum' quod a Pertzio dictum et in his capitulis edendis adhibitum est excerptum tantum est e Hlotharii capitulis in librum Papiensem (Legum tomo quarto a me editum) receptis, quem in hac editione omnino praetermisi.*

Codex 1 *capitum inscriptionem offert infra capitulari a me praefixam, cui similis est Chisiani codicis inscriptio folio* 109: 'Incipit capitula qualiter domnus imperator suis comitibus praecepit.' *In codice* 3 *inscribuntur capitulis:* 'Incip cap quod domnus

Lotharius imperator primo anno imperii sui quod Italiam accessit statuit in curte tholonna', *quae inscriptio similiter in libri Papiensis codicibus legitur.*

Secundum inscriptiones haec memoria capitulari antecedenti omnino aequalis est; sed etiam quod ad argumentum pertinet ipsi similis est, nam memoriae capitibus 1. 2. 3. 6 *eadem praecipiuntur quae antecedentis capitularis capitibus* 4. 3. 6. 5 *statuuntur. Sed capitulare antecedens constitutionem generalem ad populum directam continet, his vero capitulis in comitum tantum (sicuti alibi in missorum) memoriam praecepta quaedam breviter revocantur, de quibus fusius haud dubie imperator cum comitibus collocutus erat; quod in capitibus potissimum* 3. 8. 10. 13. 14 *intellegi potest, quibus quaedam res non tam ordinantur quam tanguntur tantum. (Cfr. similia missorum capitularia sub numeris* 23. 24. 34. 40 *aliisque supra edita.)*

In codicibus diversis singula capitula subnectuntur, de quorum origine dubitari potest. Codex scilicet Blankenburgensis subiungit capita 15. 16 *infra edita, codex Parisiensis* 4613 *caput* 15, *cuius breve excerptum Chisianus inserit inter capitula* 8 *et* 1: *utrumque caput haud dubie italicum est, caput* 15 *cum antecedente duodecimo cohaeret. Capitulum decimum septimum additur in Chisiani codicis supplemento supra memorato, folio scilicet* 109: *respectis verbis* 'propter iustitiam domni imperatoris *(scil. Hludowici)* et nostram' *hoc capitulum non immerito Hlothario tribui potest. Capitulum decimum octavum in codicibus Chisiano et Cavensi nostro capitulari subnectitur et inter alia Hlotharii capitula in cod. Blankenburgensi fol.* 115 *invenitur: quod et ipsum nullam suspicionem movet. Quamobrem haec quatuor capita Hlothariana quidem et fortasse Olonnensia crediderim, secernenda tamen a comitum memoria et pro constitutionis cuiusdam generalis partibus habenda. Quod autem Pertzius e codice Paulino huic memoriae tamquam c.* 15 *subiunxit, e capitulis anni* 818. 819 *per se scribendis desumtum et a codicis scriptore eam tantum ob causam hoc loco suppletum est, quia ante in ipso codice praetermissum fuerat.* *(B. I,* 321, *c.* 1—14; *P. I,* 234, *c.* 1—18 *et I,* 232, *c.* 1—11.*)*

Memoria quod domnus imperator suis comites praecepit

In[a] primis instituit, si[a 1] liber homo se ipsum ad servitium inplicat[b] pro aliquibus causis, si liberam feminam habuit aut infantes, ipsi in eorum libertatem permaneant; et si ipsa femina[c] defuncta fuerit, et aliam liberam[d] feminam sibi copulaverit serviente, ipsa in servitio permanead.

2. Si[2] quis homo alienam uxorem adulteraverit, et secundum legem ei in manus traditi fuerint et postea coniuncti fuerint, partibus publicis recipiantur; et qui ipsos conparatos habuerit, precium suum perdat.

3. Volumus[d 3] ut comites nostri licentiam habeant inquisicionem facere.

4. Volumus de obligationibus, ut nullus homo per sacramentum nec per aliam obligationem adunationem[4] faciat; et si hoc facere praesumpserit, tunc de illis qui prius ipsum consilium incoaverit aut qui hoc factum habet in exilio ab[e] ipso comite in Corsica[e] mittatur, et illi alii bannum conponant; et si talis fuerit[f] qui non habeat unde ipsum bannum conponat[f], LX[g] ictus accipiat.

5. Volumus ut cum collecta vel scutis in placito comitis nullus presumat venire; et si praesumpserit, bannum[h] conponat.

a) Statuimus si 3. 4; Si 2. b) implicaverit 3. c) mulier 2—4. d) *deest* 4. e) ab ... Cors. *om.* 2. f) fuerint qui bannum nostrum solvere non possint 2. g) XL. 1. h) nostrum *add.* 2.

1) *Capit. Olonn. supra c.* 4. 2) *ibidem c.* 3. 3) *ibidem c.* 6. 4) *Cfr. Edict. Ratch.* 6; *Roth.* 19. 249. 280; *Liutpr.* 35.

6. De[5] sanctemoniales feminas statuimus, si adulterium fecerint et[i] inventum fuerit, res[k] quas habet fisco[l] socientur, persona vero eius sit in potestate episcopi in cuius parrochia est, ut[m] in monasterio intromittatur.[m]

7. Volumus ut episcopi, abbates et abbatissae eorum advocatos habeant et pleni-5 ter[n] iusticias faciant ante comitem suum.[6]

8. De homines qui res suas alienant[o] ubicumque et super resedent, distringat eos comis pro[p] scubia[q 7] publica[q] sicut lex contenet.

9. Volumus ut episcopus una cum comite suo adbocatum elegat.[8]

10. Placuit nobis, ut hominibus[r] liveris[r] nihil superponant, nisi sicut lex et 10 rectitudo continet.

11. Volumus ut scubia[s] publica,[s] quod ad utilitatem regni nostri pertinet, praecepta inmunitatum inpedimentum non praestent set adiutorium.[9]

12. Ut cancellarii[t] electi boni et veraces cartas publicas[u] conscribant ante comitem et scabinis[v] et vicarii[v] eius, et nullis modis hoc[w] facere praesumant de pecunia, 15 antequam legitimum[x] precium detur.[x y 10]

13. Liceat comiti scusatos habere, sicut lex Langubardorum continet.[11]

14. Volumus ut homines talem consuetudinem[12] habeant, sicut antiquitus Langubardorum fuit.[z]

15.[a] De cancellariis qui veraces electi sunt: ad homines infirmos veniant et se-20 cundum legem instrumenta conscribant, et a testibus roborentur; et statim cum scripta fuerit cartula, ostendant eam[b] episcopo,[c] comiti, iudices vel vicariis aut in plebe,[c] ut vera agnoscatur esse.

16. Ut mulier Romana quae virum habuerit Langobardum, defuncto eo, a lege viri sit soluta et ad suam legem revertatur; hoc vero statuentes, ut similis modus ser-25 vetur in ceterarum nationum mulieribus.

---

17. Ut nullus negotium[d] suum infra mare exercere presumat, nisi ad portura legitima, secundum more[e] antiquo, propter iustitiam[13] domni imperatoris et nostram; et si quis aliter fecerit, omnem negotium suum perdat.

---

18. Quicumque enim liber homo aut a comite suo admonitus aut ad ministris 30 eius ad patriam defendendam ire neglexerit, et exercitus supervenerit ad istius regni

i) si 1. k) vero *add.* 1. l) nostro *add.* 2. m) in monasterium eam mittendum 2; ut *om.* 1. n) plenam 2. o) alienaverunt 4. p) per 4. q) scubiis publicis 2. r) homines liueros 1; ad hom. liberos 3. s) de scubiis publicis 2. t) cangellarii 1. u) publice 1. v) escavinis vel vicariis 4. w) de hoc 1. x) legitime preciadi sint 1. y) addetur 5. z) de ecclesiis baptismalibus, de monasteriis 35 regularibus tam virorum quam puellarum, de senodochiis vero et freda *add.* 3. a) *In cod. Chis. leguntur tantum:* Ut cancellarii veniant ad omnibus infirmis, *caeteris omissis.* b) eam *om.* 2. c) *ita* 5; ante episcopum et comitem et iudices vel vicariis aut plebeios 2. d) gegotium *c.* e) ore *c.*

5) *Cap. Olonn. supra c.* 5. 6) *Cfr. supra cap. Mantuan. secund. (pag.* 196*), c.* 1. 7) *Servitia, praesertim wactae*; *hodie ital.* escubia. 8) *Cfr. supra pag.* 210, *c.* 11. 9) *Cfr. Pippini capit. supra pag.* 192, 40 *c.* 4. 10) *Cfr. cartular. Langobard. form.* 2—4. *(Legum tomo IV, pag.* 595.) 11) *Cfr. Ed. Liutpr. c.* 83. 12) *De re exercitali? de rebus aliis de quibus Hlotharius cum comitibus locutus erat?* 13) *Telonea portatica.*

vastationem vel contrarietatem fidelium nostrorum, capitale subiaceat sententiam. Similiter observandum: si vocati fuerint, auditum inimicorum nostrorum adventum, et ita contigerit, quod hoste non supervenerint, hii qui vocati fuerint et venire noluerint unusquisque secundum legem suam hoc emendet.

---

159. CONCESSIO GENERALIS.

5

823?

Traditur in codicibus 1) *Chisiano F. IV. 75, fol.* 90v. 2) *Cavensi* 22, *fol.* 250 *(Codex Cavensis IV*b, *pag.* 51.*)* 3) *Guelferbytano inter Blankenb.* 130. 52., *fol.* 115v. *A codice* 3 *abest praefatio*; *in cod.* 1. *inseritur inter capita* 1 *et* 2 *praefatio cum capite secundo Karoli capitularis italici anno* 801 *(Cap.* 98*) editi.* 10

In tribus his codicibus capitula subnectuntur capiti ante haec sub numero 18 *edito et in omnibus inter Hlotharii capitula recensentur et Hlotharii dicuntur, sicuti in libro quoque Papiensi, qui capita* 1. 2. 4 *exhibet, Hlothario adscribuntur. Quem auctorem etiam ea quae capitibus insunt minime dissuadent; fortasse haec quoque capitula in Hlotharii itinere primo* ('in tam parvo spatio temporis' *uti in praefatione dicitur; cfr.* 15 *etiam quae de inchoatis tantum iustitiis referuntur in Einhardi annalibus ad annum* 823) *data sunt. Imperatoris gratia his capitulis complura, quae secundum Langobardorum edictum fisco debebantur, iudicibus, vassallis, populo conceduntur, ut concessio recte dicenda videatur.* *(B. I,* 325, *c.* 28—30; *P. I, p.* 233, *c.* 12—14.*)*

Cum enim in tam parvo spatio temporis iuxta quod potuimus hoc tota intentione 20 laborare, studuimus, qualiter salvatio vestra[a] et istius regni maneat in futurum, etiam et hoc nobis desiderium fuit inquirere, qualiter erga vos venibolos[b] nos[c] ostendamus generaliter cum cunctis aecclesiasticis ac liberis personis, ad consolationem eorum et ad illorum bona voluntate corroborandum, ut[d] fidelitatem illorum, sicuti semper erga nos[1] servaverunt, conservent. Tamen volumus[e] hoc beneficium prestare: 25

1. Ut si cuiuscumque servus liberam feminam sibi ea consentiente in coniugio copulaverit,[f] et[g] infra anni spatium ad vindictam traditi non fuerint,[g] sicut lex[2] tales personas nostro fisco sociat, ita nos[h] nostra liberalitate concedimus, ut in potestate et servitio domini illius cuius servus fuerit ambo revertantur.

2. Similiter concedere volumus[i] cunctis liberis personis, ut nullus iudex publicus 30 seu ministri publici eos contra legem[3] audeant pignerare in[k] bovibus,[k] quia audivimus multa damna atque afflictiones propter hoc populo[k] nostro[k*] sustinere. Neque cogantur ad placita venire praeter ter[l] in anno, sicut in capitulare[4] continetur, excepto scabinis et causatoribus et testibus necessariis; quia omnem[m] passionem volumus auferre,[m] ut populus noster pacifice sub nostro regimine vivere possit. 35

a) nostra 2. b) *sic* 1. 2 *pro* benevolos. c) nos *om.* 1. 2; *supplevit Pertz.* d) et 1. 2. e) *inde ab hoc verbo incipit* 3. f) sociaverit 1. 2. g) et .... fuerint *om.* 2. h) *deest* 1. 2. i) de *add.* 1; ut *add.* 2. k) *ita* 1; in bubus 3; immobilibus 2. k*) populum nostrum 3. l) triduum 3. m) omnibus volumus offerre 1. 2.

1) *Reges Francorum.* 2) *Ed. Liutpr. c.* 24. 3) *Roth.* 250. 251. 4) *Capitulare non exstare* 40 *videtur; cfr. autem supra pag.* 116, *c.* 20; *p.* 148, *c.* 5; *p.* 207, *c.* 12; *p.* 210, *c.* 14; *p.* 290, *c.* 14.

3. His[m*] vero personis[n] quae[n] se nobis commendaverunt,[o] volumus specialiter hoc honoris privilegium concedere prae ceteris liberis, ut in quocumque loco venerint, sive ad placitum vel ubicumque, omni honore digni habeantur et caeteris anteponantur;[5] et quicquid ad querendum habuerint, absque ulla dilatione iustitiam suam accipere mereantur. Et illorum[p] homines liberi[p] qui eis commendati sunt,[q] si ipsi[r] seniores[r] eos secum in servitio[s] habuerint,[r] propter iustitiam faciendam nec distringantur nec pignerentur, quousque de nostro servitio reversi fuerint. Et tunc si quid[t] ab eis quaeritur, primum senioribus eorum[u] moneatur[v] ut iustitiam suam[w] quaerentibus faciant; et si ipsi facere noluerint, tunc legaliter distringantur.

4. Concedimus[x] etiam gastaldiis[y] nostris curtes nostras providentibus,[z] ut[a] si proprio suo[b] pretio res emerint aut quolibet iusto adtractu acquisierint, sicut lex[6] easdem[c] res[c] ad nostram partem concedit, ita nos eas illis concedimus, si[d] in servitio nostro[d] fideles inventi fuerint.

m *) *Pergunt codices sine capitis distinctione; in libro Papiensi hoc caput deest.* n) qui 1. 2. o) aut in futurum commendaverint *add.* 1. 2. p) de illorum liberis hominibus 1. 2. q) aut fuerint *add.* 1. 2. r) ipse senior.... habuerit 1. 2. s) non *add.* 1. 2. t) quis 1. 2. u) *deest* 1. 2. v) admoneatur 2; admoneantur 1. w) *deest* 1. 2. x) Consideravimus 2. y) cast. 1. 2. z) praevid. 1. 2. a) ut *om.* 1. 2. b) eorum 1. 2. c) illas 1. 2. d) dum in servitium nostrum 1. 2.

5) *Cfr. supra pag.* 207, *c.* 9; *pag.* 210, *c.* 10. 6) *Ed. Rothari c.* 375.

---

160. CAPITULA DE INSPICIENDIS MONASTERIIS.

Leguntur in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52., *fol.* 105[v] *continuo subnexa Hlotharii capitulari Olonnensi supra (C.* 157*) edito. Capitula ipse numeris distinxi.*

In synodo vel generali vel provinciali edita sunt post annum ut videtur 817, *quo Hludowicus Benedicto Indense monente monasteria secundum Benedicti regulam reformari et visitari iussit; quo vero tempore et an Hlotharii iussu et auctoritate promulgata sint omnino dubium. Nam e loco quo in Blankenburgensi codice plus semel aliena in unam congeriem miscente capitula recepta sunt vix quid certi de eorum origine collegi potest.* *(B. deest; P. I,* 236, *c.* 7. 8.*)*

Abbates, qui ab episcopis electi sunt ad conspiciendum regulae observationem in monasteriis, istum debent tenere modum in his quae eis iniuncta sunt.

1. Primo, quia subito[a] et in brevi spatio pleniter cognoscere non valent conversationem fratrum in illo monasterio ad quod tunc veniunt, nisi aliquibus diebus ac noctibus cum eis conversentur, cum tali ad eos veniant paucitate, ut monasterium non gravent.

2. Deinde, si intellexerint abbatem neglegentem suum ministerium agere aut de semetipso aut de fratribus suis, secundum regulae auctoritatem commoneant illum. Similiter etiam faciant, si ex fratribus fuerint neglegentes inventi: cum abbate suo

a) subdito *c.*

secundum regulae auctoritatem eos commoneant. Si ignorantia est, per eandem regulam docendo corrigant eos; si autem voluntate delinquunt et emendaverint per eorum ad-admonitionem, bene; quod si noluerint, nuntient primum episcopo loci, et si ultra necessitas fuerit, nuntient synodali conventui.

3. Si vero questio aliqua fuerit de regulae capitulo, et non potuerint inter se definire, nuntient synodo, et ibi auctoritate episcoporum sacrior decernatur sensus; et per vim nihil agere qui missus est presummat.

4. Consuetudines autem ubi[b] invente fuerint noxia, et hoc, ut supra dictum est, nuntient.

b) *ita correxit Pertz;* nisi *c.*

---

161. CONSTITUTIO ROMANA.

824 m. Novembr.

Traditur in codicibus 1) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 79. 2) *Cavensi* 22. *fol.* 261, *(cfr. cod. dipl. Cavensis IV*[b], *pag.* 59*) cuius codicis in hoc capitulari, capitulo ultimo omisso, finis est;* 3) *Guelferb. inter Blankenburg.* 130. 52 *fol.* 118. *Capitula fere omnia transierunt in librum Papiensem, in cardinalis Deusdedit (qui usus est codice Vaticano* 3833. *fol.* 49 B.*) collectionem saeculo undecimo compilatam et in alias canonum collectiones; sed canonum collectores textum saepe mutaverunt et mutilaverunt.*

Capitularis in codicibus inscriptio est: 'Kapitula (Item alia cap. 3) quod domnus Hlotharius imperator tempore Eugenii pape instituit ad limina (liminaria 2) beati Petri apostoli (b. Petri secus urbe Roma 1)'; *similiter in cod. Vatic.* 3833 *et libri Papiensis codicibus constitutioni inscribitur.*

Ex annalibus Einhardi dictis de huius capitularis origine haec in memoriam revocare iuvabit; ad ann. 823: 'Nunciatum est etiam, Theodorum sanctae Romanae ecclesiae primicerium et Leonem nomenclatorem generum eius in patriarchio Lateranense primo excaecatos ac deinde fuisse decollatos, et hoc eis ob hoc contigisse, quod se in omnibus fideliter erga partes Hlotharii iuvenis imperatoris agerent; erant et qui dicerent, vel iussu vel consilio Paschalis pontificis rem fuisse perpetratam.' *Deinde ad annum* 824: ('Paschalis pontifex) vita decessit. In cuius locum cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius tamen... vincente nobilium parte... ordinatus est. Cuius rei nuntium cum Quirinus subdiaconus... ad imperatorem detulisset, ipse conventu circiter VIII. Kalendas Iul. pronuntiato atque Compendio habito... Hlotharium filium imperii socium Romam mittere decrevit, ut vice sua functus ea quae rerum necessitas flagitare videbatur cum novo pontifice populoque Romano statueret atque firmaret. Et ille quidem ad haec exsequenda post medium Augustum in Italiam profectus est..... Hlotharius vero... Romam profectus ab Eugenio pontifice honorifice suscipitur. Cui cum iniuncta sibi patefaceret, statum populi Romani iamdudum quorundam praesulum perversitate depravatum, memorati pontificis benivola adsensione ita correxit, ut omnes qui rerum suarum direptione graviter fuerant desolati de receptione bonorum suorum quae per illius adventum Deo donante provenerat, magnifice sint consolati.' *Aestate anni* 825 *Hlotharius ex Italia in Franciam regressus est.*

In hoc igitur itinere sequens Hlotharii, quem mense Novembri anni 824 *Romae missam S. Martini celebrare et documenta dare videmus, constitutio scripta est, fortasse ut publice eius praecepta recitentur et explicentur, quod e capitis primi fine et capite nono colligendum videtur.*

Subieci constitutioni sacramenti formulam a pontificis electoribus Romanis praestandi, quam annales Romani (Murat. script. rer. Ital. I^b, 184), item Duchesne (Hist. Francorum scriptores II, 207) tradunt et quae, ut e b. m. Merkelii schedis desumpsi, etiam legitur in ultimo folio codicis Patavini S. Anton. 182, *ubi ita inscripta est:* 'Quale 5 modo Romani tempore Eugenii pape ... Indiculum sacramenti, quomodo iuravit universus clerus seu populus Romanus ad quos electio pontificis specialiter pertinet secundum antiquam consuetudinem seu sanctorum patrum constitutionem.' *Quae sacramenti formula ita cum iis quae de pontifice saeculo nono electo novimus congruunt, ut pro vera et inter Hlotharium et Eugenium pontificem anno* 824 *statuta recte haberi possit.*
10 *(B. II,* 317 *et I,* 647; *P. I,* 239.)

Constitutum habemus, ut omnes qui sub speciali defensione domni apostolici seu nostra fuerint suscepti impetrata inviolabiliter iusta utantur defensione; quod si quis in quocumque hoc contemptive[a] violare praesumpserit, sciat se periculum vitae suae esse incursurum. Nam et hoc decernimus, ut domno apostolico in omnibus ipsi iustam 15 observent oboedientiam seu ducibus ac iudicibus suis ad iustitiam faciendam. In[b] hoc capitulo fiat commemoratum de viduis et[c] orfanis[c] Theodori,[d] [1] Floronis[d] et Sergii.[b]

2. Ut depraedationes quae hactenus fieri solebant prohibemus ne fiant, neque vivente pontifice neque defuncto; si quis vero ulterius hoc fecerit, sciat se legali sententia esse condemnandum. Quae autem retro actae sunt, placet nobis ut per dispo- 20 sitionem nostram fiant legaliter emendatae.

3. Volumus ut in electione pontificis nullus praesumat venire, neque liber neque servus, qui aliquod impedimentum faciat[e] illis solummodo Romanis,[e] quibus antiquitus fuit consuetudo concessa[f] per constitutionem sanctorum patrum eligendi pontificem.[2] Quod si quis contra hanc iussionem nostram facere praesumpserit, exilio tradatur.

25 4. Volumus ut missi constituantur de parte domni apostolici et nostra, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter singuli duces et iudices iustitiam faciant populo[g] et quomodo nostram constitutionem observent. Qui[h] missi,[h] decernimus, ut primum cunctos clamores qui per neglegentiam ducum aut iudicum fuerint inventi[i] ad notitiam domni apostolici deferant, et ipse unum e duobus eligat: aut[k] statim per eosdem mis- 30 sos fiant ipsae necessitates emendatae, aut si non, per nostrum missum fiat nobis notum, ut per nostros missos a nobis directos iterum[l] emendentur.[l]

5. Volumus ut cunctus populus Romanus interrogetur, qua[m] lege vult vivere, ut[n] tali qua se professi fuerint vivere[n] velle[o] vivant; illisque denuntietur, quod hoc unusquisque sciat, tam duces quam et iudices vel reliquus populus, quod si in offen- 35 sione sua contra eandem legem fecerint, eidem legi quam profitentur per dispositionem pontificis ac nostram subiacebunt.

6. De rebus ecclesiarum iniuste invasis sub occasione quasi licentia accepta a pontifice, et de his quae necdum redditae sunt et tamen fuerunt iniuste a potestate pontificum invasae, volumus ut per missos nostros fiat[p] emendatum.[p]

40 a) contemptum 3. b) In ... Sergii *om.* 3. 4. c) et orf. *om.* 2. d) theodoris florinis 2. e) *ita legendum videtur;* faciat. Illisolummodo romanis 1. 2; faciat. Illi solummodo Romani 3. f) eum concessa 2; non cessent 3. g) in populo 2. h) Quibus missis 3. i) *deest* 3. k) ut aut 3. l) emendetur, *om.* iterum 1. m) quale 2; *deest* 3. n) ut ... vivere *om.* 2. o) *deest* 1; vel 2. p) *sic* 1. 2; emendetur 3.

45 1) *Theodorus ecclesiae Romanae primicerius et regno Francorum fidelis cum Leone nomenclatore a Romanis anno* 823 *excaecatus et decollatus est, ut videtur, cum Floro et Sergio, de quibus non constat. Eorum viduis et orfanis ut satisfactio fieret, in hoc capitulo publice recitato edictum esse videtur.* 2) *Cfr. infra Hludowici cum Paschali pactum anni* 817 *in additamentis (Cap.* 172*) editum, sub fine.*

7. Prohibemus ut depraedationes inter confinia nostra ultra[q] non fiant, et quae factae sunt, secundum[q] legem de utrisque partibus ordinemus ut emendentur. Similiter volumus, ut ceterae iniustitiae[r] de utrisque partibus fiant emendatae.

8. Placuit nobis, ut cuncti iudices sive hi qui cunctis praeesse debent, per quos iudicaria potestas in hac urbe Roma[s] agi debent, in praesentia nostra veniant; volentes numerum et nomina eorum scire et singulos de ministerio sibi credito admonitionem[t] facere.[u]

9. Novissime admoneatur, ut omnis homo, sicut gratiam Dei et nostram habere desiderat, ita praestet in omnibus oboedientiam atque reverentiam huic pontifici.

Promitto ego ille per Deum omnipotentem et per ista sacra quattuor euangelia et per hanc crucem domini nostri Iesu Christi et per corpus beatissimi Petri principis apostolorum, quod ab hac die in futurum fidelis ero dominis nostris imperatoribus Hludowico et Hlothario diebus vitae meae, iuxta vires et intellectum meum, sine fraude atque malo ingenio, salva fide quam repromisi domino apostolico; et quod non consentiam ut aliter in hac sede Romana fiat electio pontificis nisi canonice et iuste, secundum vires et intellectum meum; et ille qui electus fuerit me consentiente consecratus pontifex non fiat, priusquam tale sacramentum faciat in praesentia missi domini imperatoris[3] et populi, cum iuramento, quale dominus Eugenius papa sponte pro conservatione omnium factum habet per scriptum.

q) ultra... secundum *om.* 2. r) iustitiae 1. s) Romana 3. t) admonitione sibi 2. u) *Hic finis codicis* 2.

3) *Einhard. annales ad a.* 827: ... 'quo defuncto Gregorius (IV) electus, sed non prius ordinatus est quam legatus imperatoris Romam venit et electionem populi qualis esset examinavit.'

---

162. CAPITULA DE EXPEDITIONE CORSICANA.

825. Febr.

Exstant in codice 1) *Chisiano F. IV,* 75. *fol.* 92[v] *et* 2) *Cavensi* 22. *fol.* 251 *(cfr. Cod. dipl. Cav. IV*[b], *pag.* 52.*)*

Capitularis inscriptio infra edita demonstrat, ipsum datum esse in itinere Hlotharii italico in antecedentis capitularis praefatione nostra dicto, anno scilicet 825; *nam Hlotharii imperii anni aetate illa inde ab anno* 820 *numerabantur (cfr. Mühlbacher in actis academ. Vindob. tom.* 85, *pag.* 477 *et sq.)* *et* 'indictio tertia' *cum illo alio charactere chronologico congruit. Mense Februario illius anni Hlotharium in curte Maringo versatum esse, documentum probat die* 14. *m. Febr. illic ab imperatore datum (Murat. ant. Ital. III.* 577.*)* *De huius anni expeditione Corsicana nihil quidem aliunde constat: saepe autem Corsica insula contra Mauros vel Sarracenos ipsam vastantes a Francis et Langobardis defendenda erat.* *(B. deest; P. I,* 242.*)*

In nomine Domini. Incipit capitula quod domnus Lotharius[a] imperator sexto[b] anno imperii sui, indictione tertia, instituit in curte Maringo[b]

Volumus ut singul[c] comites hanc districtionem teneant[c] inter eos qui cum eis
5 introeant[d] in Corsica vel remanere debeant.[e]

1. Ut domnici vassalli[f] qui austaldi[g] [1] sunt et in nostro palatio[h] frequenter serviunt, volumus ut remaneant; eorum homines quos antea habuerunt, qui[i] propter hanc occasionem eis se commendaverunt,[k] cum eorum[l] senioribus remaneant. Qui[m] [2] autem in eorum proprietate manent,[m] volumus scire qui sint et adhuc considerare
10 volumus, quis eant aut quis remaneant. Illi vero qui beneficia nostra habent et foris manent, volumus ut eant.

2. Homines vero episcoporum seu abbatum, et[n] qui foris manent, volumus ut cum comitibus eorum vadant, exceptis duobus[o] quos[o] ipse elegerit; et eorum austaldi[p] liberi,[q] exceptis quattuor, volumus ut pleniter distringantur.[r]
15 3. Ceteri[s] vero liberi homines[s] quos vocant bharigildi,[t] volumus ut singuli comites[u] hunc modum[3] teneant:[u] videlicet ut qui tantam[v] substantiae facultatem habent qui per se ire possint, et ad hoc sanitas et[w] viris utiles[w] adprobaverit, vadant; illi vero qui substantiam habent et tamen ipsi ire non valent, adiuvet valentem et minus habentem. Secundi[x] vero ordinis liberis, quis pro paupertate sua per se ire non possunt
20 et tamen ex parte possunt, coniungantur duo vel tres aut quattuor (alii vero si necesse[y] fuerit), qui[z] iuxta[z] considerationem comitis[a] eunti adiutorium faciant quomodo ire possit; et in hunc modum ordo iste servetur usque ad alios qui pro nimia paupertate neque ipsi ire valent neque adiutorium eunti prestare. A comitibus[b] habeatur excusatus[4] post antiqua consuetudo eis[c] fidelium comitibus observanda.

25 a) *deest* 1. b) *Loco* sexto ... Maringo *in cod.* 2 *errore leguntur verba inscriptionis capitularis antecedentis:* tempore Eugenii pape instituit ad liminaria beati Petri apostoli. c) *ita correxi secundum cap.* 3; *in codd. legitur:* singulis comitibus ac districtionem (hac districtione 2) teneantur. d) introierunt 2. e) debent 2. f) bassalli 2. g) castaldi 2 h) *ita* 1; placito 2. i) *deest* 2. k) commendauerit 1. l) eo 1. m) Qui ... manent *om.* 2. n) et *delendum videtur.* o) ducibus quod 2. p) aut
30 castaldi 2. q) liberos 1. r) dirigantur 2. s) Ceteris vero liberis hominibus 2. t) uuadrildi 2. u) comitibus hoc m. teneat 2. v) tantum 1. w) erit utices 2. x) Secundum 1. 2. y) necessitas 2. z) quod iusta 2. a) comiti 1; committit 2. b) eorum *add.* 1. c) ei 2.

1) *Cfr. supra pag.* 210, *c.* 10. 2) *Scilicet vassalli dominici.* 3) *Cfr. supra pag.* 134, *c.* 2; *pag.* 137, *c.* 1. 4) *Memoria Olonnensis* 823, *c.* 13.

163. CAPITULARE OLONNENSE ECCLESIASTICUM PRIMUM.

825 mense Maio.

Traditur in codicibus 1) *Epored.* 34. *fol.* 54. 2) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 93. 3) *Cavensi* 22. *fol.* 251ᵛ *(Cod. diplom. Cavensis IV*ᵇ, *pag.* 53.) 4) *Guelferbyt. inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 112ᵛ. 5) *Mutin. cath. Ord. I,* 2. *fol.* 179ᵛ. 6) *Goth.* 84. *folio fere* 389. *Codex* 7) *Monac.* 3853. *fol.* 293ᵛ *capitula* 1. 4. 5. 8. 10 *servavit; caput* 10, *quod in rebus ecclesiasticis magni est momenti, saepius in codicibus legitur (e. gr. Vat.* 5359, *Verc.* 175 *et in lege Romana canonice compta, quae vulgo dicitur) et in iis Hlotharii capitularis Olonnensis caput* 10 *inscribitur. In codicibus* 2. 3 *capita* 6. 7 *omissa sunt.*

Blankenburgensis codex inscriptionem praebet: 'Item alia capitula domni Hlotharii,' *Mutinensis:* 'Item cap. de episcoporum causis.' *Secundum inscriptionem in Chisiano codice servatam et infra editam capitulare anno* 825 *Olonnae, ubi Hlotharius secundum chartas ab ipso datas mense Maio versatus est, ortum est, ac quidem in* 'synodali concilio,' *ut capitularis sequentis capite sexto dicitur. Quae origo eiusdem sequentis capitularis subscriptione confirmatur, item eo quod huius primi ecclesiastici capitularis caput octavum anno* 832 *tamquam capitularis pars ab Hlothario Olonnae editi allegatur.*

(B. II, 323, *c.* 15 *sqq.; P. I,* 248.)

Incipit[a] capitula quod domnus imperator sexto anno imperii sui ad generale placitum instituit curte Holonna.[b]

Placuit[c] nobis,[c] ut si pro quibuslibet culpis atque criminibus quaecumque persona totiens fuerit correpta, ut etiam[d] excommunicatione episcopali pro[e] contemptu[e] dignus habeatur, comitem[f] suum episcopus[f] sibi consociet, et per amborum consensum huiuscemodi distringatur contemptor, ut iussionibus[g] episcopi sui oboediens existat; si vero assensum non dederit, bannum nostrum nobis persolvat. Quod si adhuc contumax perstiterit, tunc ab episcopo excommunicetur. Si vero excommunicatus corrigi nequiverit, a comite vinculis constringatur, quousque nostrum is contemptor suscipiat iudicium. Si[h] vero in talibus comes repertus fuerit noxius, per episcopum eius nobis nuntietur. Si autem vassallus noster in hac culpa lapsus fuerit, sicut supra per comitem distringatur;[i] quod si non audierit, nobis innotescatur, antequam in vinculis mittatur.[h]

2.[k] Volumus ut omnimodis emunitates progenitorum nostrorum seu nostrae pleniter ac iuste conserventur.

3.[l] Volumus ut res quae a liberis personis locis Deo dicatis conferuntur, licet sibi usumfructum et ordinationem earundem rerum, si[m] aliter sibi placuerit,[m] reservent, si aliter eas non ordinaverint, ita maneant sicut prius datae fuerunt.

4.[n] Singulis episcopis, abbatibus, abbatissis duos concedimus advocatos, eosque quam diu advocationem tenuerint ab hoste relaxamus.

a) *Haec inscriptio in solo cod.* 2. b) Holontna *c.* c) Caput primum de episcopis. Placuit n. de episcopis 6. d) iam 4. 6. e) per contemptum 4. 6. f) comis s. episcopum 2. 3. g) iussioni 4; ad iussionem 6. h) *In cod.* 7 *finis capituli in loco raso manu posteriori ita scriptus est:* Si vero ita vagus existat, ut nequaquam comprehendi possit, postquam excommunicatus fuerit et nec sic corrigi nequiverit, res eius fiscus acquirat. i) constringatur 4. 6. k) De emunitate *rubrica in* 6. l) De rebus quae in ecclesia conferuntur *rubr. in* 5. 6. m) si... placuerit *om.* 4. n) De aduocatis *rubr.* 5. 6.

5.[o] Prohibemus ut nemo usuram facere praesumat post episcopi sui contestationem; quod si quis post eius interdictum facere praesumpserit, a comitibus, sicut supra[1] de contemptoribus praecepimus, distringatur.

6.[p] De doctrina vero, quae ob nimiam incuriam atque ignaviam quorundam[q] praepositorum cunctis in locis est funditus extincta, placuit ut sicut a nobis constitutum est ita ab omnibus observetur. Videlicet ut ab his qui nostra dispositione ad[r] docendos[s] alios per loca denominata sunt constituti maximum detur[t] studium, qualiter sibi commissi[u] scolastici[u] proficiant atque doctrinae insistant, sicut praesens exposcit necessitas. Propter oportunitatem tamen omnium apta loca distincte ad hoc exercitium providimus, ut difficultas locorum longe positorum ac paupertas nulli foret[v] excusatio. Id sunt: primum in Papia conveniant ad Dungalum[2] de Mediolano, de Brixia, de Laude, de Bergamo, de Novaria, de Vercellis, de Tertona,[w] de Aquis, de Ianua,[x] de Aste, de Cuma; in[y] Eporegia[z] ipse episcopus hoc per se faciat; in Taurinis conveniant de Vintimilio,[a] de Albingano,[b] de Vadis, de Alba; in Cremona discant de Regia, de Placentia, de[c] Parma,[c] de Mutina; in[d] Florentia[d] de Tuscia respiciant; in Firmo de Spoletinis[e] civitatibus conveniant; in Verona de Mantua, de Triento;[f] in Vincentia de Patavis, de Tarvisio, de Feltris, de Ceneda,[g] de Asylo[h]; reliquae civitates Forum Iulii ad scolam conveniant.[i]

7. Volumus ut singuli episcopi conversationem canonicorum eorumque habitationes Kalendas Octobris futuri anni absque ulla neglegentia, sicut disposuimus,[3] habeant praeparatas.

8.[k] Praecepimus ut singulae plebes secundum antiquam consuetudinem fiant restauratae;[4] quod si filii eiusdem ecclesiae eas restaurare noluerint, a ministris rei publicae distringantur, ut volentes nolentesque nostram observent praeceptionem.

9.[l] De decimis vero dandis statuimus, ut sicut in capitulari continetur quod in Mantua factum est[m][5] ita qui eas dare nolunt distringantur atque persolvant.[n]

10.[o] De praecariis quoque, quae a rectoribus ecclesiarum inrationabiliter fiebant, suosque[p] successores poena gravi obligabant, ut facta ipsius nequiret dissolvere, praecipimus, ut nemo successor in antecessoris sui poena statuta sit obligatus; sed suae providentiae sit concessum, ut, si antecessor eius res aecclesiae inrationabiliter[q] distribuit, ab eo ad ius aecclesiae tenendae revocentur.[6]

o) De usuris *rubr.* 6. p) De doctrina *rubr.* 6; *in codd.* 2. 3 *desunt capp.* 6. 7. q) quorumlibet 6. r) artem 5. 6. s) docentes 5. t) dent 5. u) ita, *loco* comm. scol. 5. 6. v) fieret 5. 6. w) tartona 6; artona 5. x) genua 5. 6. y) de 4. z) eboreia 5. 6. a) Vigintimilio 5. b) albengano 5. 6. c) de parma *om.* 4. d) in florentia *om.* 4. e) spoleti 4. f) tridento 5; tridendo 6. g) cenata 6; ceneta 5. h) asilio 4; asilo 5. i) concurrant 5. 6. k) De plebibus restaurandis. *rubr. in* 5. 6. l) De decimis ut dentur 5. 6. m) obseruetur *rec. man. add.* 5. n) exsoluant 4. o) De rectoribus ecclesiarum *rubr. in* 5—7. p) su suosque 4; se suosque *libri Pap. codd.* q) fraudulenter 2.

1) *Capite primo.* 2) *Scottum, qui anno* 810 *in S. Dionysii monasterio vixit, postea Papiensem scholam celebrem reddidit.* 3) *Haec dispositio hodie non exstat; de monasteriis reformandis cfr. supra Cap.* 160. 4) *Cfr. supra capp. italica pag.* 191, *c.* 1; *pag.* 196, *c.* 3; *pag.* 200, *c.* 2. 5) *Cfr. supra pag.* 197, *c.* 8; *in codd. Blank. et Eporediensi hoc caput allegatum capitulari nostro subiungitur.* 6) *Cfr. quae Hlotharius iam anno* 823 *constituerat, supra p.* 316, *c.* 1.

164. CAPITULARE OLONNENSE ECCLESIASTICUM ALTERUM.

825 mense Maio.

Exhibetur in codicibus 1) *Epored.* 34. *fol.* 53.[v] 2) *Guelferb. inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 111.[v] 3) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 94. 4) *Cavensi* 22. *fol.* 252 *(Cod. dipl. Cav. IV*[b]*, p.* 54.*)*

Codices 1. 4 *inscriptione carent; in cod. Blank. capitulis inscriptum est:* 'Item alia capitula domni Hlotharii imperatoris,' *in codice Chisiano:* 'Item alia kapitula.'

Capitulorum originem subscriptio quam Chisianus solus servavit indicat; haud dubie capitula una cum capitulari antecedenti in synodali concilio (c. 6.) cui ipse imperator praefuit, deliberata sunt, sicuti in capitulis quibusdam ab episcopis ad Hludowicum imperatorem secundum directis hoc utrumque tamquam unum Hlotharii capitulare allegatur. (Cfr. Pertzii capit. editio I, p. 432, *c.* 6. 7.*) De capite* 7 *dubitari potest: nam alteram eius formam codices* 1. 2. *alteram codices* 3. 4. *tradunt; praeterea suspicionem movet, quod hoc ultimum caput et quartum argumento sunt similia. Dubitari igitur potest, an ultimum a capitulari alienum vel postea additum sit. (B. deest; P. I,* 250.*)*

Iubemus[a] ut baptismalium aecclesiarum rectores sint presbyteri singularum[b] singuli,[b] nam[c] non diaconi[d] vel cuiuslibet inferioris ordinis clerici.

2. Placuit etiam nobis, ut presbyteri baptismalium aecclesiarum secundum suam possibilitatem debitam obedientiam rei publice et honorem exhibeant episcopis[e] suis[e] absque gravedine,[f] quomodo[g] necessitas et ordo poposcerit.

3. Statuimus etiam, si obedientia rei publicae episcopis talis iniungitur quam per se facile adimplere nequiverint, ut prebeant[h] solacium subiecti secundum qualitatem iniuncti servitii.

4. De senodochiis precipimus,[i] ut secundum possibilitatem vel temporis fertilitatem testamentorum scripta[1] sequantur.

5. De feminis cum presbyteris cohabitantibus placuit,[k] ut penitus[l] eiciantur, ne[k] ulterius cum his de quibus suspicantur quoquo[m] modo conversentur;[n] et si post[o] primam contestationem[o] episcopi sui a[p] septem usque ad tres[p] idoneis testibus convincitur praevaricasse, proprii gradus periculo subiaceat.

6. Si episcopus contestationem vel correptionem huiuscemodi neglexerit aut post hoc sinodale concilium infra dies XL[q] emendatione digna non emendaverit, iudicio metropolitani sui sententiam[r] subiaceat.[r]

7. De[s] senodochiis precipimus, ut quicumque illas habet, omnia secundum Deum et secundum canones inde faciat; et quicquid inde non fuit datum pauperibus	7 a. De[s] monasteriis et senedochiis inordinatis et destructis ad palatium[2] vel ad quorumcumque iura pertinentibus, qui admonitionem episcoporum contemnunt,

a) Invenimus 2. b) singularium 2; singulorum singulis 4; *desunt* 3. c) et 2. d) diacones 4. e) episcopi sui 3. 4. f) *ita* 2; gravimine 3; gravamine 4. g) cum 2. h) preveniat 2. i) *ita* 3; placuit nobis 4; visum est nobis 2. k) p. eas penitus eici nec 2. l) presentaliter 4. m) quo 3. 4. n) conuersari 2. o) prima contestatione 3. 4. p) a septimo usque ad tertium 4. q) LX. 2. r) subiaceat ad sententiam 4; subeat sententiam 2. s) *Cap.* 7 *e codd.* 3. 4; cap. 7a. *e codd.* 1. 2.

1) *Quibus senodochia fundata sunt.* 2) *Cfr. supra pag.* 195, *c.* 3; *p.* 201, *c.* 6.

post obitum domni Pippini[3] in omnibus fiat restauratum. Quod[4] si aliquis hoc facere noluerit, de ipsos senodochios non habeat potestatem, usque dum veniat cum ipsis missis in nostra presentia; et[t] missi cum ipso episcopo illa imbrevient in nostra presentia.[t] placuit nostrae imperialis providentiae iudicio reservari.

Datum[u] Holonna, anno imperii domno Ludowici et Lottario imperatoribus XII.° et VI.° mense Madio, indictione III.

t) et *usque* presentia *om.* 3. u) *Subscriptio e solo cod.* 3.

3) *Italiae regis.* 4) *Cfr. supra pag.* 200, *c.* 1.

165. CAPITULARE OLONNENSE MUNDANUM.

825 Maio.

Invenitur in codicibus 1) *S. Pauli in Karinthia fol.* 184. 2) *Epored.* 34. *fol.* 52. 3) *Paris.* 4613. *fol.* 93, *capite tamen ultimo omisso,* 4) *Guelferbytano inter Blankenb.* 130. 52. *fol.* 106. 5) *Chisiano F. IV.* 75. *fol.* 94. 6) *Cavensi* 22. *fol. fere* 256 *(Cod. dipl. Cavens. IV.*[b] *pag.* 55.) 7) *Mutin. cathedr. Ord. I,* 2. *fol. fere* 180. 8) *Goth.* 84. *fol. fere* 390. 9) *Paris.* 3878, *in quo tamquam supplementa Ansegisi collectioni subiunguntur capitula nostra* 1—3, *inscripta verbis* 'De secundo libello cap. XVI.' 10) *Monac.* 3853. *fol.* 294, *ubi inserta sunt secunda primi capitis pars et reliqua usque ad duodecimum, et fol.* 246. 247 *tamquam Ansegisi supplementa adduntur c.* 1—3: 'De secundo libello cap. XVI.,' *et cap.* 4. 5, *inscripta* 'In quarto libello' *et numerata LXXIII. et LXXVI. In Vaticano denique* 5359 *capitula* 10. 11. 2. 3 *leguntur.*

Inscriptiones dant tantum Guelferbytanus: 'Item alia capitula domni Hlotharii' *et Mutinensis, in cuius indice capitulis inscribitur:* 'Item cap de comitum causis.'

In codicibus omnibus uti etiam in libro Papiensi, in quo, primo tantum excepto, omnia leguntur, capitula Hlotharianis inseruntur et plerumque prope Olonnensia ao. 825 *data posita sunt. Et omnino credibile est, praeter ecclesiastica haec quoque mundana in conventu illa data esse. Capitulare Hlotharianum esse Hludowicum secundum habemus testem, qui caput sextum tamquam a genitore suo datum anno* 866 *allegat. (Cfr. Pertzii capit. edit. I, p.* 504, *c.* 1.) *(B. deest; P. I,* 251.)

Statuimus[a] ut liberi homines, qui tantum proprietatis habent unde hostem bene facere possunt et iussi facere nolunt, ut prima vice secundum legem illorum statuto damno subiaceant; si vero secundo inventus fuerit neglegens, bannum nostrum id est LX solidos persolvat; si vero tertio quis in eadem culpa fuerit inplicatus, sciat se omnem substantiam suam amissurum aut in exilio esse mittendum. De[b] mediocribus quippe liberis[c] qui non possunt per se hostem facere comitum fidelitati committimus, ut inter duos aut tres seu quatuor, vel si necesse fuerit amplius, uni qui melior esse

a) Caput I. De comitibus *rubr. in* 7. 8. b) *Hic demum incipit* 10; *novi capitis initium in* 3. c) homines *add.* 1; hominibus *add.* 6.

videtur adiutorium praebeant ad nostrum servicium faciendum. De his quoque qui propter nimiam paupertatem neque per se hostem facere neque adiutorium prestare possunt, conserventur quousque[d] valeant recuperare.[d 1]

2.[e] Placet nobis, ut liberi homines, qui non propter paupertatem sed ob vitandam reipublicae utilitatem fraudolenter ac ingeniose res suas ecclesiis delegant[f] easque denuo sub censu utendas recipiunt, ut, quousque ipsas res possident, hostem et reliquas publicas functiones faciant. Quodsi iussa facere neglexerint, licentiam eos distringendi comitibus permittimus per ipsas res, nostra non resistente emunitate,[2] ut status et utilitas regni huiuscemodi adinventionibus non infirmetur.

3.[g] Volumus ut similis mensura in laicali[h] ordine de hac re servetur; videlicet si quis alterius proprietatem qui hostem facere potest emerit aut quovis modo ad eum pervenerit eique ad utendum eas dimiserit, si neglegens de hoste fuerit, per ipsas res a comite distringatur, ut in quocumque publica non minoretur utilitas.

4.[i] Precipimus de his fratribus qui in nostris et Romaniae[k] finibus paternae seo maternae succedunt hereditati, si contigerit quod unus eorum ecclesiasticae miliciae sit mancipatus, et iccirco is qui seculariter militare debuerat, ut se ad defensionem regni nostri subtrahat, in nostris finibus partem substantiae in portionem suscipere dissimulaverit, idcirco ut nequeat constringi: ubicumque comis suus eum invenerit, licentiam distringendi ei concedimus. Ita ut primum fideiussores[l] donet[m] usque ad placitum suum, ut[n] bannum nostrum conponat;[o] si vero fideiussores[p 3] non invenerit, tam diu sub custodia per comitem teneatur, quousque aut fideiussores inveniat, aut bannum nostrum solutum habeat.[q]

5. De liberis vero hominibus qui in aliena potestate mobilem suum transferunt, ut causator eorum eos pignerare non possit, placet nobis ut res eorum infiscentur, quousque venientes ad audientiam iusticiam faciant. Si vero venire contempserint, secundum capitulare[4] domni ac genitoris nostri de eorum rebus agatur; nam et de ipsis rebus habita existimatione damnum quaesitori sarciatur.[r] Qui vero illut mobilem recepit, si[s] hoc per sacramentum probare non potuerit, quod propter iusticiam alterius differendam illut non recipisset, bannum nostrum persolvat.

6.[t] De fratribus namque qui simul in paterna seo materna hereditate communiter vivunt, nolentes substantiam illorum dividere, hac occasione ut unus tantum eorum in hostem vadat, volumus ut si solus est vadat; si autem duo sunt, similiter;[5] si tres fuerint, unus remaneat: et si ultra tres numerus fratrum creverit, unus semper propter domesticam curam atque rerum communium excolentiam remaneat. Si vero inter eos aliqua orta fuerit contentio, quis eorum expeditionem facere debeat, prohibemus ut nemo illorum remaneat. In aetate quoque illorum lex propria servetur. Similiter et in nepotibus eorum haec conditio teneatur.

7.[u] Ut in testimonium non recipiantur de his capitulis, id est de libertate vel de hereditate vel de proprietate in mancipiis et terris sive de homicidio et incendio, illi qui non habent, si convicti fuerint falsum dixisse testimonium, unde secundum legem compositionem plenam reddere possint.

d) usque quo recuperare valeant 9. 10. e) De liberis hominibus *rubr. in* 7. 8. f) donant 1. g) De laicali (laici 8) ordine *rubr. in* 7. 8; De emptione 9. h) laici 1, i) De fratrum hereditate *rubr. in* 7. 8. k) Romanis 6. l) fideiussorem 3. 6. m) inveniant 3. n) et 3. 6. o) persolvat 4. 5. p) fideiussorum 1. 6. q) *In codd.* 5. 6 *hic inseritur caput* 16 *memoriae Olonnensis ao.* 823 *comitibus datae.* r) sortiatur 5. 6. 10. s) vero *add.* 1. t) De fratribus commune viventibus *rubr. in* 7. 8. u) De testibus *rubr. in* 7. 8.

1) *Cfr. supra (p.* 325*) cap. de exped. Corsicana* 825, *c.* 3. 2) *Memoria Olonn. comit. a.* 823 *data, c.* 11. 3) *Cap. de leg. Ribuar.* 803 *(p.* 117*), c.* 3. 4) *Cap. legib. add.* 818. 819 *(p.* 283*), c.* 11. 5) *Ambo vadant.*

8.[v] Statuimus ut iuratores omnes singillatim[w] iurent.[6]

9.[x] Ut quicumque sacramentum vel debitum ante solis occasum persolverit securus inde sit.

10.[y] Videtur nobis, ut quicumque liber ingeniose se in servicio tradiderit, is qui eum recipit hoc quod ille qui in servicio se tradidit in publico per antiquam consuetudinem facere debuit impleat.

11.[z] De his qui proprietates suas habent,[a] spontanea[b] alicui delegant[c] et postea fraudolenter ab alio aliquo ignoranti precium easdem res venundantes accipiunt, et is cui easdem res prius traditae fuerant cognito negotio annum integrum silens non contradixerit, set propter inlusionem tacens sinit emptorem inludere, si infra[d] patriam anni spatium ut dictum est fuerit, prior traditio nihil ei valeat. Ille vero qui post primam traditionem res vendiderit, si vivens conprobatus fuerit hanc illusionem fecisse, bannum dominicum persolvat, id est LX solidos; si vero bannum[e] unde[f] conponat[f] non habuerit,[e] verberetur.

12.[g] Quibuscumque per legem propter aliquam contentionem pugna fuerit iudicata, praeter de infidelitate, cum fustibus pugnent, sicut in capitulare dominico prius constitutum fuit.[7]

13.[h] De fugitivis praecipimus, ut ministri rei publicae a domino fugitivi nihil accipiant, cum reddiderint eum.[8]

14. Videtur nobis de aldionibus, ut sicut lex habet[9] ita sit.[i]

v) De iuratoribus *rubr. in* 7. 8. w) simul 6. 8. 10. x) De sacramentis *rubr. in* 7. 8; in cod. 6 hoc caput cum anteriori in uno coniunctum legitur. y) De liberis qui se in servitium tradunt *rubr. in* 7. 8. z) De his qui res suas vendunt *rubr. in* 7. 8. a) *deest* 4. habent et 6; habentes 7. 8. b) spontanea 1; expontanea 6. c) donant 1. d) intra 1. e) non habet bannum 7. 8. f) unde comp. *om.* 5. 6. g) De pugnatoribus *rubr. in* 7. 8. h) De fugitivis *rubr. in* 7. 8. i) fiat 3; sint 4; faciat 6.

6) *Cfr. supra cap. Pipp. italicum pag.* 210, *c.* 12. 7) *Cfr. Capp. legib. add.* 818. 819, *c.* 10. 15; *similiter iam in capp. leg. add.* 816, *c.* 1. 8) *Cfr. Pipp. capit. ital. supra p.* 211, *c.* 19; *aliter secundum ius Langob. antiquum, de quo vide Roth.* 264, *Liutpr.* 44. 9) *Rothari* 235 (?).

---

166. CAPITULA DE REBUS ECCLESIASTICIS.

825?

Leguntur in codicibus 1) *Goth.* 84. *subnexa capitulari Olonnensi anno* 823 *edito* (*supra p.* 316. 317) *et* 2) *Guelferb. inter Blank.* 130. 52. *fol.* 115, *in quo antecedunt capitula concilii Romani* 826 *et sequitur concessio generalis anni* 823 (*supra p.* 320. 321.) *In codice* 2 *deest capitulum secundum.*

Capitula 2. 3. 4 *ad verbum fere consentiunt cum capitulari Olonnensi supra p.* 328. *edito; in capitulis autem* 2. 4 *verba quaedam noviter addita sunt concilii canonum ut videtur naturam ferentia. Quae ratio sit horum et aliorum similium Olonnensium capitum omnino dubium est; ipsa italica et Hlotharii aetate edita esse pro certo habendum videtur si codices et quae capitulis ipsis insunt respicimus.*

(*B. deest; P. I,* 355.)

Placuit nobis, ut nullus episcoporum de consecratione neque[a] dedicatione baptismalium ecclesiarum aut senodochiorum seu oraculorum pretium quodlibet contra auctoritatem canonicorum patrum vel iuxta antiquam consuetudinem penitus accipere praesumat.

2. De[1] feminis cum presbiteris cohabitantibus placuit eas poenitus eici nec ulterius cum his quoquomodo conversari: et si post primam contestationem episcopi sui a tribus usque ad septem idoneis testibus convincitur praevaricasse, proprii gradus periculo subiaceat. Quod si episcopus contestationem aliqua ratione huiusmodi neglexerit aut post hoc synodale concilium infra dies quinquaginta[b] emendatione digna non emendaverit, iuditio metropolitani sui subiaceat. Presbiteri[2] vero clericos boni testimonii secum conversatione habeant, qui ob vitae propriae munditiam testes fideles possint fieri vitae alienae.

3. Ut[3] in senodochiis rationabiliter dispositis[c] et adhuc in pristino statu manentibus testatoris omnino conscripta serventur.[c] In his vero quae ab initio iustae rationis dispositione caruerunt volumus ut quinta pars fructuum pauperibus detur; similiter in illis quae rationabilem[d] dispositionem habuerunt et tamen qualibet neglegentia pristini status ordinatione carent, volumus ut conditio suprascripta servetur, quousque per bonorum ordinatorum providentiam et temporum habundantiam ad priorem valeant ascendere dispositionem.

4. Visum[4] est nobis, ut presbiteri baptismalium ecclesiarum secundum suam possibilitatem debitam oboedientiam et honorem suis exhibeant episcopis absque gravedine, cum[e] necessitas et ordo poposcerit. Nam si oboedientia rei publicae talis iniungitur episcopis, quam per se facere nequiverint, volumus ut praebeant solatium subiecti[f] secundum qualitatem iniuncti servitii. Si[g] [2] quis extra hanc necessitatem[g] ecclesias gravatas habent atque destructas et inantea gravare praesumpserint, per relationem missorum cogniti huiuscemodi rectores canonica invectione a nobis promulgata feriantur.

a) aut de 2. b) XL vel LX *in capitulari Olonnensi supra edito.* c) *ita* 1; dispositis adhuc, in primo testamento testatoris omnino conscripta servetur voluntas 2. d) rationabiliter 1. e) ut 2. f) *deest* 1. g) Si quis ex necessitate 2.

1) *Cap. Olonn. eccl.* 825 *alterum (supra pag.* 328*), c.* 5. 6. 2) *Verba quae sequuntur in capitulari Olonnensi desunt.* 3) *Cap. Olonn. cit., c.* 4. 4) *Cap. Olonn. cit., c.* 2. 3.

X.

CAPITULA SINGILLATIM TRADITA ET HLUDOWICO PIO VEL HLOTHARIO ADSCRIPTA.

167. CAPITULA FRANCICA.

Hoc capitulum legitur in cod. Monac. olim Fris. subiunctum capiti Ans. III, c. 41 *et inscriptum verbis 'De tertio libello' post Ansegisum inter Hlotharii capitula in codd. Paris.* 3878. *fol.* 157v *et Monac.* 3853. *fol.* 246. *Hludowici autem videtur et consentaneum capiti* 9 *anni* 803 *supra pag.* 115 *edito.* *(B. deest; P. deest.)*

Ut nullus testis supra vestituram avi aut patris nostri suscipiatur.

Leguntur haec duo capitula in compluribus Ansegisi codicibus inserta libro secundo post caput tricesimum secundum. Desunt autem non solum in codicibus plurimis sed etiam in conciliorum canonibus e quibus Ansegisi capita 31 *et sequentia libri secundi excerpta sunt. Genuina regis capitula ipsa esse non negaverim; an Hludowici dubitandum est.* *(B. apud Anseg.; P. apud Ans.).*

2. De causis viduarum, pupillorum, orfanorum vel reliquorum pauperum: ut in primo conventu ante mediam diem illorum ratio vel querela audiatur et diffiniatur,[1] et post mediam diem causa regia et ecclesiarum vel potentum hominum; quia ipsi pauperes non habent facultatem unde sustentare se possint, donec ad eorum perveniant iustitiam et ideo tantos clamores faciunt ad aures nostras.

3. De illis hominibus qui iniuste super alios homines querelas faciunt: de quibus volumus, si inventus fuerit aliquis qui non habet iustitiam causandi vel reclamandi et re victus fuerit, propter illam calumpniam quam fecit secundum legem et aequitatem iustitiam faciat

---

Invenitur sequens capitulum in cod. Paris. 4417 *tamquam ultimum libri Ansegisiani secundi capitulum. Pro Hludowici Pii capitulo non immerito haberi potest, etiamsi eius origo non omnino certa est.* *(B. deest; P. deest.)*

4. Ut secundum canonum auctoritatem et nostram constitutionem[2] de agro ecclesiastico et manso ac mancipiis, vel si quilibet pro loco sepulturae aliquid ecclesiae largitus fuerit, neque de decimis et oblationibus fidelium presbyter aliquem censum persolvere cogatur, nec quisquam cuiuslibet ordinis vel dignitatis exinde quicquam subtrahat aut temporale lucrum exigat: quod si fecerit, communione privetur et regia potestate hoc emendare legaliter cogatur.

1) *Cfr. supra pag.* 63, *c.* 17; *p.* 281, *c.* 3. 2) *Cfr. supra pag.* 277, *c.* 10; *p.* 304, *c.* 5.

Recentior manus in codice Parisiensi 10758 *addidit hoc capitulum sub fine Ansegisi libri primi. Praeceptum tam cum iure Romano (supra pag.* 310*) quam canonico et francico consentit. Capitis origo incerta; capitularis pars vix haberi potest, fortasse in concilio vel a privato homine saeculo nono conceptum est. (B. II,* 361, *c.* 3; *P. I,* 324 *in notis.)*

5. Si aecclesiae aliquid sui iuris defraudatum fuerit a pravis procuratoribus aut prece aut pretio aut privata gratia praecessorum, successoribus omni tempore liceat inferre calumniam: quia nullo tempore ecclesia debet suum ius amittere praeter mobilem possessionem, ut est aurum, argentum, vestes aut pecora aut domus. Praedia vero, terras, villas, ecclesias census, quia inde magni redditus possunt exire in commune bonum, nulla commutatione, nullo pacto liceat ad proprietatem alicuius transferre. Quod postquam compertum fuerit, rescindatur.

Subiunctum est hoc capitulum in codice Paris. 4635 *tamquam ultimum libro Ansegisi tertio, ubi postea a primo scriptore suppletum videtur. Si vere capitularis genuini pars est, qua de re dubitari potest, verba et praecepta eius ad posteriorem potius saeculi noni partem quam ad Hludowici Pii aetatem spectare videntur.*

(B. I, 771, *c.* 91; *P. I,* 310, *in notis.)*

6. *De pace in hoste vel infra patriam.* Constituimus, ut si in hoste aut infra regnum nostrum litigatio aut scandalum inter quascumque personas, videlicet maiores et minores, ortum fuerit, quod frequenter insidiante diabolo contingere solet, ut ibi fideles sanctae Dei ecclesiae et nostri ob resistendam impietatis malitiam armati veniant, id est qui potest habere cum lorica et scuto, ancipite atque fuste. Et si aliquis quaelibet persona adversus eum quamlibet querelam habere voluerit, liceat ei secundum legis ordinem cum sacramento quod posuimus manu propria singula se idoneum facere, ut propter quodlibet negotium aut odium ibi non advenisset nisi ob concordiam et pacem ferendam et ipsam litigationem mitigandam. Et si quislibet renuerit venire et semetipsum idoneum facere nequiverit, cum supradicto iam sacramento bannum nostrum componat et ad partem nostram persolvat.

Hoc capitulum in codd. Paris. 4628 A. 4638 *inseritur inter Ansegisi libri quarti capita* 69 *et* 70, *quae e capitulari missorum anni* 819 *desumta sunt; in codice Par.* 10758 *idem capitulum recentiori manu in margine prope eadem duo libri quarti capitula suppletur. Etiamsi a missorum illo capitulari alienum est, tamen genuinum haberi potest.*

(B. I, 790, *c.* 72; *P. I,* 320, *c.* 69[b]*.)*

7. *De non exigendo heribanno antequam iussio dominica nota fiat.* Ut missi nostri et unusquisque in suo ministerio haec capitula relegi faciant coram populo; et nota sint omnibus, ne aliquis excusationem habere possit. Et non prius bannum exigant a quoquam homine, donec omnibus haec nota fiant.

Capitulum ultimum est secundae ad Ansegisum appendicis in codice Paris. 10758. *Originis incertae est. (B. II,* 362, *c.* 4; *P. I,* 324 *in notis.)*

8. *De non accipiendis qualibuscumque personis in iuditio, in accusatione et testimonio.* Hoc sancimus, ut in palatiis nostris ad accusandum et iudicandum et testimonium faciendum non se exhibeant viles personae et infames, histriones scilicet, nugatores, manzeres,[1] scurrae, concubinarii, neque ex turpium feminarum commixtione progeniti aut servi aut criminosi. Frequenter enim homines huiusmodi ex suspicione conversationis pravae et naturae, ut inferiores non videantur, quod placet asserere nituntur contra digniores.

1) *Ben. Lev. II,* 49: '*manzer hoc est de scorta natus.*'

168. CAPITULA ITALICA.

Capitulum in libro Papiensi tamquam Hludowici P. cap. 53 *legitur; sed Hludowico Pio non tribuendum est, post eius potius aetatem fortasse ab homine privato secundum usum in Italia vigentem conceptum.* (*B. deest; P. I,* 228, *c.* 1.)

5 Ut omnis ordo ecclesiarum secundum Romanam legem vivat: et sic inquirantur et defendantur res ecclesiasticae, ut emphyteusis unde damnum aecclesiae patiuntur non observetur sed secundum legem Romanam destruatur,[1] et poena non solvatur.[2]

Capitulum legitur in cod. Epor. 34. *fol.* 31, *ubi capitulari italico supra pag.* 187 *edito falso inseritur; praeterea in libro Papiensi tamquam Hlud. P. c.* 55 *receptum est.* 10 *Genuinum videtur, ut Grimoaldi capiti secundo derogetur conceptum et consentaneum capiti duodecimo capitularis italici ab Hlothario anno* 832 *dati.*
(*B. deest; P. I,* 228, *c.* 2.)

2. Placuit nobis de illis hominibus qui se liberos per XXX annos esse dicunt, ut per hanc possessionem liberi non sint, nisi de ingenuo patre vel[a] matre nati sunt 15 aut cartam libertatis ostendunt.

Traditur in libro Papiensi Hloth. c. 81. *Haud dubie italicum est et fidei non suspectae. De auctore et aetate capitis ipsa verba nihil produnt.*
(*B. deest; P. I,* 371, *c.* 1.)

20 3. Volumus ut si quaelibet persona in finibus regni nostri ignem in silvam convivare ausa fuerit, diligenter inquiratur; et si servus comprobatus fuerit hoc fecisse, aut dominus eius eum ad flagellandum et caput tundendum tradat, aut pro eo quicquid dampnietatis fecerit emendare cogatur. Si quoque libera quaelibet persona hoc fecisse probata fuerit, penitus emendare cogatur et insuper bannum nostrum componat; et si 25 non habuerit unde componat, flagelletur. Quod si factum fuerit, per meliores loci illius inquiratur. Si in qualibet persona suspectio fuerit, si servus est, ad iuditium dominus eius eum mittat aut ipse pro eo sacramentum faciat; quod si libera persona fuerit, proprio sacramento se idoneum reddat.

Legitur in libro Pap. Hloth. c. 82. *Fortasse hoc capitulum et quod antecedit eius-* 30 *dem capitularis partes habenda sunt.* (*B. deest; P. I,* 371, *c.* 2.)

4. Auditum comperimus, in finibus Tusciae talia scripta esse prolata, quae sunt absque mense et die mensis:[3] de quibus volumus, ut, si deinceps prolata fuerint, nullum habeant vigorem.

---

a) *ita cod. Epor. et libri Pap. codd. fere omnes. Cfr. de hac lectione varia Expos. §.* 1 *ad Grim.* 35 *cap.* 2.

1) *Iulian. nov. VII,* 7; *cfr. supra pag.* 310. 2) *Cfr. Cap. Hloth. Olonn. eccl. prim.* 825, *c.* 10. 3) *Cfr. L.* 1 *Cod. Theod. I,* 1.

Adscribitur in libro Papiensi Hlothario c. 102. *Haud dubie italicum; origo incerta.* *(B. deest; P. I,* 371, *c.* 4.*)*

5. De notariis qui cartulas recipiunt ad scribendum, si eas non scripserint aut si eas perdiderint, restaurent ipsas res cui ipsae cartulae esse debent. Et si negaverint quod ipsae cartae eis traditae non fuissent, iurent cum suis sacramentalibus.[b]

Capitula 6—13 *leguntur in quadraginta trium capitulorum undique excerptorum congerie in cod. Mediol. Ambr. bibl. O.* 55 *servata et inscripta verbis:* 'Incipit capitula secundum Lodoici impefris filius lothari imphr,' *quae verba ad Hludowicum Pium et eius filium Hlotharium referenda videntur. Ea omnia omisi, quae in aliis capitularibus vel additamentis iam edidi vel edam; capitulorum collectio haud dubie a scriptore quodam privatim confecta est. Vide universam collectionem a Pertzio editam Leg. I,* 524--527.

6. Ut[4] omnimodis diligentissima examinatione secundum scriptam legem, quam diutissime fieri poxit iusto iudicio, omnibus usus iuramenti proibeatur, ut Deo donante consuetudo pexima periurii a christiano populo auferatur. Tamen omi[c] nox fiat,[c] universi nullathenus hoc consentire volumus; sed si quis in periurio fuerit comprobatus, aut manum destram perdat aut eam secundum scriptam legem redimat, et numquam amplius in nullo iudicio a sacramentum venire permitatur.

---

7. Ut[5] nullus ecclesiasticus femina secum habere praesummat. Si presbyter fuerit aut diaconus aut episcopus, ab ordine deponatur; si clericus, nudus ad palum vapuletur; et femina quae eum consensit similiter vapuletur et capud tondantur; quia sic dicit scriptura Dei:[6] 'membra Christi noli tangere meretricis.'

---

8. Statuimus[7] de decimis, unde iam inter episcopo seu reliquis sacerdotibus, et comitibus et vassis et reliquis fidelibus nostris multa audivimus intentiones: set si edem sive in sua proprietate habeat, sicut in capitulare constitutum est, ipsa decima de suo domo coltile rebus in eadem ecclesia concedimus: ipse sacerdus qui ibi ordinatus fuerit ipsa decima dispenset pro luminaria, sive elemosinis distribuad. Statuimus de suos manentes, qui in eadem parohia comanentes sunt, ipsa decima a plebe donetur; et si contradixerint ea, publice distringantur, sicut in capitulare nostro[8] constituimus.

---

9. De propincuas[d] non accipiendas in coniungio: quod uxoris[e] parentella sit viro sicut et propria parentella.

b) *Pertzius Leg. I, p.* 371, *c.* 5. 6 *haec quoque tamquam Hlotharii capitula edidit:* Qui possessor ad iudicium venit, non est cogendus dicere unde tenet, nec probationis necessitas ei debet imponi, sed hoc officium magis est petitoris, ut rem quam repetit ad se doceat pertinere. — Precipimus ut nova conditio aldioni a domino non imponatur. — *Sed caput* 5, *quod in cod. Mus. Brit.* 5411. *fol.* 171 *sub fine Hlotharii capitulorum legitur regulam continet a iureconsulto secundum legem Romanam conceptam; caput* 6 *glossam ad Grimoaldi legem primam scriptam. (Mon. Germ. Leg. IV, p.* 397.*)* c) omnibus notum fiat *corr.?* d) propincus *c.* e) uxori *c.*

4) *Hoc capitulum synodi propositum cum imperatoris decisione fortasse continet. Cfr. supra p.* 98, *c.* 36. 5) *Hoc capitulum in codicis margine suppletum est; origo incerta.* 6) 1. *Corinth.* 6, 15. 7) *Capitulum mutilum est; Hludowici Pii haberi potest.* 8) *Capp. per se scrib.* 818. 819, *c.* 5?

10. Res[9] litigosa nullathenus potest dare neque vendere, antequam elitigetur.

---

11. Quicumque homo alteri debitor[f] fuerit, ipsum debito negare voluerit et postea convictus fuerit, ipsum debitum in dublum persolvad.

---

12. Similiter et ille homo qui res vendiderit et exinde cartam fecerit, si minus 5 dederit quam ipsa carta scriptum fuerit, in dublo ei qui acceperit restituad.

---

13. Si de una causa plures fideiusores dati fuerint et unu ex ipsis fideiusoribus mortui fuerint, ut proinde causam suam non perdat, set pro eo qui de illi fideiusoribus qui vivi sunt solvant[g] quod promisit.[h]

f) debito *c.* g) solvatur *c.* h) promisi *c.*

10 9) *Haec capitula* 10—13 *a iureconsulto quodam concepta videntur;* c. 10. 11 *secundum legem Romanam.*

XI.
ADDITAMENTA AD HLUDOWICI PII ET HLOTHARII CAPITULARIA 814—827.

---

169. HLUDOWICI AD ARCHIEPISCOPOS EPISTOLAE. 5

816—817.

Cum in concilio Aquisgranensi anno 816 *ab imperatore convocato de canonicorum vita deliberatum esset (cfr. supra pag.* 264*), Hludowicus Pius institutionis formam a con-* 10 *cilio statutam (Mansi, concil. coll. XIV. pag.* 147—277*) confirmavit et promisit, se archiepiscopis in imperio constitutis institutionis formae exemplaria accurate et absque mendis scripta transmissurum esse. Tres epistolae, quibus exemplaria illa addita erant, nobis servatae sunt et infra eduntur: prima in codice* 1) *Paris.* 1537, *praemissa in codice ipsi canonicorum institutionis formulae ad Sicharium archiepiscopum Burde-* 15 *galensem (cuius archiepiscopatus anni ignoti sunt) data, secunda in codice* 2) *Guelferbytano inter Helmstad.* 532. *fol.* 86ᵛ *ad Arnonem Salisburgensem archiepiscopum* (785—821), *tertia in codice quodam Aquitanico, a Sirmondo primo editore adhibito, ad Magnum Senonensem archiepiscopum* (801—818.) *Prima et secunda epistola, ad archiepiscopos datae qui concilio non interfuerant, omnino fere consentiunt, nisi quod in codice* 20 *secundo epistola in pluribus decurtata videtur; tertia ad archiepiscopum directa qui in concilio affuerat in multis quidem sed non in omnibus cum aliis duabus concordatur, ut editio nostra lectori repraesentat.*

Epistolae 'nuperrime' *post concilium celebratum vel exeunte anno* 816 *vel ineunte anno* 817 *datae sunt: post anni spatium inde a concilio Aquisgranensi computatum* 25 *Kalendis Septembribus* (817), *ut ipsae epistolae docent, missi in missatica directi sunt, qui perquirerent, an canonici secundum novam institutionis formam ubique viverent. Inscriptiones in Pertzii capitularium editione praefixae ab editore fictae sunt et in nullo codice exstant.* *(B. I,* 553—561; *P. I,* 219.*)*

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludowicus, divina ordinante providentia imperator augustus venerabili[a] in Christo Sichario archiepiscopo[a] in Domino salutem.

Sacrum et venerabile[b] concilium divino

Gloriosissimus Hludowicus, superno 30 munere victor, semper augustus, venerabili in Christo Magno Senonicae urbis archiepiscopo in Domino salutem.

Sicut vobis nuperrime in sacro con- 35

a) venerabili Arnoni Salzpurcgensis archiepiscopo 2. b) memorabile 2.

nutu nostroque studio in Aquisgrani palatio nuper adgregatum, in quo multa ob propagandam ecclesiasticam dignitatem, praecedente et subsequente gratia Christi, diligenter tractata atque instituta sunt, tuam nullatenus credimus latere sanctitatem. Sed quia contigit, eidem sancto et venerabili concilio tuam non interfuisse paternitatem, ad tuam destinare decrevimus beatitudinem, per praesentem missum nostrum nomine Adalhelmum,[c] formulam canonicae[d] institutionis ab eodem sacro conventu ex sanctorum patrum sparsim digestis sententiis collectam atque in unum congestam. Quam etiam idcirco penes palatium nostrum diligenter scribi fecimus, ut, nihil in se scriptorum vitio depravationis aut detruncationis habens, ad te usque incolomis perferretur. Quapropter volumus atque decernimus ut, iuxta metropolitanae sedis tibi canonice conlatam dignitatem nostraeque auctoritatis sanctionem, dioceseos tuae episcopos et caeteros ecclesiae praelatos tempore et loco congruenti ad te arcersire facias et his coram capitulatim memoratam institutionis formulam praelegi iubeas et, quod ob exaltandum ecclesiastici culminis fastigium et animarum salutem idem sacer conventus eam ediderit, liquido demonstres, sed et his qui in uno collegio canonice degunt tenendam observandamque coram memorato misso nostro percenseas.[e] At si alicuius cordis obtunsio eam intelligere nequiverit, huic sive abs te sive ab aliis episcopis, conprovincialibus scilicet tuis doctrinae fulgore nitentibus, sobrie tradatur. Sed et in hoc nihilominus circumspectam monemus esse tuam prudentiam, ut ab his qui eam transscripturi sunt ita transscribatur, ut nec depravata vitio scriptoris nec detruncata ab aliquo fiat, sed, sicut a praedicto misso nostro eis demonstratum fuerit, absque aliqua depravatione vel detruncatione transscribatur. Noveris etiam, quia ideo illius exemplum apud armarium palatii nostri detentum est, ut eo probari patenter possit, quis eam incuriose transscripserit

ventu, quem Deo annuente Aquisgrani palatio aggregavimus, ubi multa favente Christo ecclesiastice, immo catholice acta sunt, meminimus promisisse, misimus tuae venerandae paternitati per praesentes missos nostros, Ermenfredum videlicet et Haymonem, formulam canonicae institutionis, quam idem sacer conventus ex sanctorum patrum sparsim digestis sententiis colligere atque in unum congerere studuit: quam, quia vobis transcribendi angustia temporis facultatem denegavit, studii nostri fuit eam diligenter transcribi iubere, ut absque ulla depravatione aut detruncatione textus eius ad vos usque incolumis perferretur. Proinde has litteras ad tuam direximus sanctitatem, per quas iubemus ut, memor admonitionis nostrae, suffraganeos tuae dioeceseos loco et tempore competenti ad te convocare studeas et eandem institutionem per singula capitula coram ecclesiasticis ordinibus praelegi facias et, qualiter eam sacer conventus ob emolumentum animarum instruere salubriter curaverit, patenter edoceas et his qui canonicae professionis censentur nomine secundum ministerium tibi divinitus collatum et nostrae auctoritatis praeceptum coram memoratis missis nostris observandam percenseas. Eorum autem qui tardioris sunt ingenii et eam forte plene intelligere nequeunt tuo sive comprovincialium tuorum episcoporum dono scientiae pollentium studio eius notitia sensibus perfundatur. Nam et tuam nihilominus providam volumus esse beatitudinem, ut eam solerti cura praedicti missi nostri omnes, prout insinuaveris transcribere absque ulla depravatione et detruncatione praemoneant; quoniam, qualiter diligenter studioseque, distincte et aperte transcribatur, illos satis instituimus. Cuius nempe exemplar idcirco in armario palatii nostri recondi fecimus, ut per hoc nosse et inquirere possemus, utrumne ab aliquo negligenter transcripta fuerit; quia, ut comperimus, dum in eodem sacro concilio perlegeretur, antequam coram nobis ab

c) Nothonem 2. d) *In epistola ad Arnonem data (cod. 2) ubique de institutionis formulis casu plurali dicitur. Sed ipsi canones de institutionis formula, non de formulis dicunt.* e) conferas 1.

vel quis aliquam eius partem detruncaverit. Ut[f] enim conperimus, dum in eodem sacro concilio perlegeretur, antequam coram nobis ab eodem concilio prolata, et necdum mensura cibi et potus statuta fuisset,[1] quidam, magna ex parte illam detruncantes, quaedam capitula inconsulte ex ea transscripserunt. Unde necesse est, ut si aliquem in tua diocesi tale fecisse reppereris, huiuscemodi factum coram provincialium tuorum episcoporum conventu et coram praescripto misso nostro frustreris et hanc autenticam, ut praemisimus, diligenter, sicut missus noster eis insinuaverit, transscribi percenseas.[f] Omnes ergo tuae dioceseos episcopi et ceteri praelati[g] eam vigilanti cura transscribere, sollerti studio intelligere, instantissimae assiduitatis exercitio divinitus adiuti operibus conplere decertent, ut, cum nos huius rei gratia inquirendae venturis Kalendis Septembribus, sicut eidem sacro et memorabili concilio meminimus nos dixisse facturos, missos nostros per imperium a Deo nobis conlatum destinaverimus, remota cuiuslibet difficultatis obpositione, eiusdem salutiferae institutionis et[h] praelati et subditi,[h] prout Dominus eis posse dederit, strenui inveniantur operatores. Quoniam diligenti indagine, vita comite, perquirere iubebimus, quis praelatorum[i] iniunctum sibi officium strenue peragat,[k] vel quis in claustris canonicorum et ceteris habitationibus construendis et in necessariis stipendiis eis[l] tribuendis[l] et in domibus ad receptacula pauperum reparandis sanctioni nostrae paruerit, quisve clerum suum eadem institutione et caeteris spiritalibus documentis instruere curaverit, vel quis causa avaritiae eos quos in Christi militia rationabiliter alere poterat propulerit. Quia unius anni spatium dedimus,[2] ut ea quae premissa sunt absque ullius difficultatis excusatione perfici, ubi necdum facta erant, facillime possent. Proinde[m] qui hoc anni tempore in hoc negotio nostrae admodum[n]

eodem concilio prolata, et necdum mensura cibi et potus plane statuta fuisset, invidi[f*] magna ex parte illam detruncantes, quaedam capitula inconsulte ex ea transcripserunt. Unde necesse est, ut si aliquem in tua dioecesi tale fecisse repereris, huiuscemodi factum coram provincialium tuorum episcoporum conventu et coram praescriptis missis nostris frustreris et hanc authenticam, ut praemisimus, diligenter, sicut missi nostri eis insinuaverint, transcribi percenseas. Volumus ergo, ut omnes praelati canonicorum diligenter illam transcribant, studiose intelligant, efficaciter, quantum Dominus eis posse dederit, ob suam subditorumque utilitatem opere adimplere procurent, ut, quando nos, sicut in eorum sacro et venerabili concilio generaliter omnibus diximus, missos nostros huius negotii inquirendi gratia per universum imperium nostrum Kalendis Septembris venturis direxerimus, omnes, praelati videlicet et subditi, iuxta capacitatem et possibilitatem suam, eadem instructione informati atque instructi, eiusdem operatores inveniantur strenui. Quoniam diligenti indagine, vita comite, inquirere iubebimus, qualiter unusquisque praelatorum ministerium suum expleat, qualiter iussioni nostrae in claustris et caeteris canonicorum necessariis habitationibus et in eorum stipendiis dandis et receptaculis pauperum praeparandis obtemperaverint, vel quis clerum suum secundum huius institutionis normam et caetera spiritalia exercitia informare studuerit, aut si quis quem eorum, quos in Dei servitio rationabiliter gubernare potuit, causa avaritiae abiecerit. Quia, ut haec quae praemisimus absque ullius difficultatis oppositione in locis in quibus facta necdum erant fieri opportunissime possent, unius anni spatium, sicut nosti, ad haec peragenda tribuimus. Qui vero hoc annuo tempore nostrae immoque Dei iussioni iuxta vires obtemperare neglexerit, caeteris, ne talia

f) Ut enim ... transscribi percenseas *desunt in cod.* 2. f*) quidam *corr.?* g) *deest* 2. h) et p. et s. *desunt* 2. i) *deest* 2. k) peregerit 2. l) *desunt* 1. m) Proinde qui hoc *usque* non possit diligi *desunt in cod.* 2. n) inmodum iussione 1.

1) *Forma institutionis I,* 122 (*Mansi XIV,* 232); *Vita Hludowici (Scriptt. II,* 604 *sqq.), c.* 28.
2) *In canonicorum institutione hoc spatium concessum non est.*

iussioni[n] pro viribus obedire neglexerit, caeteris sine dubio terrori erit, ne tale admittere praesumant.

Dereximus sane tibi institutionis formulam, quam eiusdem sacri concilii par consensus parque studium ex sanctorum patrum dictis enucleatim excerpsit, et castimoniae dicatis in una societate canonice degentibus observandam statuit. Quam volumus a te sive a tuis conprovincialibus episcopis studiose iubere transcribi et monasteriis puellaribus in tuo diocesi consistentibus, in quibus scilicet canonice vivitur, tenendam conferri, qualiterque abbatissis et caeteris monialibus religiosissime ac devotissime observari debeat, apertissime perdoceri. Quoniam, nisi quando nos aliquam abbatissarum nostram adire iusserimus praesentiam,[3] alio tempore volumus in monasteriis resideant et secundum eiusdem institutionis formam vitam ducant sibique subditas in sanctae religionis proposito constringant, et nulla illarum foras evagandi aut occasione qualibet accepta per villas residendi suisque voluptatibus deserviendi licentiam sibi adtribuat. Quamquam enim nonnulli clerici monasteria puellarum, et nonnulli laici monasteria virorum etiam et puellarum habeant, tua tamen debet praevidere solertissima industria, ut omnibus locis sub tua diocesi constitutis, ubicumque congregationes clericorum et sanctimonialium sunt, iuxta possibilitatem et facultatem rerum secundum huius institutionis formam vivant; quia nulla est omnino ecclesia, quae facultates habeat, ubi non possint tot talesque gubernari qui divinum expleant officium et ubi hospitalitas iuxta vires non possit diligi.[m]

Nos quoque praefatum missum nostrum ad tuam sanctitatem ideo direximus, ut tuum ceterorumque ecclesiasticorum in tua diocesi consistentium[o] diligenter atque subtiliter in hoc negotio intueretur studium, et tibi opem in caeteris commonendis ferret: qui etiam nobis referret, qualiter

facere audeant, terrorem procul dubio incutiet.

Misimus itaque tibi institutionis formam, quam idem sacrum et venerabile concilium ex sanctorum patrum sententiis diligenter excerpsit, et sanctimonialibus in uno collegio canonice degentibus observandam percensuit. Quam sive per te sive per comprovinciales tuos episcopos in omnibus tuae dioeceseos puellaribus monasteriis, in quibus canonice vivitur, studiose praescriptam haberi volumus; sed et hoc decernimus, ut a vobis tam abbatissis quam caeteris sanctimonialibus tradatur et, qualiter eam tenere debeant, vestro studio informentur. Caeterum, nisi aliquam abbatissarum quando nos ad praesentiam nostram venire iusserimus, alio tempore volumus, ut abbatissae propriis in monasteriis resideant et secundum hanc institutionis formam vivere sibique subiectas gubernare decertent, et nullis illarum per villas residendi aut foras qualibet occasione accepta evagandi suisque voluptatibus deserviendi licentiam attribuant. Quamquam enim nonnulli clerici monasteria puellarum, et nonnulli laici monasteria virorum etiam ac puellarum habeant, tua tamen debet providere solertissima industria, ut in omnibus locis sub tua dioecesi constitutis, ubicunque congregationes clericorum et sanctimonialium sunt, iuxta possibilitatem et facultatem rerum secundum huius institutionis formam vivant; quia nulla est omnino ecclesia, quae facultates habeat, ubi non possint tot talesque gubernari qui divinum expleant officium et ubi hospitalitas iuxta vires non possit diligi.

Nos quoque praefatos missos nostros ad tuam sanctitatem ideo direximus, ut tuum caeterorumque ecclesiasticorum in tua dioecesi consistentium diligenter atque subtiliter in hoc negotio intuerentur studium, et tibi opem in caeteris commonendis ferrent: qui et nobis referrent, qualiter

o) existentium 1.

3) *Cfr. supra concil. Vernense* 755, *c.* 6.

praelati et praelatae eam libenter[p] susceperint diligenterque transscribere studuerint et devote adimplere iuxta vires curaverint. Quoniam tamdiu[4] illum in tua vel conprovincialium tuorum diocesi morari et discurrere una cum misso tuo iussimus, donec ab omnibus memoratae formulae transscriberentur; ut videlicet, cuncta procurans diligenterque perficiens, cum ad nos illum redire opere expleto tempus permiserit, cuncta quae acta sunt vestro utrorumque scripto notentur atque per ipsum tuumque missum nostrae dinoscentiae intimentur, ut sciamus, quibus gratiarum actiones referre, quosque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Si[q] vero[q] aliquis tuae dioceseos eidem institutioni vestraeque admonitioni procaciter reniti voluerit, et ea quae ab eodem sacro[r] et venerabili concilio constituta atque decreta sunt, quantum Dominus ei posse dederit, observare contempserit, praecipimus ut, si antea huiuscemodi non se correxerit, quicumque[r] ille est, ante praesentiam nostram tua vel missi nostri ammonitione venire festinet, quatenus a nobis iuxta quantitatem culpae digne corrigatur.

Direximus[5] praeterea tibi pondus et mensuram, secundum quae clericis et sanctimonialibus panis et potus aequaliter tribuenda sunt: quae ut ab omnibus firmissime atque inviolabiliter teneantur, decernimus et, ne quid incrementi aut detrimenti a quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus.

Tuam igitur in calce huius epistulae admonemus sanctitatem, ut secundum ministerium tibi divino munere conlatum nostrae in hoc negotio saluberrimae admonitioni oboedienter atque inexcusabiliter pareas et ceteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe iustumque est ut, quanto sublimius sacerdotii dignitate aliis superemines et a nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei nostramque voluntatem exsequendam devotiorem te atque promptiorem exhibeas.

Vale in Domino et ora pro nobis.

praelati et praelatae eam libenter susceperint diligenterque transscribere studuerint et devote adimplere iuxta vires curaverint. Quoniam tamdiu illos in tua vel comprovincialium tuorum dioecesi morari et discurrere una cum misso tuo iussimus, donec ab omnibus memoratae formulae transcriberentur; ut videlicet, cuncta procurantes diligenterque taxantes, cum ad nos illos redire opere expleto tempus permiserit, cuncta quae acta sunt vestro utrorumque scripto notentur atque per ipsos tuumque missum nostrae dinoscentiae intimentur, ut sciamus, quibus gratiarum actiones referre, quosque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Si vero aliquis tuae dioecesis eidem institutioni nostraeque admonitioni procaciter reniti voluerit, et ea quae ab eodem sacro et venerabili concilio constituta atque decreta sunt, quantum Dominus eis posse dederit, observare contempserit, praecipimus ut, si antea huiusmodi non se correxerit, quicunque ille est, ante praesentiam nostram tua vel missorum nostrorum admonitione venire festinet, quatenus a nobis iuxta quantitatem culpae digne corrigatur.

Direximus praeterea tibi pondus et mensuram, secundum quam clericis et sanctimonialibus panis et potus aequaliter tribuenda sunt: quae ut ab omnibus firmissime atque inviolabiliter teneatur, decernimus et, ne quid incrementi aut detrimenti a quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus.

Tuam igitur in calce huius epistolae admonemus sanctitatem, ut secundum ministerium tibi divino munere collatum nostrae in hoc negotio saluberrimae admonitioni obedienter atque inexcusabiliter pareas et caeteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe est ut, quanto sublimius sacerdotii dignitate aliis superemines et a nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei nostramque voluntatem faciendam devotiorem te atque promptiorem exhibeas.

Vale in Domino et ora pro nobis.

p) diligenter 2. q) Quod si 1. r) sacro conventu salubriter constituta sunt, pro viribus observare neglexerit, et subinde ammonitus non se correxerit, quicunque 1.

4) *Cfr. Cap. missor.* 818. 819, *c.* 24. 5) *Cfr. supra not.* 1.

170. CAPITULARE MONASTICUM.

817. Iul. 10.

Legitur in multis canonici iuris codicibus manuscriptis saepe S. Benedicti regulae additum. Editio nostra his codicibus nititur:

5 1) *Paris.* 4638. *fol.* 80. 2) *Paris.* 2826. 3) *Guelf. inter Helmstad.* 532. *fol.* 89. 4) *Martisburg.* 136. *fol.* 36. 5) *Roman. bibl. Barberianae XIV,* 19. *fol.* 98ᵛ. 6) *Britann. inter codd. Cottonianos Tiber. A. III.* 7) *Casin.* 353. 8) *Paris.* 1535. — *Exstat etiam in cod. Paris.* 4761, *Bamb.* 23, *Admont.* 712, *in necrologio Augiensi, quod Tureci hodie servatur, et in aliis.*

10 *Capita diverso in diversis codicibus ordine scripta sunt, tum quaedam addita tum alia omissa sunt. Editio nostra codicem* 1 *in ordinandis capitibus* 1—80 *sequitur. Codex* 2 *hunc capitum ordinem praebet:* 1—5. 8. 7. 6. 10—13. 15. 16. 14. 17—20. 23—32. 9. 33. 34. 38—52. 35. 53. 36. 54—56. 37. 57. 21. 58. 59—69. 71. 70. 72. 73. 75—77. 81. 82. *Ad codicis* 2 *seriem proxime accedit codex* 3, *nisi quod caput etiam* 22 *suo loco in ipso* 15 *invenitur et post quadragesimum caput reliqua omnia, cum codex mutilus sit, desiderantur. In codd.* 4—8 *taliter ordinata capita leguntur:* 1—6. 11—13. 15. 16 *(cap.* 16 *abest a cod.* 5*)* 14. 17—20. 23—34. 38—49 *(cap.* 38 *abest a cod.* 7*)* 7. 50—53. 35. 36. 54. 56 *(cap.* 56 *abest a cod.* 6.*)* 55. 37. 57. 21. 58—69 *(cap.* 69 *abest a cod.* 6*)* 72. 73. 70. 74—76. *Codex autem* 4 *desinit in capite* 70, *quia folium insequens desideratur. In codice* 7 *sub* 20 *fine addita sunt capp.* 71. 79. 78, *in codice* 8 *capita* 77. 79. 78.

Qui capitum ordo rectus et genuinus sit, admodum dubitari potest: Baluzius codicem Parisinum 4638, *etiamsi non antiquissimum, secutus est et Baluzium Pertzius. Quem Baluzianum ordinem ego quoque retinui et hanc quidem ob causam. Haud dubie scilicet capitulare nostrum ad alterius monastici capitularis exemplum Karoli Magni* 25 *aetate, fortasse anno* 802, *editi conceptum est. Quod Karolinum capitulare deperditum quidem est, servata vero istius capitularis recapitulatio quaedam a Simperto Augustensi episcopo et Murbacensi abbate* († 809) *monachis suis Murbacensibus intimata et in eorum usum illustrata. (Mansi XIV, pag.* 349—354.*) Nostri enim capitularis capita* 1—40, *tam quod ad argumentum et ordinem quam quod ad verba pertinet, cum statutis Mur-* 30 *bacensibus vulgo dictis ita consentiunt, ut de eorum origine minime dubitari possit. Maxime autem ea capitularis nostri forma ad Murbacensia statuta accedit, quae in codice Parisino* 4638 *traditur, ut in capitibus nostris* 8. 10. 11, *quae similia sunt statutis Murbacensibus* 7. 11. 12, *itemque in capite* 22 *(in pluribus codicibus omisso) collato cum statutorum capite decimo quinto observari licet. In codicibus reliquis haud dubie multa* 35 *capita vel quod ad ordinem mutata vel omnino omissa sunt, eam quidem ut apparet ob causam, quia vel minus commoda vel duriora videbantur monachis in quibusdam monasteriis degentibus. Haud dubie autem capitularis finis est in capite nostro* 76°: *quae sequuntur in codice nostro primo vel in aliis postea demum addita sunt, cum contraria appareant iis quae antecedunt. Fortasse caput etiam septuagesimum primum pro ad-* 40 *ditito habendum est.*

De hoc regulae Benedicti supplemento saepe illustrato diligenter et in quibusdam rectius quam anteriores scriptores egit P. I. Nicolai ('Der heilige Benedict, Gründer von Aniane und Corneliusmünster.' Köln 1865*); de capitularis origine conferas quae supra monui pag.* 265.

(B. I, 579; *P. I,* 201.*)*

Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXVII.,[a] imperii vero gloriosissimi principis Hludowici quarto,[b] VI. Idus Iulias,[b] cum in domo Aquisgrani[c] palatii, quae Lateranis dicitur,[1] abbates cum quam pluribus una suis residerent monachis, haec quae subsequuntur capitula communi consilio ac pari voluntate inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt.

1. Ut[2] abbates, mox ut ad monasteria sua remeaverint, regulam[3] per singula[d] verba[d] discutientes pleniter legant et intelligentes, Domino opitulante, efficaciter cum monachis suis implere studeant.

2. Ut[4] monachi omnes qui possunt memoriter regulam[3] discant.

3. Ut[5] officium iuxta quod in regula sancti Benedicti continetur[6] celebrent.

4. Ut[7] in coquina, in pistrino et in caeteris artium officinis propriis operentur manibus et vestimenta sua oportuno tempore lavent.

5. Ut[8] nullo umquam tempore post vigilias causa dormiendi, nisi contigerit eos ante horam constitutam surgere, ad lectos redeant suos.

6. Ut[9] in quadragesima, nisi in sabbato sancto, non radantur; alio autem tempore semel per quindecim dies radantur et[e] in octavis paschae.[e]

7.[f] Ut[10] balnearum usus in arbitrio prioris consistat.

8.[g] Ut[11] volatilia intus forisve, nisi pro infirmitate, nullo tempore comedant.

9.[g] Ut nullus episcoporum monachis volatilia comedere praecipiat.[12]

10.[g] Ut[13] poma et lactucae, nisi quando alius sumitur cibus, non comedantur.

11. Ut[14] certum flebotomiae[15] tempus non observent, sed unicuique secundum quod necessitas expostulat concedatur, et specialis in cibo et in potu tunc consolatio praebeatur.

12.[h] Ut, si necessitas poposcerit ob operis laborem, post refectionem vespertinam etiam et in quadragesima, pari modo et quando officium mortuorum celebratur, priusquam lectio completorii legatur, bibant.

13. Ut, cum a quocumque priore suo increpatus quis eorum fuerit, 'mea culpa' primo dicat, dehinc prosternens se illius pedibus cum cappa, si habuerit, veniam petat; et tunc iubente priore surgat et, unde interrogatus fuerit, rationem humiliter reddat.

14. Ut[16] nudi pro qualibet culpa coram fratrum obtutibus non flagellentur.[i]

15. Ut soli, videlicet[k] sine alio fratre, in viam non dirigantur.

16.[h] Ut[17] sibi compatres commatresve non faciant, neque[l] osculentur feminas.[l]

17. Ut, si necessitas fuerit eos occupari in fruges colligendo aut[m] in alia opera,[m] constitutum[n] legendi et meridie pausandi tempus praetermittatur, et operantes[n] non murmurent.[18]

a) DCCCXVI. 3. b) tertio anno X. Kal. Sept. cum 3. c) aquis 2. 3. d) singulas sententias 7. e) et ... paschae *om.* 3. f) *Hoc caput in diversis codd. diverso loco positum est, in cod.* 3 *ita conceptum:* Ut balneis generaliter tantum in nativitate et in pascha Domini, verumtamen separatim, utantur. g) *Capp.* 8—10 *exstant tantum in codd.* 1 – 3. h) *Cap. deest in cod.* 5. i) *Cod.* 5 *addit haec:* et non illis amplius dentur quam triginta percussiones, et si de ipsis aliquod pro misericordia relaxare voluerit faciat, nam amplius quam XXX non illi dentur. k) *deest* 4. l) et nullam quamlibet feminam osculentur 3. m) aut in a. o. *om.* 7. n) constitutum .... operantes *om.* 3.

1) *Cfr. Concil. Aquisgran. a.* 836 *habitum (Mansi XVI,* 673): '*Aquisgrani palatii in secretario basilicae sanctae genitricis Dei Mariae quod dicitur Lateranis.*' 2) *Cfr. Statuta Murbac. (Mansi XIV,* 349*), c.* 1. 3) *S. Benedicti.* 4) *Stat. Murb.* 2. 5) *Stat. Murb. c.* 3. 6) *Reg. Bened. c.* 8—20. 7) *Stat. Murb. c.* 5. 8) *Stat. Murb. c.* 6. 9) *ibidem c.* 15. 10) *ibidem c.* 21: '*usus balnei interdictus omnino est*'; *reg. Bened. c.* 36: '*balneorum usus infirmis ... sanis autem tardius concedatur.*' 11) *Stat. Murb. c.* 7. 12) *Regula S. Fructuosi contra c.* 5: '*Ut et volatilium esibus infirmi sustententur et longinquo itineri destinati.*' 13) *Stat. Murb. c.* 11; *Reg. Bened. c.* 39. 14) *Stat. Murb. c.* 12. 15) '*Sanguinis minuatio;*' *cfr. supra pag.* 63, *c.* 19. 16) *Stat. Murb. c.* 27. 17) *ibid.* 26. 18) *Cfr. Reg. Bened. c.* 48.

18. Ut quarta et sexta feria ieiunantes ante nonam aut post nonam, si necessitas fuerit, iuxta prioris arbitrium levia opera exerceant.

19. Ut in quadragesima libris de bibliotheca secundum prioris dispositionem acceptis, alios, nisi prior decreverit expedire, non accipiant.[18]

5 20. Ut[19] eis vestimenta nec multum vilia nec multum pretiosa sed mediocria dentur.

21.[o] Ut mensura cucullae[p][20] duobus consistat cubitis.

22.[q] Ut[21] si infra positae mensurae quantitatem decreverit abbas causa necessitatis quippiam augeri, in illius maneat potestate. Alioquin hoc omnino provideat, ut[20] 10 camisias[22] duas et tunicas[22*] duas et cucullas duas et cappas duas unusquisque monachorum habeat, quibus vero necesse est, addatur et tertia; et pedules[23] quatuor paria et femoralia[24] duo paria, roccum[25] unum, pellicias[r][26] usque ad talos duas,[r] fasciolas[27] duas, quibus autem necesse est itineris causa, alias duas; manicas quas vulgo wantos appellamus in aestate, et in hieme vero muffulas vervicinas; calciamenta diurna 15 paria duo, subtalares[28] per noctem in aestate duas, in hieme vero soccos;[29] saponem sufficienter et uncturam; pinguedinem ad esum excepto sexta feria et viginti diebus ante nativitatem Domini et septimana illa[s] quae ante quadragesimam vocatur[s] quinquagesima; ubi autem vinum non est, unde emina[30] detur, duplicem eminae mensuram de cervisa bona. Et quaecumque praeter haec regula[31] iubet, singuli eorum, cum necessitas postu- 20 laverit, absque dilatione accipiant.

23. Ut[32] in quadragesima, sicut et in alio tempore, vicissim sibi pedes lavent et antiphonas huic officio congruentes decantent. In[33] coena vero Domini pedes fratrum, si valet, abbas lavet et osculetur et demum propria manu poculum eis porrigat.

24. Ut[34] 'mandatum'[t][35] post coenam fiat.

25 25. Ut[36] ea quam monachi sui habent mensura sint abbates contenti in manducando, in bibendo, in dormiendo, in vestiendo, in operando, quando in aliis utilitatibus non fuerint occupati.

26. Ut[37] villas frequenter, et nisi necessitas coegerit, non circumeant, neque suis illas monachis custodiendas committant; et si eos ire ad eas necessitas fuerit, expleto 30 necessitatis negotio ad sua mox monasteria redeant.

27. Ut[38] abbas vel quispiam fratrum ad portam monasterii cum hospitibus non reficiat; in refectorio autem omnem eis humanitatem manducandi ac bibendi exhibeat. Ipse[u] tamen ea cibi potusque mensura contentus sit, quam reliqui fratres accipiunt;[u] si vero propter hospitem voluerit ad solitam mensuram fratribus sibique[v] aliquid augere, 35 in sua maneat potestate.

28. Ut[39] servitores non ad unam mensam sed in propriis locis post refectionem fratrum reficiant; quibus eadem lectio quae fratribus recitata est legatur.

o) *Hoc caput in codd.* 2—8 *positum est post caput* 57. p) scapularis 7. q) *Hoc caput in codd. tantum* 1. 3 *exstat; an genuinum sit dubitari potest respecto cap.* 53, *concordat autem statutorum Murb. c.* 14. 40 r) pelliciam u. ad t. unam 3. s) illa... vocatur *om.* 3. t) si tempus est caenae tam fratrum quam etiam peregrinorum *add.* 2. 3; *desunt verba etiam in statutis Murbacensibus.* u) *Loco verborum* Ipse... accipiunt *cod.* 5 *ita habet:* et ipse cum episcopis, abbatibus, canonicis, nobilibus unde reficiuntur causa caritatis sumat. v) *deest* 5.

19) *Stat. Murb. c.* 14. 20) *Reg. Bened.* 55. Oberkleid. 21) *Stat. Murb. c.* 15. 22) Chemise; 45 Kamisol. 22*) Unterkleid. 23) Fusslappen. 24) Hosen. 25) Gürtel. 26) Kamaschen. 27) Strumpfbänder. 28) Pantoffel. 29) Holzschuhe. 30) *Semisextarius; Reg. Bened.* 40. 31) *Reg. Bened.* 39. 40. 55. 32) *Stat. Murb. c.* 8. 33) *ibid.* 9. 34) *ibid.* 13. 35) *Lavatio pedum peregrinorum, in qua canebatur: 'Mandatum novum do vobis' secundum Euang. Ioh.* 13,34. *Cfr. Reg. Bened.* 53. 36) *Stat. Murb. c.* 4. 37) *ibidem* 10. 38) *ibidem* 22. 23. 39) *ibidem* 25.

29. Ut[40] lectori nihil nisi quod regula iubet detur.

30. Ut[41] Alleluya in septuagesima dimittatur.

31. Ut praepositus[42] intra et extra monasterium post abbatem maiorem reliquis abbati[w] subditis habeat potestatem.

32. Ut monachis nonnisi monachus constituatur praepositus.

33. Ut de senioribus monasterium circumeuntibus quidam cum fratribus in oboedientiam exeant, quidam in monasterio propter custodiam remaneant.

34. Ut[43] novitio non facilis monasterii tribuatur ingressus, et ut in cella hospitum probationis causa hospitibus serviat paucis[x] diebus;[x] res vero, si quas habet, parentibus suis[x*] commendet. Expleto autem probationis suae anno, secundum quod regula[44] praecipit inde faciat; ipse vero nec tundatur nec vestimenta sua pristina inmutet, priusquam oboedientiam promittat.

35. Ut monachus, professione facta, tribus diebus cuculla coopertum habeat caput.

36. Ut puerum pater aut mater tempore oblationis offerant[y] ad altare[y] et petitionem pro[z] eo[z] coram laicis testibus faciant, quam tempore intelligibili regulam observare promiserit, ipse puer confirmet.

37. Ut infantes oblati carnem[44*] nonnisi causa infirmitatis manducent.

38. Ut quando fratres post sextam dormiunt, si quis eorum voluerit legere,[45] in ecclesia aut in lecto suo legat.

39. Ut in quadragesima usque ad nonam[45] operentur fratres, quatenus missa celebrata tempore congruo reficiant.

40. Ut[46] domus[a] semota[a] his qui fugere aut pugnis baculisve inter se voluerint confligere aut quibus ex integro factae sunt regulares disciplinae habeatur huiusmodi, qua in hieme ignis possit accendi, et atrium iuxta sit, quo possint quod eis iniungitur operari.[b]

41. Ut si quis neglegenter sonitum fecerit aut aliud quid excesserit[46*] in refectorio,[c] mox a priore veniam petat.[d]

42. Ut nullus plebeius seu clericus secularis in monasterio ad habitandum recipiatur, nisi voluerit fieri monachus.

43. Ut nemini liceat sermonem iuramenti aut affirmationis proferre, nisi sicut sancti patres soliti fuerunt loqui.

44. Ut abbatibus liceat habere cellas, in quibus aut monachi sint aut canonici; et abbas praevideat, ne minus de monachis ibi habitare permittat quam sex.

45. Ut scola in monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt.

46. Ut in precipuis sollempnitatibus,[47] id est in natale et in octavis Domini, in epiphania, in pascha quoque et ascensione Domini et in pentecosten et in sanctorum festivitatibus, id est sancti Stephani et in beati Iohannis euangelistae et in natale infantium, in purificatione et assumptione sanctae Mariae, similiter et in beatorum apostolorum festis et in sancti Iohannis baptistae nativitate, in sancti quoque Laurentii atque Martini et in sancti Benedicti, seu in natalitiis cuiuslibet sancti cuius honor in qualicumque parrochia specialiter celebratur, plenarium[d*] officium agatur[d*] et bis reficiatur

w) abbatibus 7. x) paucis dieb. *om.* 3, *post* hospitum *collocat* 5. x*) aut amicis *add.* 7. y) secundum regulam offerant 7. z) *desunt* 5. a) carcer 3. b) *Hic desinit* 3. c) ibi in discubito sedens humiliter et post priori congruo petat tempore; si vero stans delinquid, coram omnibus *add.* 5. d) et annuente priore surgat servetur tamen silentio, et cum egressi fuerint, expleta oratione veniam petat, et secundum modum culpae iudicio subiaceat *add.* 7. d*) pl. o. ag. *om.* 7.

40) *ibidem* 24; *cfr. Reg. Bened.* 38. 41) *ibidem* 19. 42) *Reg. Bened.* 21. 65. 43) *Stat. Murb.* 20. 44) *Reg. Bened.* 58. 44*) *Reg. Bened.* 39. 45) *Reg. Bened.* 48. 46) *Stat. Murb.* 18. 46*) *Reg. Bened.* 46. 47) *Cfr. supra pag.* 179, *c.* 19.

47. Ut in parasceue non aliud nisi panis et aqua sumatur.
48. Ut benedictio post completorium a sacerdote dicatur.
49. Ut de omnibus in eleemosynam datis, tam ecclesiae quam fratribus, decimae pauperibus dentur.
5 50. Ut praetermissis partitionibus psalterii psalmi speciales pro eleemosynariis et defunctis cantentur.
51. Ut in hebdomada pentecosten non flectantur genua et non ieiunetur, nisi statuti fuerint dies ieiunii.
52. Ut laici causa manducandi ac bibendi in refectorium non ducantur.
10 53. Ut[48] quoties exposcit necessitas vestimenta et calciamenta et omnia necessaria fratribus dentur.
54. Ut qui praeponuntur nonni[49] vocentur: hoc[e] ex paterna reverentia.[e]
55. Ut senior decanus reliquis decanis praeponatur, et abbate vel[f] praeposito[f] praesente locum proprium teneat.
15 56. Ut praepositus, decanus, cellararius[g] de eorum ministerio, nisi causa utilitatis aut necessitatis, non removeantur.[g]
57. Ut libra panis[50] triginta solidis per duodecim denarios metiatur.
58. Ut dormitorium iuxta oratorium constituatur, ubi supervenientes monachi dormiant.
20 59. Ut canonici[h] abbates monachos secum in itinere, nisi ad generalem synodum, non ducant.
60. Ut duo tantum signa ad tertiam, sextam nonamque pulsentur.[50*]
61. Ut monachi cappas dissutas praeter villosas non habeant.
62. Ut abbas, praepositus vel decanus, quamvis presbyteri non sint, lectoribus 25 benedictionem tribuant.[51]
63. Ut docti fratres eligantur, qui cum supervenientibus monachis loquantur.
64. Ut de furto incerto oratio primum et postea excommunicatio a corpore et sanguine Christi fiat, quousque culpabilis confiteatur.
65. Ut si frater adversus fratrem pro qualibet culpa testimonium protulerit, fratri 30 perfectiori credatur.
66. Ut psalmus invitatorius[52] et 'Gloria' pro defunctis non cantetur.
67. Ut lector stando[i] benedictionem postulet.[53]
68. Ut eulogiae[54] fratribus a presbyteris in refectorio dentur.
69. Ut ad capitulum primitus martyrologium legatur et dicatur versus quo silen-35 tium solvatur, deinde regula aut homelia quaelibet legatur, novissime 'tu autem Domine' dicatur.
70. Ut ad capitulum lectio tradatur, similiter ad conlationem, si tempus fuerit oportunum.
71.[k] Ut[55] quando fratres aestivo tempore ieiunant, post sextam dormiant.

40 e) hoc ex p. r. *om.* 4. 7. f) v. p. *om.* 6. g) cellararius, portararius (portarius *Bamb.*), si utiles in suis ministeriis fuerint, quantum abbati et congregationi placuerit, ibi stent 5, *item cod. Bamb.; cod.* 7 *loco* nisi... removeantur *habet* nonnisi causa infirmitatis manducet, *errore librarii repetita e cap.* 37 *in cod. prope caput* 56 *posito.* h) can. *om.* 1. i) stans humiliatus 7. k) *Cap. deest* 4—6. 8.

48) *Cfr. supra c.* 22. 49) *Patres; Reg. Bened. c.* 63: '*priores iuniores suos fratres vocent; iuni-45 ores autem priores suos nonnos vocent, quod intelligitur paterna reverentia.*' 50) *Reg. Bened.* 39: '*panis libra una sufficiat in die.*' 50*) *Reg. Bened.* 48. 51) *Cfr. supra c.* 48. 52) *Psalm.* 95. 53) *Cfr. supra c.* 62. 54) *Panis benedictus.* 55) *Cfr. supra c.* 38; *cum in compluribus codicibus desit, de eius sinceritate dubitari potest.*

72. Ut is qui noxae tenetur culpa die dominico remissius habeat et veniam non petat.

73. Ut pro abbate defuncto anniversarium fiat officium.[l]

74.[m] Ut ad missam 'Sanctus' stantes[n] et 'Pater noster' genua flectentes dicant.

75. Ut nullus pro munere recipiatur in monasterio, nisi quem bona voluntas et[o] morum commendat probitas.[o]

76. Ut unicuique fratri in cibo et in potu sua[p] mensura separatim[p] detur, et de ipsa mensura sibi[q] data alicui nihil tribuat.[q]

[77.[q*] Ut fratres aliquid pinguedinis in victu quotidiano habeant, excepta sexta feria et diebus octo ante natale Domini et a quinquagesima usque ad pascha.

78.[r] Ut volatilia in natale Domini et in pascha tantum quatuor[s] diebus, si est unde, comedant; si vero non fuerit unde, non requiratur per debitum. Si autem abbas aut monachi abstinere se voluerint, in eorum sit arbitrio.[t]

79.[u] Ut muffulae[v] vervecinae fratribus dentur.

80.[w] 'In[56] doctrina sua abbas apostolicam debet illam semper formulam servare, in qua dicit: 'argue,[56*] obsecra, increpa,' id est indisciplinatos et inquietos debet durius arguere, obedientes autem et mites et patientes, ut in melius proficiant, obsecrare. Negligentes vero et contemnentes ut increpet et corripiat, admonemus, neque dissimulet peccata delinquentium; sed mox ut coeperint oriri, radicitus ea, ut praevalet, amputet, memor periculi Heli sacerdotis de Silo.[57] Improbos autem et duros ac superbos vel inobedientes verberum vel corporis castigatione in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum: 'stultus[58] verbis non corrigitur'; et iterum: 'percute[59] filium tuum virga, et liberabis animam eius a morte'. 'In[60] omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam. Nullus in monasterio proprii cordis sequatur voluntatem, neque praesumat quisquam cum abbate suo proterve infra monasterium aut foris contendere; quod si praesumpserit, regulari disciplinae subiaceat.' 'Si[61] quis frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendaverit, acrior ei accedat correctio, id est verberum vindictae in eum procedant'. 'Similiter[62] et qui praesumpserit claustra monasterii egredi vel quocumque ire vel quippiam, quamvis parvum, sine iussione abbatis facere, vindictae regulari subiaceat.' 'Peccantes[63] autem coram omnibus arguantur, ut caeteri metum habeant.'

81. Ut[x 64] psalmi quinque aestate ante horam primam, tempore vero hiemali post intervallum pro rege et omnibus catholicis et familiaribus et elemosinariis omni die canantur, id[65] est: 'Miserere me Deus secundum,' 'Deus in nomine tuo,' 'Miserere me Deus, miserere,' 'Deus misereatur noster,' 'Deus in adiutorium meum,' et pro rege specialiter: 'Exaudiat[66] te Dominus.'

82. Ut pro omnibus defunctis catholicis psalmi quinque[67] canantur, id est 'Verba me,' 'Domine, ne in furore tuo,' 'Dilexi quoniam credidi,' 'De profundis,' et pro omni-

l) *Capp. rell. desunt* 4, *codice truncato.* m) *Cap. deest* 2. n) inclinati *add.* 7. o) vel merita commendent 5. 7. p) separata portio 5. q) alicui minime sit licentia dandi 5. q*) *Cap.* 77 *e codd.* 1. 2. 8, *sed contrarium est capiti* 22, *nec genuinum est; in cod.* 7 *ita caput mutatum est:* Ut adipes mittantur in pulmento octo dies ante natale Domini et octo ante quadragesimae et omni tempore sexta feria. *Similiter in cod. Bamb., omissis tamen verbis* et omni t. s. fer. r) *Cap.* 78 *legitur in codd.* 1. 7. 8, *et Sangallensi quodam; contrarium est capitibus* 8. 9. s) tribus 7; sex *Sangall.* t) potestate 7. u) *Cap.* 79 *e codd.* 1. 7. 8; *repetit verba quaedam in cap.* 22 *posita.* v) si facultas fuerit *add.* 7. w) *Cap.* 80 *e cod.* 1; *excerptum est e regula Benedicti.* x) *Capp.* 81. 82 *subnectuntur in cod.* 2; *cfr. supra c.* 50.

56) *Reg. Bened. c.* 2. 56*) 2. *Timoth.* 4, 2. 57) 1. *Regum* 2, 27; 1. *Samuel. cap.* 2 *et* 3. 58) *Proverb.* 18, 2 (?) 59) *Proverb.* 23, 14. 60) *Reg. Bened. c.* 3. 61) *ibid.* 28. 62) *ibid.* 67. 63) *ibid.* 68. 64) *Cfr. supra c.* 50. 65) *Psalm.* 50. 53. 56. 66. 69. 66) *Psalm.* 19. 67) *Psalm.* 5. 6. 114. 115. 129.

bus defunctis seu monachis seu omnibus catholicis fidelibus christianis psalmi quinque[68] canantur id est 'Dominus regit me,' 'Ad te Domine levavi,' 'Dominus illuminatio mea,' 'Domine exaudi,' II. 'Lauda, anima mea, Dominum.'

83.[y] Ut datam a priore saponis et uncturae mensuram et reliqua quae ibi con- 5 veniunt necessaria ad suos habeant lectos.]

y) *Cap.* 83 *in cod. Bamb. additur; cfr. supra cap.* 22.

68) *Psalm.* 22. 24. 26. 101. 145.

171. NOTITIA DE SERVITIO MONASTERIORUM.

10 817.

Ardo Smaragdus († 843) in magistri sui Benedicti abbatis Anianensis († 821) vita capite 54 *(Mabillon, AA. SS. ord. Bened. IV,* 1. *p.* 214*) narrat haec:*

Cernens quoque (Benedictus) nonnullos totis nisibus anhelare in adquirenda monachorum coenobia eaque non tantum precibus ut obtineant, verum etiam de- 15 certare muneribus suisque usibus stipendia monachorum expendi, ac per hoc diruta nonnulla, alia vero fugatis monachis a saecularibus obtineri clericis, adiit hac de causa piissimum imperatorem precibusque pulsat, ut ab huiuscemodi contentionibus clericos, monachos vero, redderet ab hoc periculo extorres. Adsensum praebet gloriosissimus imperator; monasteria in regno suo cuncta praenotata, in quibus 20 ex his regulares abbates esse queant decernit, ac per scripturam, ut inconcussa omni maneant tempore, firmare praecepit suoque anulo signavit: sicque multorum cupiditatem, monachorum nihilominus pavorem extersit.

Erant etiam quaedam ex eis munera militiamque exercentes, quapropter ad tantam devenerant paupertatem, ut alimenta vestimentaque deessent monachis. Quae 25 considerans suggerenti praefato viro (Benedicto) piissimus rex iuxta posse servire praecepit, ita ut nihil Deo famulantibus deesset ac per hoc alacres pro eo eiusque prole totiusque regni statu piissimum precarentur Dominum.

Prima constitutio de abbatibus regularibus eligendis omnino periisse videtur, commemoratur autem in capitulari ad ordines ecclesiasticos emisso capite quinto (supra 30 *pag.* 276.) *Altera constitutio de monasteriorum servitiis item quidem ignota est; servata tamen est notitia quaedam, quam Sirmondus (Concilia Galliae II, p.* 685) *primo edidit e codice quodam monasterii S. Aegidii in Septimania eamque infra repetimus. Haec codicis Septimanici notitia descripta videtur ex archetypo, uti iam ab aliis antea notatum est, in quo monasteriorum enumeratorum finis erat in monasterio Weissenbrunnensi.* 35 *Quod non inde tantum collegi potest, quod in primo et secundo monasteriorum ordine monasteria Aquitanica, Septimanica, Tolosana, Wasconica desunt, sed eo potissimum probatur, quod monasteria Gallica, ultra Rhenum et in Bavaria sita quae in tertio ordine enumerantur numerum octodecim efficiunt, qui in tertii monasteriorum ordinis inscriptione legitur. Monasteriorum igitur nomina in Gallia versus meridiem sitorum* 40 *postea demum addita videntur, fortasse ab ipso codicis S. Aegidii scriptore: nam ipsum S. Aegidii monasterium primum locum inter Septimaniae monasteria obtinet.*

Notitia non omnia monasteria sed parvam tantum eorum partem commemorat, fortasse ea tantum a quibus querimoniae de servitiorum gravitate et de paupertate ad imperatorem potissimum devenerant. Monasteria hic dicta partim omnino ignota, partim dubia sunt: nomina eorum illustraverunt Baluze, Mabillon, Bouquet, Pertz, quorum notis pauca addere licuit. (*B. I,* 589; *P. I,* 223.) 5

Anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCXVII. Hludowicus serenissimus augustus, divina ordinante providentia, conventum fecit apud Aquis sedem regiam episcoporum, abbatum seu totius senatus Francorum; ubi inter ceteras dispositiones imperii statuit atque constitutum scribere fecit, quae monasteria in regno vel imperio suo dona et militiam facere possunt, quae sola dona sine militia, quae vero nec dona 10 nec militiam sed solas orationes pro salute imperatoris vel filiorum eius et stabilitate imperii.

Haec sunt quae dona et militiam facere debent, numero XIIII.

Monasterium sancti Benedicti.[1]
Monasterium Ferrarias.[2]
Monasterium Nigelli.[3]
Monasterium sanctae crucis.[4]
Monasterium Corbeia.[5]
Monasterium sanctae Marie Suessionis.
Monasterium Stabulaus.[6]
Monasterium Flaviniacum.[7]
Monasterium sancti Eugendi.[8]
Monasterium Novalicium.[9] 15

Ultra Rhenum.

Monasterium sancti Nazarii.[10]
Monasterium Offunwilarii.[11]

In Bavaria.

Monasterium Mananseo.[12] 20
Monasterium Tegerinseo.[13]

Haec sunt quae tantum dona dare debent sine militia, numero XVI.

Monasterium sancti Michaelis Maresci primi.[14]
Monasterium Balma.[15]
Monasterium sancti Sequani.[16]
Monasterium Natradis.[17]

Ultra Rhenum.

Monasterium Suarizaha.[18]
Monasterium sancti Bonifacii.[19]
Monasterium sancti Wigberti.[20]

In Alamannia.

Monasterium Elehenwanc.[21]
Monasterium Fiuhctinwanc.[22]
Monasterium Nazaruda.[23]
Monasterium Campita.[24] 25

In Bavaria.

Monasterium Altemburc.[25]
Monasterium Altahe.[26]
Monasterium Cremisa.[27]
Monasterium Mathaseo.[28] 30
Monasterium Buria.[29]

1) *Floriacum ad Ligerim in dioecesi Aurelianensi.* 2) *Ferrières, Bethlehem, dioec. Senonensis.* 3) *Nigella, d. Trecensis.* 4) *Leodefredi; la croix Saint Leufroy in dioec. Ebroicensi.* 5) *Corbie, d. Ambianensis.* 6) *Stavelot, d. Leodiensis.* 7) *Flavigny in dioecesi Augustodunensi; Bouquetus tamen* 35 Fariniacum *legit et Favernay in dioec. Vesontiensi interpretatur.* 8) *S. Augentii, S. Claude in dioec. Lugdunensi.* 9) *Novalaise sub monte Cinisio in dioec. Taurinensi(?).* 10) *Lorsch, d. Moguntina.* 11) *Offenweiler, Schuttern, d. Argentoratensis.* 12) Manauser *Sirm., quod correxit Le Cointe; Mondsee in d. Passaviensi.* 13) Tegnauser *Sirm., quod corr. Le Cointe; Tegernsee, d. Frisingensis.* 14) maris periculi *Delalande in app. ad Sirm. concilia Gall., qui cogitat de monasterio S. Mich. in d. Abrincata. Mabillonio* 40 *S. Michaelis Marsupii (d. Virodunensis) visum est, Baluzio St. Mihiel in Vesontione urbe.* 15) *Baume les Dames in d. Vesontionensi.* 16) *in dioec. Lingonensi.* 17) Nantuadis *legendum, Nantua in d. Lugdunensi.* 18) *Schwarzach ad Moenum in d. Wirzeburgensi.* 19) *Fulda.* 20) *Hersfeld in d. Moguntina.* 21) *Sirm.* Clehenwanc: *Ellwangen in d. Augustana.* 22) *Sirm.* Fruhelinwanc; *Feuchtwangen in d. Augustana.* 23) Hazarieda *(Hasenried in d. Eichstetensi) coniecit Pertz.* 24) *Kempten in d. Con-* 45 *stantiensi.* 25) Weltenburg *(in d. Ratisbonensi)* corrig.? 26) Alcabe *Sirm.; Altaich in d. Ratisb.* 27) Creausa *Sirm.; Kremsmünster in d. Passaviensi.* 28) Mathasco *Sirm.; Mattsee in d. Passaviensi.* 29) *Benedictbeuern in d. Augustana.*

Haec sunt quae nec dona nec militiam dare debent, sed solas orationes pro salute imperatoris vel filiorum eius et stabilitate imperii, numero XVIII.

Monasterium Melaredum.[29*]
Monasterium Fossatus.[30]
Monasterium Luda.[31]
Monasterium sancti Gregorii.[32]
Monasterium sancti Mauri.[33]
Monasterium Eborreheim.[34]
Monasterium Clinga.[35]
Monasterium Saviniciaco.[36]
Monasterium Crudatis.[37]
Monasterium Dusera.[38]
Monasterium Lorwim.[39]

Ultra Rhenum.

Monasterium Scewanc.[40]
Monasterium Sculturbura.[41]

In Bavaria.

Monasterium Berch.[42]
Monasterium Methema.[43]
Monasterium Sconenauva.[44]
Monasterium Moseburch.[45]
Monasterium Weizzenbrunno.[46]

In Aquitania.

Monasterium sancti Philiberti.[47]
Monasterium sancti Maxentii.[48]
Monasterium Carroffinii.[49]
Monasterium Brantosmurii.[50]
Monasterium sancti Savini.[51]
Monasterium sanctae crucis puellarum.[52]
Monasterinm sanctae Mariae in Lemovicas.[53]
Monasterium Mastracurii.[54]
Monasterium Menadinii.[55]
Monasterium Magnilocum.[56]
Monasterium Conquas.[57]
Monasterium sancti Antonii.[58]
Monasterium Musciacum.[59]

In Septimania.

Monasterium sancti Aegidii in valle Flaviana.[60]
Monasterium Psalmodium.[61]
Monasterium Anianum.[62]
Monasterium sancti Tiberii.[63]
Monasterium Villamagna.[64]
Monasterium sancti Petri in Lunate.[65]
Monasterium Caunas.[66]
Monasterium Castrelli malasci.[67]
Monasterium sanc^tae^ Mariae Capariensis.[68]
Monasterium sanctae Mariae ad Orubionem.[69]
Monasterium sancti Laurentii.[70]
Monasterium sanctae Eugeniae.[71]
Monasterium sancti Hilarii.[72]
Monasterium Valle Asperii.[73]

In Tolosano.

Monasterium sancti Papuli.[74]
Monasterium Suricinium.[75]
Monasterium Asilo.[76]
Monasterium Venercha.[77]

29*) *St. Germain d'Auxerre secundum Bouquetum; mon. Melundense in d. Lingonensi sec. Baluzium.* 30) *S. Mauri Fossatensis in d. Parisiensi.* 31) Ludra *Delalande; Lutera in d. Vesontiensi sec. Baluzium. Inda (Corneliusmünster prope Aquasgrani) coniecit Nicolai in 'Der heilige Benedict, Gründer v. Aniane' Köln* 1865 *pag.* 176. 177. 32) *Gregoriusmünster in d. Argentinensi.* 33) *Maurmünster ibidem.* 34) *Elersheim ibidem.* 35) *Clingen in dioec. Spirensi.* 36) *Savigny in dioec. Lugdunensi.* 37) *Crudatium in dioec. Vivariensi.* 38) *Donzere in dioec. Arausica.* 39) *et* 40) *ignota.* 41) *Schlüchteren in d. Wirzeburgensi.* 42) *Haindlingberg in d. Ratisb.* 43) Mechema *Sirm.; Metten in d. Ratisbon.* 44) Scovenauva *Sirm.; Schönau in d. Ratisbon.* 45) Aloseburch *Sirm.; Mosburg in d. Frisingensi.* 46) Weizzenbrunico *Sirm.; Wesselrunn in d. Augustana.* 47) *in insula Herio (Rhé), dioec. Pictavensi.* 48) *St. Maixent ibidem.* 49) *Charroux ibidem.* 50) *Brantôme in Petrocoricensi (Périgeux.)* 51) *St. Savin in d. Pictavensi.* 52) *In urbe Pictavensi; cfr. supra pag.* 302 *capitulare de hoc monasterio.* 53) *Limoges.* 54) *Masciacum in d. Bituricensi.* 55) *Menatum in d. Arvernensi.* 56) *Magnus locus in d. Arvernensi.* 57) *Conchae in d. Rutenensi (Rodez).* 58) *Antonini ibidem.* 59) *Moissiacum in d. Cadurcensi.* 60) *St. Gilles in d. Nemausica.* 61) *ibidem.* 62) *in dioec. Magalonensi.* 63) *in dioec. Agathensi (Agde.)* 64) *in d. Biterrensi (Béziers.)* 65) *ibidem.* 66) *in dioec. Narbonensi.* 67) *Montis Oliveti in dioec. Carcassonensi.* 68) *Cabrières in d. Narbonensi.* 69) *in dioec. Carcassonensi.* 70) *et* 71) *in dioec. Narbonensi.* 72) *in dioec. Carcassonensi.* 73) *Valespin, in dioecesi Elenensi (Elne.)* 74) *in dioec. Tolosana.* 75) *Sorèze, ibidem.* 67) *Mas d'Azil, ibidem.* 77) *ibidem.*

In Wasconia.
Monasterium Cella fraxilii.[78]
Monasterium Cimorra.[79]
Monasterium Piciano.[80]
Monasterium Altum fragitum.[81]
Monasterium sancti Savini.[82]

Hic praedictis monasteriis praefatus imperator, sicut supradictum est, statutum scribi fecit atque manu sua firmavit et anulo suo imperiali sigillare fecit. 5

78) *In dioec. Ausciensi (Auch.)* 79) *ibidem.* 80) *Pessan, ibidem.* 81) *ibidem.* 82) *In dioec. Tarbensi.*

---

172. PACTUM HLUDOWICI PII CUM PASCHALI PONTIFICE.

817. 10

In annalibus Einhardi dictis ad annum 817 *leguntur haec:* 'Stefanus papa tertio postquam Romam venerat mense sed nondum exacto circiter VIII. Kal. Febr. diem obiit. Cui Paschalis successor electus, post completam solemniter ordinationem suam et munera et excusatoriam imperatori misit epistolam, in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti pontificatus honorem velut inpactum adseverat. Missa tamen alia 20 legatione, pactum quod cum praecessoribus suis factum erat etiam secum fieri et firmari rogavit. Hanc legationem Theodorus nomenclator et detulit, et ea quae petierat impetravit.' *Pactum tale in annalibus commemoratum cardinalis Deusdedit in canonum collectione anno* 1086 *vel* 1087 *facta libro III. cap.* 152, *quam e codice Vaticano* 3833 *anno* 1869 *edidit Martinucci, tradidit. Eadem pacti forma exstat in Anselmi Lucensis* 25 *canonum collectione illa ipsa aetate scripta, item in Cencii camerarii (postea Honorii III. a.* 1216 - 1227*) libro censuum ecclesiae Romanae fol.* 105 — 108 *(edidit Theiner, in codice diplom. dominii temporalis sanctae sedis tom. I, pag.* 2 — 4*) necnon in compluribus aliis saeculi duodecimi codicibus, ex. gr. Vat.* 1984, *Ottob.* 3057. *Saepe hoc pactum pro supposito habitum est neque dubitari potest, pacti formam in codicibus traditam minime* 30 *esse authenticam; tam initio quam sub fine haud dubie pactum abbreviatum est, et in ipso contextu verba quae de insulis Corsica, Sardinia, Sicilia pontifici confirmatis leguntur absque dubitatione, fortasse alia etiam, falso vel mutata vel inserta sunt. Plurima vero quae in pacto leguntur dubitationem non movent: potius tam ea quae de terris pontifici Romano concessis, quam ea quae de pontifice Romano elegendo in pacto* 35 *statuuntur non contraria immo consentanea sunt iis quae aliunde de pontificis Romani dominio temporali et electione, qualia Hludowici aetate erant, collegi possunt. Quibus de rebus conferenda sunt quae disseruerunt Iulius Ficker in 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' tomo II. pag.* 299. 300. 332 — 353, *Wilhelm Martens in 'Die roemische Frage unter Pippin und Karl dem Grossen* 1881' *pag.* 7. 223 — 233 *et* 40 *Paul Hinschius in 'Das Kirchenrecht der Katholiken und Protestanten in Deutschland' I. p.* 232. *Caeterum ea etiam quae de Itherio et Magenario abbatibus et missis itemque de Theodoro nomenclatore in pacto dicuntur omnino confirmantur epistolis et annalibus Karoli et Hludowici aetate scriptis. Denique eo quoque pacti nostri fides quodammodo munitur, quod Otto I. imperator in confirmationis decreto, ut videtur, genuino pacti* 45 *quod Hludowico tribuitur verba plerumque repetit, omissis sane iis quae de insulis Corsica et reliquis in pacto nostro dicuntur. Ita igitur pacti quidem forma quae a canonum collectoribus, a Cencio camerario et in codicibus manuscriptis traditur genuina non*

habenda est, ipsius autem auctor pactum authenticum vel eius apographum prae se habuisse ipsumque abbreviasse et in paucis tantum mutavisse videtur.

Editur hic pactum secundum textum quem novissime (Innsbruck 1883) *ope codicum in quibus Deusdedit et Anselmi Lucensis collectiones continentur paravit Theodor Sickel* 5 *in libro 'Das Privilegium Otto I. für die roemische Kirche vom Jahre* 962', *pag.* 173—177; *in ipso libro pag.* 50—102 *idem editor etiam de hoc pacto, qualiter in codicibus et collectionibus traditum sit, accurate disseruit.* (*B. I,* 591; *P. II*[b], 9.)

In nomine domini Dei omnipotentis, patris et filii et spiritus sancti.

Ego Hludowicus, imperator augustus, statuo et concedo per hoc pactum confir- 10 mationis nostrae tibi beato Petro principi apostolorum, et per te vicario tuo domno Paschali summo pontifici et universali papae et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis atque viculis omnibus et territoriis eius montanis ac maritimis, littoribus ac portubus seu cunctis civitatibus, castel- 15 lis, oppidis ac viculis in Tusciae[1] partibus, id est Portum, Centumcellas, Chere, Bledam, Manturanum, Sutrium, Nepe, castellum Gallisem, Hortem, Polimartium, Ameriam, Todem, Perusium cum tribus insulis suis, id est maiorem et minorem, Pulvensim, Narniam, Utriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad suprascriptas civitates pertinentibus.

20 Simili modo in partibus Campaniae Segniam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Frisilunam, cum omnibus finibus Campaniae, necnon et Tiburim cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus.

Necnon et exarchatum Ravennatem sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis quae pie recordationis domnus Pipinus rex ac bone memoriae geni- 25 tor noster Karolus imperator beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iamdudum dudum per donationis paginam restituerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emiliam: Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Immolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum et Adrianis quae[a] et Gabelum, cum omnibus finibus, territoriis atque insulis terra marique ad supradictas civitates pertinentibus. Simul et Pentapolim, 30 videlicet Ariminum, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemferetri, Urbinum et territorium Valvense, Callem, Luceolis, Egubium cum omnibus finibus ac terris ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinense, sicut a genitore nostro Karolo imperatore beato Petro apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate, quemadmodum 35 ab Itherio[2] et Magenario abbatibus, missis illius, inter idem territorium Sabinense atque Reatinum definitum est.

Item in partibus Tusciae Longobardorum castellum Felicitatis, Urbivetum, Balneum regis, Ferenti, castrum Viterbum, Orclas, Martam, Tuscanam, Suanam, Populonium, Rosellas et insulas Corsicam,[b] Sardiniam et Siciliam sub integritate cum omnibus adia- 40 centibus ac territoriis maritimis, litoribus, portubus ad suprascriptas civitates et insulas pertinentibus.

Item in partibus Campaniae Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum et Capuam et patrimonia ad potestatem et ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium Beneventanum et Salernitanum et patrimonium Calabriae inferioris et superioris et patri- 45 monium Neapolitanum et ubicumque in partibus regni atque imperii a Deo nobis commissi patrimonia vestra esse noscuntur.

a) quae *delendum videtur.* b) Martam *add. collectio Deusdedit.*

1) *scilicet suburbicariae vel Romanorum.* 2) *Cfr. de his Karoli Magni missis Cod. Carolinus ed. Jaffé epist.* 70—74, *praesertim epist.* 72.

Has omnes suprascriptas provincias, urbes et civitates, oppida atque castella, viculos ac territoria simulque et patrimonia iamdictae ecclesiae tuae, beate Petre apostole, et per te vicario tuo spirituali patri nostro, domno Paschali summo pontifici et universali papae eiusque successoribus usque in finem seculi eo modo confirmamus, ut in suo detineant iure, principatu ac ditione. 5

Simili modo per hoc nostrae confirmationis decretum firmamus donationes, quas pie recordationis domnus Pipinus rex avus noster, et postea domnus et genitor noster Karolus imperator beato apostolo Petro spontanea voluntate contulerunt, necnon et censum et pensionem seu ceteras dationes,[c] quae annuatim in palatium regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia Longobardorum, sive de ducatu Spoletino, sicut in 10 suprascriptis donationibus continetur, et inter sanctae memoriae Adrianum papam et domnum ac genitorem nostrum Karolum imperatorem convenit, quando idem pontifex eidem de suprascriptis ducatibus, id est Tuscano et Spoletino, suae auctoritatis preceptum confirmavit, eo scilicet modo, ut annis singulis predictus census ecclesiae beati Petri apostoli persolvatur, salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione 15 et illorum ad nostram partem subiectione.

Ceterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostrae confirmationis decretum roboramus, ut in vestro vestrorumque successorum permaneant iure, principatu atque ditione, ut neque a nobis neque a filiis vel successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte minua- 20 tur vestra potestas, aut vobis de suprascriptis omnibus vel successoribus vestris inde aliquid subtrahatur, de suprascriptis videlicet provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis, insulis, territoriis atque patrimoniis, necnon et pensionibus atque censibus, ita ut neque nos ea subtrahamus, neque quibuslibet subtrahere volentibus consentiamus, sed potius omnia que superius leguntur, id est provincias, civitates, urbes, 25 oppida, castella, territoria et patrimonia atque insulas, censusque et pensiones ecclesiae beati Petri apostoli et pontificibus in sacratissima illius sede in perpetuum residentibus, in quantum possumus, nos defendere promittimus ad hoc, ut omnia ea in illius ditione ad utendum fruendum atque disponendum firmiter valeant optineri; nullamque in eis nobis partem aut potestatem disponendi vel iudicandi subtrahendive aut minorandi 30 vendicamus, nisi quando ab illo qui eo tempore huius sanctae ecclesiae regimen tenuerit rogati fuerimus. Et si quilibet homo de supradictis civitatibus ad vestram ecclesiam pertinentibus ad nos venerit, subtrahere se volens de vestra ditione et potestate, vel aliam quamlibet iniquam machinationem metuens aut culpam commissam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus nisi ad iustam pro eo faciendam intercessionem, ita dumtaxat si 35 culpa quam commisit venialis fuerit inventa; sin aliter, comprehensum vestre potestati eum remittamus: exceptis his qui violentiam vel oppressionem potentiorum passi ideo ad nos venerint, ut per nostram intercessionem iustitiam accipere mereantur; quorum altera conditio est et a superioribus est valde disiuncta.

Et quando divina vocatione huius sacratissimae sedis pontifex de hoc mundo 40 migraverit, nullus ex regno nostro, aut Francus aut Longobardus aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publice aut private veniendi vel electionem faciendi; nullusque in civitatibus vel territoriis ad ecclesiae beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propter hoc facere presumat. Sed liceat Romanis cum omni veneratione et sine qualibet perturbatione 45 honorificam suo pontifici exibere sepulturam, et eum quem divina inspiratione et beati Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem elegerint sine qualibet ambiguitate vel contradictione more canonico consecrari. Et dum consecratus fuerit, legati ad nos vel ad successores nostros

c) pensiones *coll. Deusdedit.* 50

reges Francorum dirigantur, qui inter nos et illos amicitiam et caritatem ac pacem socient, sicut temporibus pie recordationis domni Karoli attavi nostri, seu domni Pipini avi nostri vel etiam domni Karoli imperatoris genitoris nostri consuetudo erat faciendi.

Hoc autem ut ab omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris firmum esse 5 credatur, firmiusque per futuras generationes ac secula ventura custodiatur, propriae manus signaculo, et venerabilium episcoporum atque abbatum vel etiam optimatum nostrorum sub iureiurando, promissionibus et subscriptionibus pactum istud nostrae confirmationis roboravimus et per legatum sanctae Romanae ecclesiae Theodorum[3] nomenculatorem domno Paschali papae direximus.

10 *(Manus signaculum.)* Ego Hludowicus, misericordia Dei imperator, subscripsi.

Et subscripserunt tres filii eius, et episcopi X et abbates VIII, et comites XV, et bibliothecarius unus et mansionarius et hostiarius unus.

3) *Cfr. Einh. ann. ad a.* 817 *supra in praefatione nostra.*

---

173. HLUDOWICI PII AD HETTI 15 ARCHIEPISCOPUM TREVIRENSEM PRAECEPTUM.

819.

Legitur in codice olim Bongarii Francogallici Nr. 289, *hodie Bernensi, folio* 27 *saeculo nono scriptum, e quo codice primo editum est a F. Fiala in 'Anzeiger für* 20 *Schweizer Geschichte. Neue Folge' I, p.* 115—117.

In Hludowici Pii capitulari ecclesiastico (supra pag. 276*) capite* 6, *quo servi priusquam ad clericorum ordinem promoveantur manumitti iubentur, leguntur etiam haec:* 'De ecclesiarum vero servis communi sententia decretum est, ut archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem, suffraganei vero illorum exemplar 25 illius penes se habeant.' *Auctoritatis Trevirensi archiepiscopo datae exemplar quod iam sequitur Bernensis codex qui olim ecclesiae Mettensis S. Pauli fuerat servavit: quod tamquam illius capitularis anno a.* 818. 819 *dati additamentum hic edendum esse visum est.* *(B. deest; P. deest.)*

† In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi Hludowicus 30 divina ordinante providentia imperator augustus venerabili viro Hetti Treverensium ecclesiae archiepiscopo.

Neminem in genere humano tam pravi iudicii inveniri posse arbitramur, cui quidem mentis constet integritas, qui interrogatus, utrum rem suam familiarem et domestica officia per honestas et munditiarum ornatu praeditas an per turpes et sordidas personas 35 tractari atque administrari velit, non statim honestatem turpitudini censeat praeferendam[a]

a) praeferanda *c.*

seque malle per mundos quam sordidos mundum ac decorum sibi servitium exhiberi. Cum hoc ita natura comparatum sit, ut administrationem rei[b] nostrae familiaris nonnisi a mundis et sorde carentibus procurari velimus, quid de officio ad divinum cultum pertinente censendum, per quod Deus homini conciliatur et humanorum delictorum nexus mediatione[c] precum et sacrosancti sacrificii libatione resolvuntur? Nonne non 5 solum per mundos et sorde carentes sed etiam omni praeditas honestate personas debet procurari, praesertim cum ipse Deus in lege sua Moysen famulum suum de sui cultus officio instruens, sacerdotem qui ad altare munus offerret[d] omni corporis vitio carentem eligere praecepit dicens: 'loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo nec accedet ad ministerium eius, si caecus 10 fuerit, si claudus, si vel parvo vel grandi et torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus' et cetera, quae in Levitico[1] leguntur?

Quapropter et nos ob amorem et honorem Dei ac domini nostri Ihesu Christi et ob exaltationem sanctae matris nostrae catolicae ecclesiae, quae est corpus eius in qua et nos membrum ipsius per bona opera effici cupimus, consuetudinem pravam et 15 valde reprehensibilem qua usque in praesens viles quaeque et servili condicione obligatae personae ad presbyteratus ordinem passim admittebantur abolere cupientes, congregatis undique sanctarum ecclesiarum rectoribus, episcopis videlicet et abbatibus et adunato sollemniter populi nostri conventu, conpertaque omnium super huiuscemodi negotio voluntate, adnuente adque censentiente et, quod his maius est, etiam petente 20 sacrosancti concilii devota atque concordi unanimitate, statuimus atque decrevimus,[2] ut abhinc in futurum nulla vilis et servili condicioni obnoxia persona ad gradum presbyterii adspirare permitatur, sed si necessitas exigerit, ut de servitiis vel nostris vel alienis ad hunc ordinem aliquis admitti debeat, iugo servitutis prius solemniter absolutus sic tandem manus inpositionem liber accipiat. 25

Proinde has nostrae imperialis et regiae auctoritatis litteras tuae sanctitati dandas decrevimus, per quas tibi et successoribus tuis necnon et subfraganeis talem concessam noveris potestatem, ut servus ecclesiasticus tam de tua quam eorum parrochia necnon de iure monasteriorum, quae in tua sive illorum dyocesi constituta sunt, ad presbyteratus ordinem electus coram clero et plebe praesente et consentiente eo, cuius do- 30 minatui idem servus usque in id temporis erat addictus, per te vel illos a iugo servitutis absolvatur et perpetuo liber efficiatur. Modus autem absolutionis et manumissionis illius talis esse debet: scribatur ei libellus perfectae et absolutae ingenuitatis more quo hactenus huiusmodi libelli scribi solebant, civem Romanum libere potestatis continens; et in fine libelli tam eorum qui in tua parrochia sunt sacerdotum quam illorum quos 35 dominus servi secum adduxit testimonii causa nomina describantur; habeatur in eo et nomen loci, habeatur mensis et diei et anni regni nostri et indictionis, ut nullus eum legentibus ambiguitatis scrupulus remaneat. Qui libellus ei qui manumittendus est, vel a te, si ecclesiae tuae fuerit servus, vel a legitimo domino in tua praesentia, detur et tum demum ad sacri ordinis susceptionem ecclesiastica consuetudine perveniat. Simili 40 modo suffraganei tui in huiuscemodi personis liberis dimittendis in suis ecclesiis facient, quia eandem illos per hoc nostrae auctoritatis praeceptum ad hoc faciendum volumus habere potestatem. Bene vale et ora pro nobis.

b) regi *c.* c) meditatione *c.* d) inferret *c.*

1) *Levit.* 21, 17—20. 2) *Supra pag.* 276, *c.* 6. 45

174. CAPITULA AB EPISCOPIS ATTINIACI DATA.

822. m. Aug.

Leguntur capitula 'Item alia capitula Hludowici imperatoris' *inscripta in codice* 5 *Guelferbytano inter Blankenburgenses* 130. 52 *fol.* 105.

Non autem Hludowici imperatoris sunt sed ab episcopis potius constituta et quidem Attiniaci, quod cognosci potest e Hludowici capite quodam supra edito (Cap. 150. *c.* 6) *in quo verba:* 'Scolae sane ad filios et ministros ecclesiae instruendos vel edocendos, sicut nobis praeterito tempore ad Attiniacum promisistis et vobis iniunximus,... ordinari 10 non neglegantur' *ad haec nostra capitula, potissimum ad caput tertium, procul dubio referenda sunt. De Hludowici autem conventu Attiniaci habito in annalibus Einhardi dictis ad annum* 822 *leguntur haec:* 'Domnus imperator consilio cum episcopis et optimatibus habito fratribus suis reconciliatus est et... publicam confessionem fecit et poenitentiam egit, quod tamen in eo conventu, quem eodem anno mense Augusto Atti- 15 niaci habuit, in praesentia totius populi sui peregit,' *quibuscum egregie consentiunt quae episcopi in huius capitis primi initio dicunt. Huic conventui Agobardus etiam Lugdunensis archiepiscopus interfuerat qui in libro de dispensatione rerum ecclesiasticarum capite secundo et tertio (Migne, patrol. tom.* 104, *pag.* 227) *refert:* 'In illis diebus, quando ... imperator evocato conventu in Attiniaco agebat... quia et tunc distinctis capitulis 20 comprehensa sunt... qualiter congruentissime profectum doctrinae et abolitionem neglegentiarum sacerdotibus et cunctis honoratis suis commendare potuisset,' *quae verba sicuti illa Hludowici supra memorata* ('et vobis iniunximus') *haec episcoporum capitula ab imperatore postea confirmata fuisse prodere videntur.* *(B. deest; P. 1,* 231.)

Dei igitur omnipotentis inspiratione vestroque piissimo studio admoniti, vestroque 25 etiam saluberrimo exemplo provocati, confitemur, nos in pluribus locis quam modo aut ratio aut possibilitas enumerare permittat tam in vita quamque doctrina et ministerio[a] neglegentes extitisse. Quamobrem, sicut hactenus in his nos neglegentes fuisse non denegamus, ita abhinc Deo opitulante, data nobis a vestra benignitate congruenti facultate vel libertate, diligentiorem curam in his omnibus pro captu intellegentiae nostrae 30 nos velle adhibere profitemur.

2. Quia vero liquido constat, quod salus populi maxime in doctrina et praedicatione consistat et praedicatio eadem impleri ita ut oportet non potest nisi a doctis, necesse est, ut ordo talis in singulis sedibus inveniatur, per quam et praesens emendatio et futura utilitas sanctae eclesiae preparetur; qualiter autem hoc fieri debeat et 35 possit, in sequenti capitulo demonstrabitur.

3. Scolas autem, de quibus hactenus[b] minus studiosi fuimus quam debueramus, omnino studiosissime emendare cupimus, qualiter omnis homo sive maioris sive minoris aetatis, qui ad hoc nutritur ut in aliquo gradu in ecclesia promoveatur, locum denomitnatum et magistrum congruum habeat. Parentes tamen vel domini singulorum de victu 40 vel substantia corporali unde subsistant providere studeant, qualiter solacium habeant, ut propter rerum inopiam doctrinae studio non recedant. Si vero necessitas fuerit propter amplitudinem parroechiae, eo quod in uno loco colligi non possunt propter administrationem quam eis procuratores eorum providere debent, fiat locis duobus aut tribus vel etiam ut necessitas et ratio dictaverit.

45 a) monasteria *c.* b) hocha hactenus *c.*

4. Sed quia omnimodis doctrina minus utiliter agitur, si qualiter his qui docere debeant discendi oportunitas non ordinatur, necesse est, ut his praesulibus, quibus omnimodis agendi facultas aut funditus aut certe magna ex parte per dioceses suas deest, a[b] dominis[b] rerum, qualiter id fieri congrue possit, provideatur. Hi autem qui res ecclesiasticas aut baptismales eclesias iure suo in promptu habent, officium praedicationis implere valent.[c]

5. De potentibus qui ad praedicationem venire nolunt, et idcirco multi eos imitantes vel sequentes, qui[d] ad audiendum verbum divinum venire debuerant, servitiis propriis detinentur. Nonnulli etiam ex ipsis presbyteros absque consensu episcopi in ecclesiis constituunt vel expellunt.[1]

6. Ut heresis simoniaca ita caveatur, ut non solum propter munerum[e] acceptionem, sed neque consanguinitate familiaritatis aut cuiuslibet amicitiae aut obsequii causa deinceps ullus prebeat.

b) *ita coniecit Pertz;* ad hominis *c.* c) *fortasse* curent *vel* faciant *emendandum.* d) *verbum supplevit Pertz; deest in codice.* e) numerum *c.*

1) *Cfr. supra p.* 277, *c.* 9.

---

175. CAPITULA AB EPISCOPIS IMPERATORI PROPOSITA.

825?

Leguntur in unico codice Gothano 84. *folio fere* 390 *et una numerorum serie coniuncta cum capitulari Olonnensi ecclesiastico primo anni* 825 *supra p.* 327 *edito.*

Ex horum initio collegi potest, capitula ab episcoporum concilio esse concepta, ut domino imperatori proponerentur et ab ipso confirmarentur. Propinqua sunt capitulis de monasteriis inspiciendis supra p. 321 *editis et post annum* 817 *(Cap.* 170*) illa aetate orta videntur, qua Hludowicus et Hlotharius imperatores vitam monasticam et canonicam reformare studuerunt. Fortasse capitula etiam cum capite septimo Olonnensis primi capitularis anno* 825 *editi quadam ratione cohaerent.* *(B. deest; P. I,* 249, *c.* 11—13.*)*

Videtur nobis, si domino nostro placet, ut providentia missorum nostrorum committetur, ut, ubicumque monachi aut monachae modo sunt, et oportunitas loci seu quantitas permittat, maneant in ipso proposito.

2. Ubi vero fuerunt et non sunt, vivant[1] excepto si XII vel amplius fuerint; si XII inventi fuerint et locus ac res permittunt, sint monachi. Ubi autem dubietas est, utrum canonice an monachice sint, et oportunitas loci aut quantitas substantiae hoc fieri permittit, detur eis optio, utrum monastice an canonice vivere velint.

3. Ubi autem modo canonice sunt, canonice permaneant. Quae autem funditus destructae sunt, secundum quantitatem rerum sit ibi numerus canonicorum.

1) *canonice.*

176. CONCILIUM ET CAPITULARE DE CLERICORUM PERCUSSORIBUS.

Leguntur haec capitula deinceps scripta in codicibus 1) *Gothano* 84 *(saec. XI.) fol.* 145. 146 *et in* 2) *Vaticano 'vetustissimo' a Baluzio adhibito. Eadem recepta sunt* 5 *in* 3) *Burchardi Wormatiensis decreti (scripti intra annos* 1012—1022) *libro VI. capp.* 5 *et* 6, *quem Ivo Carnotensis aliique canonum collectores secuti sunt. Concilii capita* 1. 2. 3. *praeterea praebet* 4) *codex quidam saec. XI. Pragensis Musei Bohem. no.* 277 *fol.* 1.; *concilii prologum inde a verbis* 'Si domini principis auribus complacuerit, ut ..... definiri eis complacuit' *exhibet quoque* 5) *codex Monac.* 3853 *(olim August.* 10 153) *fol.* 43, *praemissum tamen canonibus quibusdam Triburiensibus anno* 895 *adscriptis (vide Phillips in 'Sitzungsberichte der Kais. Akad. d. Wissensch. phil. hist. Class.' tomo XLIX, pag.* 777. 741.), *itemque codex Darmst. olim Colon.* 124. *Denique* 6) *codex Salisburg. S. Petri VIII.* 7 *fol.* 51 *capitulare infra editum continet, suppletum tamen e concilii nostri canonibus et in paucis etiam mutatum, uti videas apud Phillips loco* 15 *citato pag.* 782. 783.

Inscriptiones tales in codicibus inveniuntur. Concilio scilicet inscribuntur in cod. Goth.: 'Ex concilio apud Theodonis villam habito tempore Karoli Magni'; *in cod. Vatic.:* 'Concilia apud Theodonis villam tempore Karoli Magni;' *apud Burchardum:* 'Ex concilio apud Theodonis villam a XXXII episcopis adversus percussores clericorum;' *in* 20 *codice Pragensi:* 'De homicidiis et calumniis episcoporum et reliquorum ordinum;' *in codice Monacensi:* 'Item apud Magontiam synodus Liutperti;' *in codice Salisburgensi:* 'Ex concilio Triburiensi a Karolo et primis Galliae et Germaniae collaudatum et subscriptum,' *sicuti in capitularis quoque prologo et capite quinto Triburiensis concilii ante habiti mentio fit. Capitularis contra inscriptiones sunt in codice Gothano:* 'Capi-25 tulum aecclesiasticum apud Theodonisvillam a Hludowico pio et Hlothario imperatoribus constituta et a primis Galliae et Germaniae conlaudatum et subscriptum;' *in cod. Vatic.:* 'Cap. aecc. apud Theod. a Karolo Magno et Hluthowico et primis Galliae conlatum et subscriptum'; *apud Burchardum:* 'Cap. aeccl. apud Triburiam, a Karolo et primis Galliae et Germaniae conlatum et subscriptum.'

30 *Capitularia haec duo esse aequalia et ita cohaerere, ut quae in priori iure canonico ab episcopis proposita sint in posteriori iure civili confirmata videantur, minime dubium. Secundum inscriptiones in codicibus valde discrepantes capitula vel Karoli Magni vel Hludowici aetate, vel Theodonisvillae vel Triburiae edita apparent. Sed Karolinam originem omnino dissuadent nomina archiepiscoporum in concilii prologo* 35 *dictorum, cum Aistulfus quidem inde ab anno* 813, *Hadebaldus et Ebbo contra demum inde ab annis* 819 *et* 816, *Hetti inde ab anno* 814 *archiepiscoporum sedes obtinuerint. Quamobrem iam antiqui conciliorum editores capitula nostra Hludowici aetate annis* 821 *et* 822 *Theodonisvillae et Triburiae orta esse affirmaverunt respectis potissimum verbis in Einhardi, qui dicuntur, annalibus ad annum* 821 *scriptis:* 'medio mense Octobrio 40 conventus generalis apud Theodonis villam magna populi Francorum frequentia celebratur.' *Pertzius contra pro spuriis haec capitula habuit, contendens ad sententiam suam confirmandam, Ebbonem anno demum* 822, *post illum igitur Theodonisvillanum conventum, Rhemensem archiepiscopum electum esse, de alio autem conventu illa aetate Theodonisvillae vel Triburiae habito nihil constare.*

45 *Huic Pertzii argumento praeter alios Phillips in commentatione supra citata et Hefele (Conciliengeschichte IV, pag.* 29 *in editione altera) adstipulati quidem sunt, tamen*

vero illud parum firmum est. Nam Ebbo anno sane 822 *pallium accepit, archiepiscopus autem electus est paullo post Wulfarium praedecessorem die decimooctavo mensis Augusti anno* 816 *mortuum et teste Flodoardo (hist. eccl. Rem. II,* 19*) Stephanum papam anno* 816 *mense Octobri Remos venientem cum Hludowico imperatore provinciae praesulis munere iam functus suscepit. (Cfr. quae de Ebbone archiepiscopo congessit Le Cointe in annalibus eccles. Francorum VII, p.* 367—370, *itemque Gams, 'series episcoporum' pag.* 608.*) Quamobrem quod ad Ebbonem archiepiscopum in concilii prologo nominatum pertinet, nihil obstat, quominus haec capitula Theodonisvillae anno* 821 *orta habeamus.*

Attamen ego quoque concilii et capitularis capitula circa annum 820 *orta esse nego, immo saeculo fere post composita et concilio Theodonisvillano falso adscripta esse existimo. Primo enim universa dicendi ratio quae in capitulis observatur ab anteriori illa aetate aliena est et posteriorem potius indicat. Exeunte demum saeculo nono Francorum regni partes* 'Gallia et Germania' *in capitularibus et canonibus dicuntur;* 'banni episcopales' *saepe in capitulis dicti,* 'cingulum militare' *(concilii c.* 4*), item quod in capitularis fine* 'principes' *nobiles laici dicuntur, quod placitum hymno* 'Te deum laudamus' *decantato finitur — haec omnia omnino dissuadent, ut capita circa annum* 820 *edita habeamus, et multo posteriorem aetatem indicant. Potissimum autem contra horum capitulorum fidem pugnat, quod clericorum compositiones in his capitulis constitutae omnino discrepant ab iis quae in capitulis legibus anno* 803 *additis (supra pag.* 113 *cap.* 1*) sancitae et ab Ansegiso quoque anno* 827 *in libro legiloquo (lib. III. c.* 25*) receptae sunt, cum contra illae, quae in concilio Theodonisvillano dicto leguntur, neque apud Ansegisum neque apud Benedictum* [1] *neque in Reginonis libris inveniantur. Haud dubie enim ecclesiastici illi auctores capita illa, quae tam gravium poenarum praesidiis clericorum vitam munire student, recepissent si ipsorum aetate capita edita fuissent.*

Fortasse capitula nostra post Triburiense concilium anno 895 *celebratum, cuius canonibus, ut Phillips in commentatione supra laudata exposuit, in nonnullis propinqua sunt a falsario quodam clerico concepta et concilio in Theodonisvillae anno* 821 *habito adscripta sunt. Dubitari potest, an hanc recentiorem originem Triburiae quoque nomen, quod secundum quosdam codices in inscriptione et contextu legitur, indicet, nam Triburiensis villa circa annum* 820 *nondum in documentis vel apud rerum scriptores invenitur, sed multis demum annis post nominatur, ut idem Phillips observavit.*

(B. I, 625; *P. II*[b], 5.*)*

In concilio apud Theodonis villam, ubi interfuerunt XXXII episcopi, Aistulfus Mogontiensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Hadabaldus Coloniensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Hetti Treverensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Ebbo Remensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, cum nuntiis reliquorum episcoporum Galliae et Gemaniae, ob nimiam praesumptionem quorumdam tyrannorum in sacerdotes Domini bachantium et propter factum quod in Wasconia noviter accidit de episcopo Iohanne inhoneste et inaudite mordridato [2] decretum est, ut communi consensu et humili devotione supplicarent[a] auribus principis, si suae pietati complaceret, ut calumnia in Christi sacerdotes peracta iuxta synodalia determinaretur pleniter statuta, hoc idem episcoporum iudicio placeret, si ex toto secundum potestatem ipsorum posset definiri, id est ut canonica feriantur sententia, hi videlicet qui timorem Domini postponentes in ministros suos crassare praesumunt. Quod si vero pietati illius[b] iuxta capitula regum praecedentium, ubi eorum provisio misericorditer in offensis pecuniae quantitatem interposuit, pro[c] levigatione scilicet paenitentiae, placuerit, ut[c] praefatae res

a) supplicarentur *corr.* supplicarent *cod. Goth.*, supplicaretur *Bal.* b) complaceret *add. Bal.* c) pro consolatione sanctae ecclesiae, ut *Bal.*

1) *Cfr. contra Ben. Lev. I,* 186. 2) *De hoc facinore et de hoc Wasconiae episcopo nihil aliunde notum est.*

[per[d] pecuniam ab imperatoribus et[e] a sibi[e] sacerdotibus ad defensionem concessam, et per poenitentiam[d]] determinentur[f] episcoporum iuditio, si pietas illius conlaudare voluerit, sic definiri eis complacuit.

1. Si quis subdiaconum calumniatus fuerit, vulneraverit vel debilitaverit, et convaluerit, quinque quadragesimas sine subditis annis poeniteat et trecentos solidos cum sua compositione et episcopalibus bannis[3] episcopo[g] componat; si autem mortuus fuerit, singulas supradictas quadragesimas cum sequentibus annis poeniteat et quadringentos solidos cum tripla sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus[g] episcopo componat.

2. Si quis diaconum calumniatus fuerit, et convaluerit, sex quadragesimas sine subditis annis poeniteat, et quadringentos solidos cum compositione sua et episcopalibus bannis episcopo[g] componat; si autem mortuus fuerit, singulas supradictas sex quadragesimas cum sequentibus annis poeniteat, et sexcentos[h] solidos cum tripla sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus[g] episcopo componat.

3. Si quis presbiterum calumniatus fuerit, et spassaverit,[i][4] septem[k] quadragesimas sine subditis annis poeniteat et sexcentos solidos cum triplici sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat; si autem mortuus fuerit, duodecim annorum poenitentia secundum canones ei inponatur, et nongentos solidos cum triplici compositione sua et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

4. Si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit vel in aliquo dehonestaverit, decem quadragesimas sine[l] subditis annis poeniteat et presbyteri non[m] occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu et non sponte occiditur, cum comprovincialium episcoporum consilio homicida poeniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis[n] diebus vitae suae, cingulum militare deponat, absque spe coniugii in perpetuo maneat.

Aistulfus Mogontiensis archiepiscopus dixit: 'Si principibus placuerit aliisque fidelibus suis, rogemus ut conlaudetur et subscribatur.' Et conlaudatum est et subscriptum est tam a principe quam a caeteris omnibus.

d) per pec.... per poenit. *desunt in prologo Triburiensi et ab horum capitulorum auctore tamquam glossema addita videntur.* e) et a sibi *om. Bal.* f) determinari *Bal.* g) *deest Goth.* h) D. *cod. Prag.* i) spasaverit *Prag.* k) sex *cod. Prag. et Bal.* l) cum *Bal.* m) non *om. Bal. cum Burchardo et Ivone.* n) omnibus *Bal.*

3) *Mulcta ad episcopum solvenda.* 4) *Evaserit, convaluerit.*

Placuit nobis et fidelibus nostris, ut, sicut ab episcopis et reliquis sacerdotibus ac Dei servis alio anno Triburiae[a] ammoniti fuimus et rogati, ut episcopi et eorum ministri, quos Deus suo, non humano, iudicio reservavit, iuxta sanctorum canonum sanctorumque patrum ac capitularium praecedentium regum coram positorum statuta, ut Dei sacerdotes eorumque cooperatores, quorum intercessionibus, supplicationibus sancta Dei aecclesia constare videtur, intacti permaneant. Constituimus

1. Ut si quis subdiaconum calumniatus fuerit, et convaluerit, poenitentia canonica poeniteat et trecentos solidos episcopo componat; et si mortuus fuerit, iuxta id quod canones praecipiunt poeniteat et quadringentos solidos episcopo componat.

2. Si diaconum[b] calumniatus fuerit, et convaluerit, poeniteat secundum canones

a) apud Theodonisvillam *Bal. cum Burch. et Ivone.* b) quis *add. Bal.*

et quadringentos solidos episcopo[c] componat; si non convaluerit, iuxta praecepta synodalica poeniteat et sexcentos solidos episcopo componat.

3. Si presbyter[d] male tractatus fuerit[d] et spassaverit, secundum eius episcopi sententiam poeniteat[e] in cuius territorii potestate esse dinoscitur. Si[e] autem mortuus fuerit, ut synodus diiudicaverit poeniteat, et nongentos[f] episcopo componat. 5

4. Et si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit vel in aliquo dehonestaverit, poeniteat secundum canonum statuta, et presbyteri non[g] occisi triplicem compositionem cum iustitiis quae in superiori capitulo scripta et confirmata esse videntur componat.

5. Si quis per industriam episcopum occiderit, iuxta id quod apud Triburiam[h] 10 a XX[h] episcopis decretum est et quod ibi a nobis et a primatibus tocius Galliae[i] et[i] Germaniae benigna conlaudatione conlaudatum et subscriptum est poeniteat.[k]

6. Et hoc de nostro adiecimus, ut, si quis in his supradictis sanctorum canonum nostrique decreti sanctionibus episcopis inoboediens et contumax extiterit, primum canonica sententia feriatur, deinde in nostro regno beneficium non habeat et alodis eius in 15 bannum mittatur; et si annum et diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur et captus in exilium religetur et ibi tamdiu custodiatur et constringatur, donec coactus Deo et sanctae aecclesiae satisfaciat, quod prius gratis facere noluerat.

Et si omnibus vobis ista complacuerint, dicite. Et tercio ab omnibus conclamatum est: placet. Et imperatores et pene omnes Galliae et[l] Germaniae[l] principes subscripse- 20 runt, singuli singulas facientes cruces. Et aecclesiasticus ordo Deo et principibus laudes referentes ymnum 'Te Deum laudamus' decantaverunt. Et sic soluta est synodus.

c) *deest Goth.* d) presbyterum quis male tractaverit *Bal.* e) poeniteat et nongentos solidos episcopo componat. Si *Bal.* f) et MCC solidos *Bal.* g) non *om. Bal. cum Burch. et Ivone.* h) Theodonis villam a XXXIII *Bal. secundum Burch. et Ivon.* i) Galliae et *om. Goth.* k) et pecuniam a nobis 25 concessam ecclesiae viduatae persolvat *add. Bal. secundum Burch. et Ivonem.* l) et Germ. *om. Goth.*

---

177. HAITONIS EPISCOPI BASILEENSIS CAPITULA ECCLESIASTICA.

807—823.

Edidit ipsa e duobus codicibus bibliothecae Vaticanae et Barberinianae iam sae- 30 *culo decimo septimo Lucas Dacherius (D'Achery, spicilegium vet. aliq. scriptorum editio secunda anni* 1723, *tom. I. p.* 584); *eius editionem repetierunt conciliorum editores complures, Mansi in conciliorum collectionis tomo XIV, p.* 393 *sqq. Leguntur capitula etiam in decimi saeculi codice Ashburnhamensi — Barrois* 248. *fol.* 76[v], *item in Guelferbytano inter Blankenburgenses* 130. 52. *fol.* 133. *Apud Dacherium et in cod. Ashburnhamensi capi-* 35 *tulis inscribuntur haec:* 'Haec capitula quae secuntur Heito (Ahyto *Dacherius*) Basileensis ecclesiae antistes et abbas coenobii quod Augia dicitur presbyteris suae dioeceseos ordinavit, quibus monerentur, qualiter se ipsos ac plebem sibi commissam caste et iuste regere atque in religione divina confirmare debeant.' *Haito dioecesi Basileensi, cuius presbyteris haec capitula data sunt, intra annos* 807 *et* 823 *praefuit; fortasse con-* 40 *iicere licet, capitula edita esse non multo post magna concilia anno* 813 *in Francorum regno celebrata, quorum canonibus ipsa similia sunt. Emendata repeto hoc loco capitula,*

quia Pertzius ipsa falso pro Hludowici secundi capitulari italico e codice Guelferbytano edidit et anno 856 *adscripsit.*

(B. deest; P. I, 439.*)*

Primo omnium discutienda est sacerdotum fides, qualiter credant et alios credere 5 doceant; ubi et exempla proponenda sunt, quatenus a creatura creator quantulumcumque possit intellegi.

2. Secundo iubendum, ut oratio dominica in qua omnia necessaria humanae vitae comprehenduntur et symbolum apostolorum in quo fides catholica ex integro conprehenditur ab omnibus discatur, tam latine quam barbarice, ut quod ore profitentur corde 10 credatur et intellegatur.

3. Tertio intimandum, ut ad salutationes sacerdotales congrue responsiones discantur, ubi non solum clerici et Deo dicatae sacerdoti responsionem offerant, sed omnis plebs devota consona voce respondere debet.

4. Quarto, ut fides sancti Athanasii a sacerdotibus discatur, et ex corde omni[a] 15 dominica[a] ad horam primam recitetur.

5. Quinto, ut sciant quid sit sacramentum baptismatis et confirmationis, et quale sit mysterium corporis et sanguinis Domini, quomodo in eisdem mysteriis visibilis creatura videtur, et tamen invisibilis salus ad aeternitatem animae subministratur, quae in sola fide continetur.

20 6. Sexto, quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum,[1] id est sacramentarium, lectionarius, antifonarius, baptisterium, compotus, canon penitentialis, psalterium, homeliae per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus aptae. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit: quia valde periculose sunt euangelicae minae quibus dicitur: 'si[2] cecus caeco ducatum praestet, 25 ambo in foveam cadunt.'

7. Septimo, ut sciant tempora legitima ad baptizandum in anno, id est sabbato sanctae paschae, ut illa triana[b] mersio in baptismate imitetur triduanam mortem Domini clarificatam resurrectione, et idcirco usque ad octavum diem ipsa regeneratio sacra ab omni populo christiano celebratur. Aliud vero tempus baptismatis sabbato sancto 30 pentecosten celebrandum est. Si vero necessitas contigerit, omni tempore in[c] periculo[c] subveniendum est, quia necessitas vix habet legem. Et ut vas ad fontem baptismatis habeant, quod ad reliquos usus nullatenus assumatur.

8. Octavo pronuntiandum est, ut sciant tempora feriandi per annum, id est omnem dominicam a mane usque ad vesperam ob venerationem dominicae resurrectionis. 35 Sabbatum vero operandum a mane usque ad vesperam, ne in iudaismo capiantur. Feriandi vero per annum isti sunt dies,[3] ut supra orsi sumus: natalis Domini, sancti Stephani, sancti Iohannis euangelistae, Innocentum, octava Domini, theophania, purificatio sanctae Mariae, sanctum paschae, sicut in superiore capitulo comprehensum est, rogationes[4] tribus diebus, ascensio Domini, sabbatum sanctum pentecosten, sancti Io- 40 hannis baptistae, duodecim apostolorum, maxime tamen sanctorum Petri et Pauli, qui Europam sua praedicatione inluminaverunt, assumptio sanctae Mariae, dedicatio[d] sancti archangeli Michahelis, dedicatio cuiuscumque oratorii seu cuiuslibet sancti in cuius honore eadem ecclaesia fundata est, quod vicinis tantum circum commorantibus indicendum est, non generaliter omnibus. Indictum vero ieiunium quando a palatio[5] vel a domo[e]

45 a) die dominico *Mansi.* b) triduana *c. Blank.* c) *desunt Mansi.* d) basilicae *add. Mansi.* e) *Legendum esse* a domno (apostolico) *monet Dacherius, vix recte.*

1) *Cfr. supra pag.* 235. 2) *Matth.* 15, 14. 3) *Cfr. supra pag.* 179, *c.* 19; *concil. Moqunt.* 813, *c.* 36 *(Mansi XIV, p.* 73.) 4) *Letania maior, triduum ante ascensionem Domini.* 5) *Cfr. supra pag.* 52; *pag.* 162, *c.* 1; *pag.* 249.

fuerit denuntiatum, ab omnibus generaliter observetur. Relique vero festivitates per annum, sicut sancti Remedii, sancti Mauricii, sancti Martini, non sunt colende[f] ad feriandum, nec tamen prohibendum, si plebes hoc caste et zelo Dei cupiunt exercere.

9. Nono iubendum est eisdem sacerdotibus, ut non permittant secum mulieres habitare extraneas, iuxta Nicenum concilium,[6] nisi eas tantum in quibus suspicio nulla malae famae oboriri potest.

10. Decimo, ut tabernas non ingrediantur, nec sedendo domi nec in itinere occupati; si vero necesse habent ibidem aliquid emendi, missos suos dirigant et oblata in aliam domum conferant et cum gratiarum actione fideliter percipiant.

11. Undecimo, ut placita saecularia non observent nec fideiussores existant nec canes ad venandum nec accipitres nec falcones nec sparavarios nec ullius ludi aut spectaculi licentiam habeant. Sufficit enim eis quod in primo psalmo dicitur: 'In[7] lege Domini eorum esse voluntatem, et in lege eius meditari die ac nocte,' et quod in apostolo precipitur: 'Nemo[8] militans Deo implicet se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit.'

12. Duodecimo, ut sciant quia nemo per pecunias ordinandus est nec per munera eclesiam debet occupare. Quia si factum fuerit, et ipse et ordinator eius deponendi sunt; quia manifestum est, eos qui talia agunt simoniacam[g] heresem sectari,[g] et talem non per hostium in ovile ovium iuxta euangelii[9] verba, sed ascendentem aliunde furem esse et latronem; et non solum ipsi qui hoc faciunt, sed et qui consentiunt facientibus excommunicandi sunt.

13. Tertio decimo, ut nullus vagantem ex alia parroechia audeat recipere aut secum commorandi aut missam celebrandi, nisi permissione[h] nostra,[h] nec ullius eclesiae aut plebis aut gubernacula suscipiendi, nisi praeveniente conscientia nostra. Quod[i] si fecerit,[i] excommunicabitur.

14. Quarto decimo, ut in tuguriis vel in aeclesiis non consecratis vel in domibus, nisi forte visitandi gratia in infirmitate detentis, missarum mysteria non celebrent. Quod si fecerint, propter inoboedientiam degradandos se sciant.

15. Quinto decimo, quod decima quae a fidelibus datur Dei census nuncupanda est et ideo[k] ex integro est reddenda. Cuius tertia pars secundum canonem Toletanum[10] episcoporum esse debet; nos vero hac potestate uti nolumus, sed tantum quartam partem secundum[l] usum[l] Romanorum pontificum[10*] et observantiam sanctae eclesiae Romanae de eadem habere volumus. Quod si quis contentiosus intendere repertus fuerit, sive clericus sive ille laicus sit, communione privabitur et synodali censura diiudicabitur.

16. Sexto decimo, ut unusquisque hoc provideat, ut mulieres ad altare non accedant, nec ipsae Deo dicatae in ullo ministerio altaris intermisceantur. Quod si pallae altaris lavandae sunt, a clericis abstrahantur et ad cancellos feminis tradantur et ibidem repetantur; similiter a[m] presbyteris,[m] cum oblata ab eisdem mulieribus offeruntur, ibidem accipiantur et ad altare deferantur.

17. Septimo decimo, ut ipsi sacerdotes verbo et exemplo omnibus praedicent, ut nullus usuras accipiat, nec sexcupla nec speciem pro specie;[11] quia valde infidelis et rebellis Dei iussioni est qui hoc agit, quod omnibus christianis aeque interdictum esse dinoscitur, maxime tamen sacerdotibus qui forma et exemplum omnibus esse debent.

18. Octavo decimo, ut nullus ordinatus sive ordinandus migret de sua parroechia

f) cogende *Mansi, fortasse recte.* g) simoniaca haerese aegrotare *Mansi.* h) per missionem veram *c. Blank. secundum Pertz.* i) Qui secus fecerit *Mansi.* k) Deo *Mansi.* l) iuxta constituta *Mansi.* m) *ita correxi;* et presbyteris *cod.*

6) *Canon* 3. 7) *Psalm.* 1, 2. 8) 2. *Timoth.* 2, 4. 9) *Iohan.* 10, 1. 10) *Conc. Tolet. IX* (655), *c.* 6. 10*) *Cfr. ex. gr. Gelasii decr.* 27 *in coll. Dionys. Hadr.* 11) *Cfr. supra pag.* 103, *c.* 18.

ad aliam, nec ad limina apostolorum causa orationis eclesiae suae cura derelicta, nec ad palatium causa interpellandi, nec a communione suspensus ab alio communione recipiendi, sine permissione et praesentia episcopi sui; quod si fecerit, nihil valebit huiusmodi communio aut ordinatio aut demigratio. Et hoc omnibus fidelibus denuntiandum, 5 ut qui causa orationis ad limina beatorum apostolorum pergere cupiunt domi confiteantur peccata sua et sic proficiscantur; quia a proprio episcopo suo aut sacerdote ligandi aut solvendi sunt, non extraneo.

19. Nono decimo, ut aliud in eclesia non legatur aut cantetur, nisi ea quae auctoritatis divinae sunt et patrum orthodoxorum sanxit auctoritas. Nec falsa angelorum no- 10 mina colant, sed ea tantum quae prophetica et euangelica docet scriptura, id est Michahel, Gabrihel, Rafahel. Nec diversa sentiant in iudiciis poenitentium, cum uni minus alteri maius, alteri adolando alteri detrahendo placere velit: sed considerata qualitate personae iuxta modum culpae agatur censura vindictae.

20. Vigesimo admonendi sunt, ut perpendant, quia quicquid a fidelibus datur red- 15 emptio peccatorum est; et ideo non glorientur talibus sumptibus uti, sed magis timeant quod in veteri testamento de sacerdotibus dictum est: 'iniquitatem[11*] populi eos debere portare.' Et ideo cum magno timore super eis solliciti sint quorum donis participantur, quia magnum periculum, iudicem fieri vitae alienae, qui nescit tenere moderamina vitae suae.

20 21. Vicesimo primo, ut sciant et intellegant quid sit incesti crimen, et hoc unusquisque in sua parroechia praevideat ne fiat; et si factum fuerit, quantum celerrime potuerit emendetur; id est ut nullus sibi accipiat de propinquitate usque in quintum genu. Quod si ignoranter factum fuerit, non facile credatur, sed iudicio Dei examinetur. Et non separentur in quarto genu, sed in penitentia cunctis diebus coniunctionis suae 25 perseverent. Similiter[n] et vir[n] duas uxores inter se simili ratione coniunctas, aut uxor duos viros inter se eodem modo coniunctos, aut compater aut commater, filiolus aut filiola spiritalis de fonte aut de conversatione, aut Deo dicata aut alterius uxor vivente marito, aut alterius maritus vivente uxore — his talibus nulla ratione in matrimonium licitum est coniungi.[12] In primo vero genu vel secundo si inventi fuerint scelus forni- 30 cationis perpetrasse, matrimonii iura alterius sciant se funditus perdidisse; in tertio vero genu si inventi fuerint tali crimine pollutos esse, digna penitentia eos subsequatur, et tamen matrimonii iura eis non vicissim sed ad alios non negentur. Ubi vero mancipia non unius sed diversae potestatis iuncta fuerint, nisi convenientibus utrisque dominis, huiusmodi copulatio rata non erit. Quicquid vero neglegendo consentitur,[o] et virtute 35 qua potuerit non emendetur: nam huius copulae auctor erit, qui hoc neglegendo consentit. Plura sunt quae ad incesti crimen scribi poterant, sicut in matre et filia et noverca, et pene innumera quae menti ad scribendum non occurrunt; huiusmodi tamen et his similibus personis copula maritalis in sempiternum subtrahitur.

22. Vicesimo secundo admonendi sunt, ut sciant populis denuntiare, quae sint 40 opera misericordiae cum fructibus suis quae euangelica et apostolica pagina complectitur, quibus pervenitur ad vitam, quaeve opera iniquitatis cum fructibus suis multiplicibus, quibus calle sinistro ad aeternum tenditur[p] interitum. Et ut periurii crimen omnimodo devitent, quia non solum in euangelio vel reliquis sanctorum crimen periurii, sed in veritate, quae Deus est, si mentitur, perpetrari dinoscitur.

45 23. Vigesimo tertio admonendi sunt, ut sciant, quia in aeclesiis quibus praesunt,

n) *ita Mansi*; et similiter *c. Blank.* o) sentitur *cod. Blank. et Mansi.* p) intendit *c. Blank.*

11 *) *Leviticus* 5, 10 (?). 12) *Cfr. Pippini decreta Compend. et Vermeriense, supra pag.* 37—41.

sponsi facti sunt, et ideo omni vigilantia, qualiter eas decorent et eis incessanter deserviant, totius vitae[q] suae vigilantiam impendant.

24. Vigesimo quarto, ut horas canonicas tam nocturnas quam diurnas nullatenus pretermittant; quia sicut Romana psallit ecclesia, ita omnibus eiusdem propositi viam tendentibus faciendum est. Et non solum novi testamenti documenta sunt eandem formulam observandi, sed veteris testamenti patet ratio, quia propheta spiritu sancto instinctus profert: 'septies[13] in die laudem dixi tibi,' et 'media[14] nocte surgebam ad confitendum tibi.'

25. Vigesimo quinto, ut plebibus denuntient, quod filios et filias spiritales, quos in baptismate suscipiunt, et[r] eis fideiussores et sponsores fidei existunt,[r] et diabolo pro eis cui ante mancipati fuerant abrenuntiant, et ideo, usque cum adulti fuerint et eis fidei sponsionem et abrenuntiationes exposuerint et reddiderint, in sua providentia habeant; et quod illi qui[s] pro eis spoponderant ab eis eadem ex integro exigant.

q) curae *c. Blank.* r) eis fideiussores existant et sponsores fidei pro eis existunt *cod. Blank.* s) qui *om. c. Blank.*

13) *Psalm.* 119, 164. 14) *Psalm.* 119, 62.

---

178. EPISCOPORUM AD HLUDOWICUM IMPERATOREM RELATIO.

circa 820.

Legitur in unico codice Guelferbytano inter Blankenb. 130. 52. *fol.* 96, *inscripta verbis* 'Item domni Hludowici imperatoris' *et sequitur in codice Hludowici capitula legibus addenda et per se scribenda.*

Ab episcopis, qui imperatoris oratores se secundum aetatis illius usum dicunt, (cfr. cap. 8*) ad Hludowicum Pium imperatorem capitula directa sunt. Capite nono respicitur formula institutionis canonicorum anno* 816 *Hludowici iussu concepta; capite quinto, ut videtur, capitulare ecclesiasticum anno* 818 *vel* 819 *datum. Aliquot annis post illa capitularia haec episcoporum postulata et monita ad imperatorem directa sunt; quo vero loco vel anno non liquet.* *(B. deest; P. I,* 326.*)*

De necessitate episcoporum conveniendi cum suo metropolitano oportune annis singulis secundum canonicam auctoritatem;[1] cui conventui[a] interesse oportet abbates tam canonicos quam monasticos absque ulla subtractione. Et, si possibile est aut imperiali servitio non detineantur,[b] adsint etiam comites; quodsi illi defuerint, adsint eorum vice tales missi, qui adimplere valeant quaecumque utilia corrigendi studio secundum regulam christianitatis ibidem inventa fuerint. Sunt autem plurimae necessitates quae aliter emendari non possunt nisi in huiusmodi conventu; qui tamen conventus quo

a) conventus *c.* b) detineatur *c.*

1) *Exempli gr. can. apost.* 3, *Nicaen.* 5, *Antioc.* 20.

tempore fieri debeat, consideratione metropolitani vestrae pietati innotescendum est, quod plenius vestra auctoritate[c] ad eum conveniatur.

2. Ut ministerium sacrosancti baptismatis non ubicumque nec quandocumque, excepta infirmorum causa, sed praefixis a sanctis patribus[2] temporibus penitus cele- 5 bretur; aliter enim si actitatum fuerit, honor tanti sacramenti et debita reverentia et cura et diligentia et eruditio pariter vilescere certum est.

3. Est quidem valde necessarium et summa emendatione dignum et illud nequaquam neglegatur, sicut hactenus pene ab omnibus neglectum est, quasi non minus necessarium sit, in quo nostrae redemptionis salus et salutis summa consistit, id est 10 communio sacri corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, qui ait: 'Nisi[3] manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.' Unde monendi sunt atque instruendi omnes fideles, ut mundati et purificati et sepius communicent et reverenter ad ipsam communionem accedant, ne secundum apostolum[4] 'iuditium sibi manducent et bibant.'

15 4. Ut sacerdotes Domini, qui sunt mediatores inter Deum et homines, per quos homines Deo reconciliantur, tanto despectui non habeantur, sed pro amore et reverentia Dei ministerium sacrum, quod per eos Deo exibet eclesia, in eis honoretur; et ut a[d] suis eclesiis tam inlicito ausu ad exteriora peragenda non mittantur, quia proinde et opus divinum neglegitur et infantes sine baptismi gratia et homines sine confessione 20 mori solent. Cuius causae periculum et in eos qui a suis eclesiis eos advocant et in episcopos, quorum vicem agere debent, miserabiliter retorquetur.

5. Ut erga eclesias piissima misericordia vestra id quod iam dudum Deo inspirante statuit[5] observari ab omnibus iubeat; quoniam plerique post sacram iussionem vestram[e] non solum census quos[f] exigere de eclesia solebant acceperunt, insuper etiam et gravi- 25 ora addiderunt. Cum sint enim pleraeque[g] eclesiae aut nihil aut parum quid exterius habentes, de solis decimis et oblationibus fidelium census et diversos pastus presbyteri earum, qui vix ibidem vivere possunt, reddere compelluntur. Haec vero omnia quae inde exigere solent non de suo aliquo beneficio sed solummodo de altari et parietibus ecclesiae ab episcopo Deo dicatis dari sibi agunt.

30 6. Quia[h] sunt in plerisque locis parricidae[i] et ceteri homicidae vel reliquis capitalibus criminibus implicati, qui penitentiam publicam agere contemnunt, qui utique rei publicae utilitatibus inutiles sunt; super quibus necesse est, ut vestra celsitudo comitibus praecipiat, quatenus episcopis adiutorium ferant, ut eos canonicae penitentiae subdere valeant.

35 7. Ut aequales mensurae et iuste in omnibus provinciis imperii vestri sint secundum legem Domini iubentis:[6] 'Sit tibi aequus modius iustusque sextarius.' Quapropter diversitatem mensurarum in multis pauperes valde gravantur. Census tamen singularum provinciarum antiquitus constitutus huius rei occasione pauperibus non augeatur.

8. Postulant et monent oratores vestri, ut inter cetera quae digne Deo agitis ad 40 causas necessarias eclesiarum et pauperum aliquotiens audiendas aut examinandas propter amorem Dei assumatis laborem, quia perfectio ministerii vestri maxime in huiuscemodi consistit officio. Erit enim opere precium ad omnes iudices huic officio puriores atque meliores.

9. De institutione vitae canonicorum, quam Deo inspirante et administrante pia

45 c) auctoritas *c.* d) ad *c.* e) nostram *c.* f) quod *c.* g) plerique *c.* h) *Hoc caput exstat quoque in capitulorum quadam congerie in cod. Mediol. O.* 55 *servata; cfr. supra p.* 336. i) parricida *c.*

2) *Ita Syric. decr.* 2. 3) *Ev. Ioh.* 6, 53. 4) 1. *Cor.* 11, 29. 5) *Cfr. supra pag.* 277, *c.* 10. 6) *Ezech.* 45, 10.

misericordia vestra ordinavit,[7] ut omnes idem sentiant, et huius proprio metropolitano cura delegetur, quatenus in singulis locis ubicumque secundum iussionem vestram completa est, perfecte custodiatur; et ubi necdum consummata est, providentia et studiis perficiatur. Hic enim et congruentius ceteris missis[8] suos suffraganeos canonica auctoritate sedulo admonere potest et tam per se quam per missos a se frequenter destinatos, ubicumque emendatione egeat perquirendo, sollicita investigatione qualiter in locis omnibus servetur invenire.

7) *Cfr. supra pag.* 276, *c.* 3. 8) *Imperatoris missis iniunctum erat, ut institutionis formulam observari facerent; cfr. supra Cap.* 169.

---

179. EPISCOPORUM AD IMPERATOREM DE REBUS ECCLESIASTICIS RELATIO.

Post an. 821.

Traditur in eodem codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52., *fol.* 104, *subiuncta Hludowici capitulari ecclesiastico supra pag.* 275 *edito et falso inscripta:* 'Item alia capitula domni Hludowici imperatoris.' *Nam haec quoque capitula ad imperatorem potius a synodo directa quam ab imperatore statuta sunt. Capitula* 7. 8. 13 *hanc relationem post vitae canonicae et regularis ordinationem annis* 816 *et* 817 *factam (c.* 13: 'pridem instrumenta cognovimus') *scriptam esse probant; Benedictus abbas* 'beatae recordationis' *in capite* 8 *dictus die* 11. *m. Februarii anno* 821 *mortuus est. Post hunc igitur diem relatio concepta et, quod verisimile est, ad Hludowicum imperatorem transmissa est; quo anno non liquet.* *(B. deest; P. I,* 238.*)*

Incomparabilis[a] augustae gloriae sapientia, coelesti[b] fulta sophismate, velut debitam subiectis disciplinam regiminis praerogativa ministrans, saluberrima potius simplicitate quam syllogismorum difficultate conpraehensa capitula que secuntur insinuat.

Quo ordine episcopus debeat inveniri. 1. Sanctae trinitatis fides a tribus prorsus veneratur[c] ordinibus. De quibus cum canonicum eclesiae fidei iam fundamentum probatum et a fidelibus loci viris electum ratio provehendum denuntiat, tamen necessitudine incumbente et monachum admittit, et laicum auctoritas non excludit. Sed cum subiungitur, qualis esse debeat, tot huic dicto canonica atque apostolica mandata conveniunt, ut nequaquam breviter intimata sufficere videantur. De monogamia vel virginibus sacerdotem eclesia requirit, si quis sine crimine est. Ultimus tamen si concessa loquitur, ita se imitabilem in omnibus quae agit praebeat, quatenus proximorum corda rore doctrinae rigare non cesset et bonis, quae docuerit, operibus non repugnet.

2. Officium episcopi curam esse et fervorem eclesiasticarum rerum et fidei firmamentum, tam virtute verbi quam iusto rerum moderamine sacrae lectionis serie comprobamus; sed tunc conversatio illius congruit officio, cum pro vitae innocentia actione praecipuus et prae cunctis fit contemplacione suspensus.

a) *ita coniecit Pertz;* in parabolis *c.* b) coelestis *c.* c) venerator *c.*

3. De conversatione clericorum in episcopatu disposita, quid aliud quam ut canonice degant, dicendum est; qui iuxta vocem apostoli[1] 'filii bene subditi' vocari concupiscunt, cum in cultu vario discreti esse debeant, usuras cum feminarum accessu vitare contendant.

5 4. De dispositione et officio presbyterorum, qualis esse exterius debeat vita praesulis, preeundo demonstrant: hi nimirum in eclesiae providentiam ordinati, tunc in proposito permanere videantur, cum prona devotione strenui pastoris pro captu imitare vestigia consuescunt.

5. De ordinatione rerum episcopii, priorum nobis patrum et Romane[2] legis sta-10 tuta rite conservata sufficiant: quadripertita denique ex reditibus patrimonia partim pauperibus eroganda, partim praelatorum templorumque usibus implicanda sanxerunt. Aeclesiis igitur baptismalibus custodes eligantur presbyteri, in quibus non solum nomen officii, verum etiam sanctitatis decenter cultus effulgeat. Titula quoque earundem eclesiarum una cum rectoribus aeque sibi praepositis tamquam subiectionis ordine contenti 15 sublimioris humiliter culmina venerentur.

6. Qualiter senedochiorum ordo servetur, promulgata ab auctoribus eorum testamenta fatentur; nam si levitatis aut fortasse simplicitatis erroribus obvoluta rationabili statu caruerint, catholici provisoris arbitrium prestolentur.

7. De ordine canonicorum in locis suis excerpte[d] ab auctoribus vel ab antiquis 20 eclesiae legibus defloraciunculae ex decretis gloriosissimi caesaris in unum codicem[3] redactae ac a nobis susceptae horum vita predulci suavitate componendo perornant.

8. De monasteriis regularibus, quae beatae recordationis Benedicti abbatis regula[4] praeclaris obsequiis dedita conglobavit monasticae meditationis, tamquam a sancto spiritu prolate sufficiant.

25 9. Quoniam liquido constat, monachorum congregationem absque abbate eiusdem ordinis esse non posse, eligendus est inter eos vir modestus et prudens una cum consensu episcopi civitatis, cuius se suffraganeos fore cognoscant, quia iam regulariter vivere didicit, et sancto studio, prout ordo regularis poscit insistere, ac subditorum, si qua sunt, valeat errata corrigere.

30 10. Qualiter cum monachis suis abbas conversari debeat: eiusdem regulae affluentibus informatus testimoniis, directo calle qua trahitur virtutum exercitia prosequatur.

11. A quo et quomodo corrigi abbas neglegenter agens debeat, canon Calcidonensis titul. VIII. evidenter exponit,[5] cum ab episcopo loci dissilienter communione privare non ambigat.

35 12. De monasteriis feminarum in canonico vel regulari ordine constitutis, quo ordine censeri conveniant, ipsorum nempe nominum aethimologia demonstrat; canonica scilicet canonice, regularia regularibus mancipando modulis edocentur.

13. De hac profecto institutione canonica quae sanctimonialibus congruit, auguste pridem celsitudinis instrumenta[6] cognovimus; sed quomodo disciplinae officii ecclesiastici 40 nimium neglecta per studium reformetur, nonnulli iam experimento probarunt, qui scolam doctoribus deputarunt;[7] in huiusmodi certamine tardiores, tamquam delicto dispensationis postposite, nisi se correxerint, obnoxii teneantur.

d) excepte *c*.

1) 1. *Tim.* 3, 4. 2) *Gelasii decr.* 27; *Romanae legi opponitur Hispana, qua tribus res ecclesiasticae* 45 *partibus dividuntur. (Conc. Tolet. IX a.* 655, *c.* 6.) 3) *Forma institutionis canonicorum anno* 816 *instituta. (Mansi XIV,* 147-277.) 4) *Cfr. supra (p.* 343) *capit. monasticum a.* 817. 5) *Conc. Chalc. can.* 8: '*nec ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere huiuscemodi formam .. communione priventur.*' 6) *Formae institutionis anno* 816 *conceptae liber secundus; cfr. supra not.* 3. 7) *Anno* 818; *vita Benedicti c.* 50 (*Mabillon, Acta Sanct. Ord. Bened. IV*[a], 211.)

14. Pro statu regni et reipublice, ne forte humilietur aut infirmetur, divina primum exoretur clementia; tunc demum totis viribus incumbentes, oportuna vobiscum iuxta vires libenter iuvamina decernamus.

15. De regulari ordine qualiter observetur, partim nos superius[8] significasse meminimus; cetera cum vestra simul celsitudine conferentes largius statuere decertemus.

8) *Cap.* 7—11.

---

180. EUGENII II CONCILIUM ROMANUM.

826. Novembr. 12.

Eugenii secundi concilii Romani canones complures in librum Papiensem transierunt, nonnulli in capitularium quoque codicibus leguntur, ita in codicis cuiusdam fragmento Monaci in bibliotheca regia servato. Concilii canones omnes cum admonitionibus in concilio illo factis recepti sunt in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52 *fol.* 120, *e quo codice Pertzius admonitiones et canones mendis sane horrentes sensuque persaepe prorsus carentes edidit. Ante hos canones in ipso codice Guelferbytano leguntur centum quattuor capitula in indice praefixo non recensita et hanc ob causam inscripta*: 'Haec capitula domni Hlotharii imperatoris sunt CIIII. quae non legitur in aere' *(hoc est 'numero' vel 'indice') et subscripta:* 'Hic finit CIIII. capitula domni Lotharii quae non sunt in aere.' *Initium horum centum quatuor capitulorum efficiunt excerpta concilii Leonis quarti anno* 853 *celebrati, quo concilio anteriores Eugenii canones repetiti et sub fine novis quibusdam aucti sunt. Pertzius haec excerpta pro indice Eugenii canonum falso habuit et cum ipsis edidit, referens quoque ad ipsa illam centum quatuor capitulorum inscriptionem, quae ad hos canones minime pertinet.*

Haec omnia a Pertzio edita repetere ab editionis nostrae ratione nimis alienum visum est. Edimus autem Eugenii concilii canones absque admonitionibus praecedentibus, cum ipsi italici iuris quasi partem saeculo decimo et undecimo effecisse videantur. Codicis Guelferbytani lecturam mendosam conciliorum Mansii editione potissimum (XIV. 999—1009) *adhibita emendare licuit.* *(B. deest; P. IIᵇ,* 14.*)*

In nomine domini et salvatoris nostri Iesu Christi imperantibus dominis nostris piissimis augustis Hludowico a Deo coronato magno imperatore anno XIII; sed et Lothario novo imperatore eius filio anno X. indic. IIII. mense Novembrio die XII. Eugenius sanctissimus atque beatissimus et universalis papa cum universis coepiscopis, videlicet Petronacio archiepiscopo Ravennate Leopardo episcopo Forosemproniate,[a] Passivo episcopo Blerane, Romualdo episcopo Agnaniae, Lamperto episcopo Aretino, Iohanne episcopo Silvae-candidae, Stephano episcopo Portuense, Benedicto episcopo Albanense, Cesario episcopo Hostiense, Georgio episcopo Vellatriense, Constantino episcopo Praenestense,[b] Romano episcopo Cerense, Grasulfo episcopo Fesulense, Paulino episcopo Senogalliense, Peredeo episcopo Senense, Ausperto episcopo Populoniense, Valerino episcopo Sutriense, Stefano episcopo Ariminense, Germano episcopo Ausimano, Pasivo episcopo Calliense, Stefano episcopo Ortense, Andrea episcopo Clusense, Stabili episcopo

a) forosinfroniate *c.* b) Petreniense *c.*

Castello felicitatis, Waliperto episcopo Alsbivetense, Vestiano episcopo Suanense, Alifredo episcopo Balneo-regense, Paulino episcopo Triviense, Petro episcopo Centumcelense, Agatho episcopo Monteferetrano, item Agatho episcopo Polimartiense, Magno episcopo Assisiense, Liutardo episcopo Nuceriense, Petro episcopo Lucano,[c] Bertoaldo episcopo
5 Lunense, Agiprando episcopo Florentino, Lomprando episcopo Pisturiae, Theoderico episcopo Perusinae, Donato episcopo Gallense, Codemundo episcopo Tuscanense, Ragiperto episcopo Rossellense, Tigrino episcopo Ancomitano, Agiperto episcopo Fanestre, Iohanne episcopo Pissane, Benenato episcopo Eugubiense, Lupo episcopo Turcunense, Petro episcopo Voluterrense, Sebastiano episcopo Ticinense, Dominico episcopo Pisaurense,
10 Iohanne episcopo Hesinate, Leonino episcopo Tribustabernae, Gratioso episcopo Nepessine, Iohanne episcopo Tudertinae, Eleutherio episcopo Privinatae, Benedicto episcopo Amerinae, Theodosio episcopo Mantutriense, Adriano episcopo Salatritano, Samuhele episcopo Savinense, Adriano episcopo Signinae, Cosma episcopo Humanatae, Maurino episcopo Urbinatae, Walano episcopo Teatinae atque cunctis venerandis presbyteris,
15 scilicet Iohanne archipresbytero, Dominico presbytero, Georgio presbytero, Iohanne presbytero, Simeon presbytero, Sergio presbytero, Gregorio presbytero, Benedicto presbytero, Urso presbytero, Crisentio presbytero, Simeon presbytero, Lubiano presbytero, Anastasio presbytero, Benedicto presbytero, Maurino presbytero, Urso presbytero, coram sacratissimo corpore beatissimi Petri principis apostolorum residentibus; astantibus quo-
20 que diaconibus quorum sunt nomina: Valentinus archidiaconus, Theodorus diaconus, Leo diaconus, Faustinus diaconus, item Leo diaconus, Leontius diaconus, diversoque clero, legente Theodoro diacono, pontifex dixit: Cum simus dominicae plebis superna miseratione rectores, studiosius nos convenit Dei praesidio pro eorum semper cogitare salute, ne de creditis frustrati, quod absit, animabus, insidiis antiqui hostis ante om-
25 nium pastorem (nisi succedat praeveniendo de offensis correctio) districtam cogamur solvere rationem. Dumque perpendo vel animo reduco, quanta circumspectione nos oportet invigilando contra sui cuiusque sceleris nequitiam obviare, et si quando insilierit ad perturbandas fidelium mentes, adiutorio superno ictui eius resistere, valde concutior atque nimis tabesco, ne serpentina calliditate, quod absit, leviores quosque deci-
30 piat. Deo vero favente sollicitudinem animae,[d] pio ore, mente,[d] divino iuvamine freti pro salute hominum omnium ostendere debemus, ut inconfuso[e] vultu non de fraude cuiusquam perculsi adsistere aeterno iudicio[e] mereamur sed potius vocem audire inquientem: 'Euge[1] serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui.' Hinc namque est quod ingemescens dico quia
35 populi christiani per provincias et loca commorantes audio temere contra catholicae fidei documenta et patrum statuta agere, quod oportunum est spiritali amputari mucrone, ne seges boni agricolae zizaniorum mixta horrentibus fructibus sordescat.

Item capitula predicti pontificis de ministris et ordinibus ecclesiasticis.

1. Ut episcopus approbatus opere ordinetur. Beatissimi Pauli discre-
40 tione atque admonitione[2] episcopum consecrari omnino oportet, desiderabilem boni operis, inreprehensibilem, et reliquis omnibus apparitionibus quae secuntur, ut doctrinam Dei nostri ornet in omnibus, ne, ut in pastorali libro continetur, contradicendus inveniatur. 'Ab[3] imperitis enim, inquit, pastorale magisterium qua temeritate suscipitur,

c) lucana *c.* d) aequanimiore mente *Mansi.* e) *ita Mansi;* inconfusum vultum non fraudet
45 de cuiusquam asistere aeterni iudicis *cod. Guelf.*

1) *Matth.* 25. 23. 2) 1. *Timoth.* 3, 2 *sqq.* 3) *Liber pastor. pars* 1, *c.* 2.

quando ars est artium regimen animarum?' Et iterum: 'Ille[4] igitur modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit, qui prospera mundi postponit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat, cuius intentioni bene congruens nec omnino per inbecillitatem corpus, nec valde per contumeliam repugnat. Qui ad aliena cupiendo non ducitur, sed propria 5 largitur; qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed numquam plus quam deceat ignoscens ab arte[f] rectitudinis inclinatur. Qui nulla inlicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienae infirmitati compatitur, sicque in bonis proximi sicut in suis provectibus laetatur. Qui ita se imitabilem ceteris in cunctis quae agit insinuat, ne inter eos habeat quod saltim de transactis eru- 10 bescat. Qui sic studet vivere, et proximorum quoque arentia doctrinae fluentis valeat inrigare. Qui orationis usu experimento iam didicit, quod obtinere a domino quae poposcerit possit, cui prophetica[g] voce[g] iam quasi specialiter dicitur:[5] 'adhuc loquente te dicam: ecce adsum.' Ideoque talium rerum tales esse oportet non indoctos, ne aliqua oportunitate turpes inveniantur, sicut in eodem libro[6] habetur: 'Quia cum spiritale ali- 15 quid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc incipiat querere vel discere, cum questionem debet enodare.'

2. Ut nullus episcopus aliusque sacerdos muneribus ordinetur. Cavere itaque oportet unumquemque sacerdotem, ne premiis videatur consecrari, ut non exemplo Simonis magi in condemnationem et laqueum incidat diaboli; quia tam 20 factus quam etiam faciens honore adempto[h] debent esse condemnandi, sicut in Calcidonense aliorumque patrum habetur concilio,[7] quia qui muneribus ordinatur, non animae decertare cupit remedium, sed vanae gloriae mercari[i] lucrum.

3. Qualiter episcopum docere et consistere oportet. Episcopum vero bono opere consistere oportet, ut non solum factis congruentibus luceat, sed optimus 25 speculator existat, qualiter populus verbum predicationis ostenso opere sine dubio observando attendat, beatissimo Gregorio papa docente: pro[8] qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut et ad sua singulis congruat, et tamen a communis aedificationis arte numquam recedat.

4. De indoctis sacerdotibus. Quamquam admonita doctorum et statuta 30 patrum sacerdotes indoctos prohibent consecrari, oportuni temporis moderatione, si episcopus inveniatur indoctus, a metropolitano proprio, et deinceps sacerdotes id est presbyteri, diaconi vel etiam subdiaconi. a suo proprio episcopo ut doceri possint admoneantur; et interim subiecti sacerdotes et tales clerici ad tempus a celebratione divini misterii et officiis suspendantur, ut docti valeant ad debitum ministerium advenire. Si autem 35 non[k] potuerint edoceri, in potestate episcopi sit.[l]

5. Ut in elegendis episcopis canonicae regulae observentur. Episcopum enim consecrari non convenit, nisi a clericis et populo fuerit postulatus. Unde Celestinus papa dicit: 'Nullus[9] invitus ordinetur episcopus; plebis enim, clericorum et ordinis consensum et desiderium constat esse requirendum.' Et Leo sanctissimus papa 40 ait: 'Nulla[10] enim ratio sinit ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti.' Quod si in eadem ecclesia dignus non inveniatur, tunc alter de altera eligatur ecclesia: tamen quamvis necessitas eveniat, invidiose nullo modo consecretur invitus.

f) arce *c.* g) effectus vocem *cod.* h) adepti *c.* i) venerare *c.* k) non *om. c.* l) sint 45 canonice iudicandi *Mansi.*

4) *ibidem c.* 10. 5) *Esaias* 8, 18. 6) *Liber pastor. pars II, c.* 11. 7) *Canon* 2. 8) *Liber past. pars III.* 9) *Can.* 18. 10) *Can.* 15.

6. Ut episcopi extra propriam parroechiam non morentur. Episcopi enim ad culturam propriis ecclesiis sepius debent adesse, quia absentia episcopi plerumque fit calamitas plebis. Ideoque Sardicense admonente[11] concilio ultra trium ebdomatarum spatium a propriis ecclesiis non morentur, nisi forte per iussionem metro-
5 politani vel principis, si ex necessitate contingat; quoniam longius nisi per auctoritatem canonicam proficisci neque subiecti sacerdotes debent.

7. Ubi clerici consistere debeant. Necessaria etenim res existit, ut iuxta ecclesiam claustra constituantur. in quibus clerici disciplinis eclesiasticis vacent; itaque omnibus unum sit refectorium ac dormitorium, seu ceterae officinae ad usus clericorum
10 necessariae. Ministri vero post episcopum super ea tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornent quam dehonestent.

8. De sacerdotibus in subiectis baptismalibus plebibus constituendis. Episcopi in baptismalibus plebibus ut certe propriis diligenter curam habere debent, et cum in eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, ut reverentius obser-
15 vetur; convenit enim in eis ibidem habitantium sibi adhibere consensum.

9. Ut clerici non plus quam sufficiat ordinentur. Itaque in congregandis clericis modus discretionis teneatur; videlicet ne plus admittantur quam facultas rerum eis canonice attributa sufficere possit.

10. De sacerdotibus qui in ecclesiis vel monasteriis non habitant.
20 Sacerdotes namque constitui non oportet nisi in ecclesia, aut speciali monasterio deputentur, ne necessitas in saecularibus domibus illis habitando occurrat; alioquin a propriis episcopis aut in episcopia aut in monasteria habitandi et conversandi pro exercendo officio constituantur: in quibus enim mulieres nulla conversari ratio permittit.[m]

11. Ut sacerdos non aliquo ludo delectetur. Sacerdos enim sedule divina
25 debet perscrutari et admonere eloquia, ut inveniatur beatus de quo psalmista ait: 'et[12] in lege eius meditabitur die ac nocte.' Quamobrem ludos aliquos coram se fieri non delectetur. Transgressor quippe inventus admonitionem episcopi ulterius agere desinat; sin autem, canonice iudicetur.

12. Ut sacerdotes feneralia aut rustica ministeria non exerceant.
30 Sacerdotes itaque qui ad debita et oportuna officia ecclesiis indifferenter adesse debent, fenore aliquo aut venatione vel aliqua occupatione rusticoque ministerio omnino non occupentur, quia sine ornatu sacerdotali extra domos eos apparere non convenit; ne ut aliqui saecularium iniurias paciantur; sed ea solummodo quae per patrum instituta videntur observent. Contrarius denique inventus aut deinceps desinat, aut canonicae
35 subiaceat disciplinae.

13. Si sacerdos testimonium dicat. Quamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro testimonio aut conficiendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si enim eventae causae aliquid viderint aut audierint, ubi nullae idoneae secularium[n] inveniantur
40 personae, ne veritas occultetur et malus ut bonus estimetur, in providentia proprii sit episcopi, ut aut coram se et competentibus iudicibus aut aliter veritatem honorifice attollant.

14. Ubi sacerdotes post condempnationem esse oportet. Sacerdos etenim aut quivis alius in ordine eclesiastico provectus si in eo scelere inveniatur, quo ab-
45 iiciendus existat, depositus providentia episcopi bene proviso loco constituatur, ubi peccata lugeat et ulterius non committat.

m) Ideoque ibi eos conversari et nutriri oportet *add. Mansi.* n) seculariae *c.*

11) *Can.* 15. 12) *Psalm.* 1, 2.

15. De suspectis sacerdotibus. Si quispiam sacerdotum, id est episcopus, presbyter, diaconus, etiam subdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis suspicatus, post primam secundamque et[o] tertiam[o] admonitionem metropolitani vel alterius episcopi aut eius cui subiacere videtur inveniatur fabulari cum ea vel aliquo modo cum ea conversari, canonice iudicetur. Quapropter unusquisque episcoporum in tali re studiose ac diligenter curam habere debet, ne eclesia Christi a propriis possit sordidari ministris, quia, cum propriam uxorem habere non permittitur, maxime ab omni femina sit abstinendus.

16. Ut episcopo de subiectis plebibus aliisque piis locis non liceat res auferre. Nulli episcoporum liceat res immobiles de subiectis plebibus aliisque piis locis in proprio usu habere, ne maiores enormiter locupletentur et minores tali facto pauperes inveniantur. Contra agens canonica auctoritate coartandus existat.

17. De presbyteris qui pro unius oblatione alterius recipere nolunt. Presbiteri nullis blandiantur aut suadeantur sermonibus, ut non omnium ad se concurrentium in quibuslibet sacris locis oblationes ad missarum sollemnitatem recipiant; quia, cum mediatores Dei hominumque existunt, in exercendis votis relaxandisque peccatis largissimam debent orationem peragere. Si quis autem contra haec temerator extiterit, aut desinat aut doctoris proprii constringatur sententia. Redemptor etenim noster, cum sit omnipotens inmensaeque misericordiae plenus, quantorum populorum vota non recipit et vincula peccatorum unatenus non resolvit!

18. Qua re aut auctoritate dimissoriae fiant aut credantur. Episcopus subiecto sibi sacerdoti vel alio clerico nisi ab alio postulatus dimissoriam non faciat, ne ovis quasi perdita aut errans inveniatur; sed per consensum unius in alterius inveniatur ovili. Et ne falsae ut verae credantur et verae ut falsae suspicentur, universalis pontificis aut imperialis vel metropolitani bulla roborari oportet.[p]

19. Ut episcopi universique sacerdotes advocatos habeant. Quia episcopi universique sacerdotes ad solam laudem Dei bonorumque operum actionem constituuntur, debet ergo unusquisque eorum tam pro eclesiasticis quam propriis suis actionibus, excepto publico videlicet crimine, advocatum habere, non malae famae suspectum, sed bone opinionis et laudabilis artis inventum: ne, dum humana lucra attendunt, aeterna praemia perdant.

20. De his qui advocatos invenire nequeunt. Si enim fuerit quispiam sacerdotum inventus, qui advocatum in iudicium proferre non valeat, coram plebe propria suum episcopum eundem oportet discutere sacerdotem, si bonae an malae conversationis existat, aut cuius rei causa debite advocatum habere non possit; malus vero inventus pro qualitate culpae secundum canonum normam emendari curetur.

21. De monasterio vel oratorio quod a proprio domino soli aedificatum est. Monasterium vel oratorium canonice constructum a dominio constructoris invito non auferatur, liceatque illi id presbitero cui voluerit pro sacro officio illius dioceseos et bonae auctoritatis dimissoriae cum consensu episcopi, ne malus existat, commendare, ita ut ad placita et iuxta reverentiam ipsius episcopi oboedienter sacerdos recurrat.

22. De invasione quasi pro parte ecclesiae facta. Si quispiam invasor comprobatus dicat pro parte ecclesiae se egisse de privata sibi re pertinente, ab ipso suoque herede solvatur invasio. Sacerdos denique in tali culpa pauper inventus a proprio canonice iudicetur episcopo, ut non aeclesia sibi commissa damnum sustineat.

23. De senedochiis et aliis similibus locis. Per sollicitudinem episcopo-

o) etiam *cod. Guelf.* p) oportet *om. c.*

rum quorum dioceseos existunt ad easdem utilitates quibus constituta sunt ordinentur, ut debiti[q] panes atque cure[q] pertinentibus revertantur.[r]

24. De piis locis quae sine presbyteris existunt. Sunt quaedam pia loca, ut fertur, in diversis regionibus inventa, quae ita impia solitudine et sacerdotibus destituta, nulloque debito ibidem resonant nec existunt officia, ut, cum sint pro sola Dei laude constituta, divino attestante oraculo: 'domus mea domus orationis est,' nunc autem ut aliae domus utilitate secularium hominum sordidae inveniuntnr. Itaque si proprio iure eclesiae sint subiectae, episcopus ibidem sine intermissione presbiterum cum sufficiente suae utilitatis ope constituat. Et si secularium hominum sunt iure constituta, ab episcopo illius dioceseos admoneantur; et si admoniti presbiterum infra trium mensium spatium ibidem neglexerit constituere, curam exinde habens episcopus absque neglectu principi suggerat, quatenus eius emendetur sententia.

25. De ecclesiis destructis. Eclesiae et quaelibet pia loca destructa reiacentia promissae atque susceptae formatae constitutione proprio dispendio restaurentur; non sufficiente vero necessario a populo plebis auxilientur, qualiter Dei domus honorifice videantur existere.

26. Si episcopus a subiectis sacerdotibus eclesiarum donationes exigat. Nulli liceat episcoporum a subiecto sacerdote vel aliquolibet alio clerico et piis locis dationes ultra statuta patrum exigere aut superposita in angariis inferre; sed cum sit optimus prospector, ita prospiciat, ut universe sibi oves commisse a se maxime alantur atque in necessitatibus adiuventur, quam inlicitis exactis dationibus opprimantur.

27. Quales abbates sunt constituendi. Abbates etenim per coenobia, velut instanti tempore nuncupantur monasteria, tales constituantur qui sui vocabuli ministerium Deo[s] possint indubitanter supplere, ita docti, ut, quandoque fratrum neglegentia acciderit, omnino cognoscere possint et emendare; sacerdotalem quoque sint honorem adepti, ut peccantium sibi subiectorum fratrum valeant omnimodis neglecta[t] refrenare et amputare commissa, et ita observent, ut statuta regularum per omnia non inveniantur delinqui.

28. De monachis qui in solo habitu existunt et non in ea vita vivunt. Quamquam plura sint genera monachorum,[13] observanda videlicet[u] et alia omnimodis refutanda, tamen de his qui in solo habitu existunt diligenti cura debet unusquisque episcoporum in sua diocese decertare, ut qui religiositate conantur illudere boni pastoris studio coartentur, ut aut ad proprium de quo defuerunt revertantur monasterium aut prospectu[v] congruo[v] in aliud mittantur. Ut, qui semel se Deo voverunt et habitum monachorum ostenderunt vel[w] comas totonderunt,[w] regularem teneant vitam, uno scilicet, ut convenit, dormitorio ac refectorio dormientes atque existentes et ad similitudinem apostolorum omnia peragentes, quia 'nequisquam[14] quod habebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.'

29. De feminis sub religioso habitu existentibus. Feminae vero quae habitum religiosum aut velamen sub obtemptu religiositatis suscipiunt, cum essent viro potentes, deinceps viros sociari non permittantur, sed eligentes monasterium regulariter vivant aut in domibus susceptum habitum caste observent: contra autem turpes inventae providentia episcopi emendentur.

q) debitis curae *Mansi.* r) *ita Mansi;* vertant *c. Guelf.;* pertinentes ibi consistant *frgm. Mon.* s) digne *c.* t) neglecta *om. Mansi.* u) *deest cod. Guelf.* v) *ita Mansi;* perspectum congruum *c. Guelf.* w) vel c. tot. *om. c. Guelf.*

13) *Cfr. regula Bened. c.* 1. 14) *Acta apost.* 4, 32.

30. De negotiis et laborationibus die dominico non faciendis. Constat enim omnes omnino observare, ut die dominico nullas audeant operationes mercationesque peragere praeter in cibariis rebus pro iterantibus, ita ut libere possint ac debite in eo die secundum possibilitatem omnes ad aeclesiam currere et in sola omnipotentis Dei oratione vacare: ut qui christiano vocabulo nuncupantur convenienter opera peragere videantur.

31. De criminalibus causis et furtis ceterisque similibus die dominico inventis. Sunt quippe qui dominico die, in quo commissa facinora debent oratione abstergere, alia delectantur committere. Itaque quae aliis diebus committuntur, licentia[x] sit iudici auctorive eo die personam suspectam reatu infamatam[x] aut optima satisdatione[y] aut custodiis constituere, ut licitis diebus iudicetur.

32. De his qui sine ostenso crimine inviti monasterio sunt introducti. Sicut enim qui monasterium elegerunt a monasteriis egredi non permittuntur, ita hi qui inviti sine iustae ostensionis crimine monasterio sunt intromissi, nisi volentes non teneantur, quia quod non petunt non observant. Ideoque tales considerandi sunt maxime peccata committere quam plangere, sicut decreto sanctissimi Leonis papae manifestissime continetur.

33. Ut laici ad missas in presbiterio non consistant. Sacerdotum aliorumque clericorum ecclesiis servientium honores a laicorum discrete apparere conveniunt. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes vel reliqui clerici consistunt quod presbiterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere, ut libere ac honorifice possint sacrificia exercere.

34. De scolis reparandis pro studio litterarum. De quibusdam locis ad nos refertur, non magistros neque curam inveniri pro studio litterarum. Idcirco in universis episcopiis subiectisque plebibus et aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia adhibeatur, ut magistri et doctores constituantur, qui, studia litterarum liberaliumque artium habentes dogmata, assidue doceant, quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata.

35. De conviviis festis diebus non faciendis. Sunt quidam, et maxime mulieres, qui festis ac sacris diebus atque sanctorum nataliciis non pro eorum quibus debent delectantur desideriis advenire, sed balando[z] et verba turpia decantando, choros tenendo ac ducendo,[a] similitudinem paganorum peragendo, advenire procurant; tales enim, sicut[b] minoribus veniunt ad eclesiam, cum peccatis maioribus revertuntur. In tali enim facto debet unusquisque sacerdos diligentissime populum admonere, ut pro sola oratione his diebus ad eclesiam recurrant, quia ipsi qui talia agunt non solum se perdunt, sed etiam alios deperire[c] attendunt.

36. De his qui adhibitam sibi uxorem relinquunt et aliam sociant. Nulli liceat, excepta causa fornicationis, adhibitam uxorem relinquere et deinde aliam copulare; alioquin transgressorem priori convenit sociari coniugio. Sin autem vir et uxor divertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvatur.

37. Ut non liceat uno tempore duas habere uxores, uxoremve et concubinam. Nulli liceat uno tempore duas habere uxores, uxoremve et concubinam, quia cum domui non sit lucrum, animae fit detrimentum. Nam sicut Christus castam observat eclesiam, ita vir castum debet custodire coniugium.

38. De incestis et inutilibus coniunctionibus. Consobrinam, neptem,

x) *ita Mansi;* iudicis auctoritate terminentur. Eo die persona suspecta et reatu infamata *cod. Guelf.* y) satisfactione *cod. Guelf.* z) blando *c. Guelf.* a) docendo *c. Guelf.* b) si cum *Mansi.* c) deprimere *Mansi.*

novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit, nullus audeat in coniugio copulare. Si quis vero huic nefario coniugio convenerit et in eo permanserit, sciat se apostolica auctoritate anathematis vinculo esse innodatum, et nullus sacerdos illi tribuat communionem. Si vero conversus divisusque ab inlicita fuerit copulatione, dignae penitentiae submittatur, ut sacerdos loci consideraverit.

Eugenius gratia Dei episcopus sanctae catholicae atque apostolicae Romanae eclesiae huic decreto a nobis promulgato subscripsi.

---

181. INDICULUS EORUM QUI SACRAMENTUM FIDELITATIS IURAVERUNT.

Invenitur in codice S. Pauli in Karinthia sub fine capitularis Olonnensis supra pag. 329 *editi alia saeculi noni manu additum.*

Indiculum esse eorum qui iuraverint eius initium, italicum esse duo gastaldii nominati probant. Ad fidelitatis iuramentum regi praestitum hunc indiculum spectare, collegendum videtur e capitularis supra pag. 67 *editi capite quarto, quo legitur:* 'Et nomina vel numerum de ipsis qui iuraverunt ipsi missi in brebem secum adportant, et comites similiter de singulis centenis semoti.' *Indiculus a comite scriptus forsan videri potest, cum inter iurantes fere centum octoginta comes nullus nominetur. Saeculo nono indiculum esse confectum codicis Paulini aetas probare videtur; fortasse indiculus referendus est ad id quod in missorum quodam capite ao.* 828 *vel* 829 *dato statuitur (Pertzii capit. I. pag.* 354): 'Volumus ut missi nostri per totam legationem suam primo omnium inquirant, qui sint de liberis hominibus qui fidelitatem nobis nondum promissum habeant, et faciant illos eam promittere, sicut consuetudo semper fuit.'

(B. deest; P. I, 252.*)*

Ortgrimogastaldo iuravit.	Arderigo	Ando	Ervigo	Catervio
Petrus scavinus similiter.	Boso	item Pertefuso	Donesdei	Ausari
Andreas scavinus	Nordemanne	Giso	Allolldd	Tragulfo
Bruno	Aldo	*G*aurentius	Heldeprando	Roprande
Urso infante	Ardemanne	Arnigauso	Alluido	Ladini
Raginardo	Leo filio Andrei	Riperto	Teudelasio	item Catervio
Urso gastaldo	Ardemanno	Landefredo	Apolenare	Heldeberto
Grimoaldus	item alio Andrea	. . o [a]	item Andrea	Petrus
Audefredus	Landeperto notario	Gunfredo	Ladini	Andrea
Urso Ambrosio	Urso notario	*Ahi*stulfo	Mauro	Sax
Gauso	Pertefuso	Maringo	Petro	Tarro
item Aufredo	Ladini	Petro	Anso filius Andrei	Leomallo
Leo filius Walprandi	Sasprando	Adalluiso	Gaido	Petro
	Leo Bunia	Froimundo	Landari	Deusdedi
	Adalprand	Gausprando	Guntulo	Liupalde
		Roipert	Farago	Adalbaldo

a) *Nonnisi littera* o *legi potest; cum infra* item Britcio *legatur, hoc quoque loco Britcio legendum esse (ut Pertzius coniecit) maxime verisimile est.*

Landeperto	Leo	Walprando	Iohanne	Leoperto
Mamfredo	Alfard	Ragimbodo	Leoprando	Arduiso
Giselprando	Petrus	Dono	Petro	Urso
Rachiperto	Roselmi	Verbodo	Ansegiso	Iohanne
Gunteramno	Postfredo	Tachiprando	Tachiperte	Ficausto
Liuprande	Berterigo	Aderaldo	Lagiperto	Ansolo
Rago	Heldeberto	et Waningo	Graffilado	Allo
Pilicho	Rotchildo	Petrus	Petro	Ardeperto
item Ladini	Urso	Aripaldo	Almeprando	Ardeperto
Gisulfo	Gumprando	Garimaro. notario	Lampulo	Tagulo
Urso	Urso	Appo	Urso	Lanfred
Wippilo	et alio Urso	Gudiperto	Scelestino	Gumprand
Zaraldo	Stefanus	Adalo	Austrefuso	Cano
item Britcio	Urso	Walpulo	Hildulo	Hermulo
Hilpert	Urso de Cornitulo	Adelperto	Anseperto	Adini
Honorifico	Anso	Sindefredo	Petro	Liudefredo
Alprand	Adelmo	Peredeo	Raginaldo	Heriando
Anto	Teudo	Araualdus	Gauseprando	Iohanne.
Cristiano	Tasprand	Lanfredo	Heldeprando	
Andrea	Luciano	Petro	Adrolo	

---

182. HLUDOWICI CAPITULI LEGIBUS ADDENDI VERSIO FRANCICA.

Christophorus Browerus, societatis Iesu, in antiquitatibus et annalibus Trevirensibus primo anno 1626 *editis et quidem in proparasceves (exordii) capite decimo 'e Treverici templi primarii monumentis,' hoc est e manuscriptis bibliothecae cathedralis Trevirensis, Hludowici capituli cuiusdam versionem dialecto Treverica vel Mosellana scriptam edidit. Codex ille Trevirensis iam Baluzii aetate, sicut ipse in capitularium praefatione* §. 82 *refert apud Treviros non extitit neque postea usquam ad lucem prodiit, ut sola Broweriana editione documenti illius praeclarissimi notio nostra nitatur. Apud Browerum versio francica suprascripta est capitulo decimo octavo libri Ansegisiani quarti. Sed haud dubie ipsa confecta est secundum Hludowici Pii capitularis legibus addendi* 818. 819 *capitulum sextum, ut apparet comparata inscriptione capituli genuina cum ea quam Ansegisus finxit. Ansegisianae collectionis olim extitisse versionem antiquam germanicam, ut multi putaverunt, ex hoc igitur Broweriano capitulo minime coniici potest; et omnino dubium est, an haec unius capituli versio maioris operis aliquando fuerit pars.*

Pertzius hac de versione francica olim Iacobum Grimm consuluerat, qui non solum textum recensuit sed de linguae nostrae monumento antiquo pauca etiam scripsit, quae illustris viri pietas hodie etiam repetere iubet. Ait igitur Iacobus Grimm:

Dies kleine Sprachdenkmal mengt hoch- und niederdeutsche Formen. Hochdeutsch ist das Z *oder* C *in* ze, ce, gevlize, uzzene, wizzet, bezzera *(neben* that, *einmal* thaz); *das* T *in* bat, quetan, getan (*neben* due); *das* CH *in* sacha, -lich; *das* er *in* er, frier, siner.

Niederdeutsch das Th *in* that, then, thia, thuruch, werthan, samitha *neben* irvangida; *das* V *in* avo, geve, belive, have, leven, ervo, uviri, nevo, selvo; *das* H *in* himo, hin, *das fehlende* H *in* eraft — erhaft; *das* HT *in* ahter (postea) wizzetaht (legitimus) *neben* eraftlich (venerabilis); *das* G *in* thegein, nigein; *ferner ist* 5 *niederdeutsch* bit (cum) avo (si) athe (vel); *der Dativ Pluralis* wendiun, *welcher ahd.* wentim, wentin *lautet;* innene wendiun[1] *bedeutet eigentlich* intra parietes, uzzene wendiun[2] extra parietes, *und hier bloss* intra, extra.

Der Schreiber schwankt aber auch in anderen, vornan braucht er wizzed (lex) *weiblich, und hernach männlich* wirrut.

10 *Auffallend ist die zweimal im Genitiv und Dativ Sg. erscheinende Form* samanungun *statt* samanungu, *da* muzzungu *eben vorher geht und der Accusativ* irvangida, sundrunga *steht.*

Ich habe nur die offenbaren Unrichtigkeiten bei Brower geändert, palice *wagte ich nicht in* palince. *Das bedenkliche* avur avor *darf vielleicht genommen werden* 15 avur avo er (avo'r)?

Dreimal stand sachun sinu *für* sina, *und einmal das darauf bezügliche Pronomen* thiu sellan *für* thia, *ein andermal* sachun thie, *was ich gelassen habe. Ein Neutrum* sacha, *Plural* sachun *ist ganz unannehmbar. Freilich gewährt uns das Capitulare ein neutrales* 'thegein ursach,' ulla occasio, *was meines Wissens* 20 *sonst nicht vorkommt und zu beachten ist. Die Gen. Pl.* sachunu sineru, *eine sonst unerhörte Form, mögen stehen bleiben, weil sonst kein Gen. Pl. im ganzen Stück erscheint, der uns lehren könnte, ob der Ausgang* -a *oder* -o *war. Im letzten Fall könnte auch jenes* sachun sinu *genommen werden für* sino? *vergl.* gesunduruth *für* gesundorot. *Bei nochmaliger Erwägung finde ich es gerathen, alle* 25 *diese* u = o *stehen zu lassen; ich habe sie also im Text wieder aufgenommen. Freilich ist die Schreibung schlecht, und es wird dadurch die weibliche Flexion mit der neutralen vermengt; kein reines Denkmal könnte das vertragen. Aus* geaneruun in selves (heres illius) *liess sich nichts anderes machen, als* geanervo sin selves. *Brower hat am Rand* thes selves, *er hat noch andere Varianten am* 30 *Rande, sie scheinen von einem Andern in die Hs. eingetragen, und müssen bei dem diplomatischen Abdrucke mitgegeben werden.* iowelich *und* thuruch *im Anfange sind der, sonst auch vorkommenden Schreibung* -lihc, thuruhc *(denn* thuruhe *bei Brower ist falsch) vorgezogen. Umgekehrt hat Brower aus* eraftlich *gemacht* craftlich. *Ein seltner Ausdruck ist* ungevorsamitha (impedimentum) *ahd.* unga-35 fuorsamida; muzzunga *am Schluss mit der Bedeutung* immunitas *bleibt verdächtig, es heisst sonst* mutatio; *sollte der Uebersetzer* immunitas *mit* immutatio *verwechselt haben? Das Stück mag in lothringischtrierischer Gegend um den Schluss des neunten oder den Beginn des zehnten Jahrhunderts entsprungen sein.*

*Post Pertzium huius capituli versio edita est apud Müllenhoff et Scherer 'Denk-*40 *mäler deutscher Poesie und Prosa,' edit. secund. num. LXVI et pag.* 538. 539. — *Dedi infra Broweri editionem cum glossis in margine eius adscriptis, item recensionem a Iacobo Grimm paratam, sed interdum emendatam secundum Müllenhoff et Scherer.*

(B. deest; P. I, 261.*)*

Broweri editio.	Iacobi Grimm recensio.
45 *That ein iouuelihc man frier geuualt haue.*	Ut omnis homo liber potestatem habeat,
De homine libero, ut potestatem habeat,	*That ein iouuelich man frier geuualt haue,*
so vuar sose er vuilit sachun sinu cegeuene.	ubicumque voluerit res suas dare.
ubicunque voluerit, res suas dare.	*sovuar sose er vuilit, sachun sinu ce geuene.*

50 1) *inwendig.* 2) *auswendig.*

Souerse sachun sinu thuruhe salichedi selu si-
Siquis res suas pro salute animae
neru athe ce anderrn craftlicheru stat athe ge-
suae, vel aliquem venerabilem locum,
legenemo sinemo athe se vuemo andremo ver-
vel propinquo suo, vel cuilibet alteri
sellan vuilit inde cethemo cide inneneuuendiun
tradere voluerit; et eo tempore intra
theru selueru grasceffi vuisit in theru sachun
ipsum comitatum fuerit, in quo res illae
thie gesat sint; vuizetta thia sala cegedune
positae sint: legitimam traditionem facere
geulize That auo[a] *themo seluemo cide that er*
studeat. Quod si eodem tempore, quo
thui Sellan vuilit vzzeneuuendiun theru
illas tradere vult, extra eundem comi-
grasceffi vuissit that ist athe in here athe
tatum fuerit, id sive in exercitu, sive in
in palice athe in andern sumeuueliche-
palatio, sive in alio quolibet loco; ad-
ru stedi samantneme himo athe vane sinen-
hibeat sibi vel de suis pagensibus, vel
gelandun athe vane andern thie theru sel-
de aliis, qui eadem lege vivant, qua ipse
uern vuizzidi leuen[b] *theru er seluo leuitt ur-*
vivit, testes idoneos, vel si illos habere
cundum retliche, Auur auor thie hauan nin
non potuerit, tunc de aliis, quales ibi
mach thane vane andern so vueliche thar bez-
meliores inveniri possunt; et coram eis
zera vindan mugen vuerthan. Inde vora hin
rerum suarum traditionem faciat: et fi-
sachunu sineru salunga. gedue inde burigun
deiussores vestiturae donet, ei, qui
theru geuueri geue himo ther thia sala infahit
illam traditionem accipit, vestituram
geuueri gedue Inde ather thiu sala so ge-
faciat. Et postquam haec traditio ita
tan vuirthit geaneruun in Selues[c] *neieina*
facta fuerit, heres illius nullam de prae-
vonathen vora gequetanen sachun mugi ge-
dictis rebus valeat facere repetitionem.
duan iruangida Thara vviri inde seluo thu-
Insuper et ipse per se fideiussionem fa-
ruch sich burigun gedue theruselueru geuueri
ciat eiusdem vestiturae, ne heredi ulla
nio themo geaneruen thegein vrsach beliue
occasio remaneat hanc traditionem.

Si quis res suas pro salute animae
Souuerse sachun sinu thuruch salichedi selu
suae vel ad aliquem venerabilem locum vel
sineru athe ce anderru eraftlicheru stat athe
propinquo suo vel cuilibet alteri 5
gelegenemo sinemo athe seuuemo andremo
tradere voluerit et eo tempore in-
versellan vuilit inde ce themo cide inneneuuen-
tra ipsum comitatum fuerit in quo
diun theru selueru grasceffi vuisit, in theru 10
res illae positae sunt, legitimam traditionem
sachun thie gesat sint, vuizzetahtia sala ce-
facere studeat. Quod si eodem tempore
gedune geulize. That auo themo seluemo cide
quo illas tradere vult extra eundem 15
that er thiu sellan vuilit vzzeneuuendiun theru
comitatum fuerit i. l est sive in exercitu sive in
grasceffi vuisit, that ist athe in here athe in
palatio sive in alio quolibet loco
palice athe in anderu sumeuuelicheru stedi, 20
adhibeat sibi vel de suis pagensibus
samantneme himo athe vane sinen gelandun
vel de aliis qui eadem lege
athe vane andern thie theru selueru vuizzidi
vivant qua ipse vivit testes idoneos 25
leuen theru er selvo leuit vrcundun rehtliche;
vel si illos habere non potuerit, tunc de
auur auo thie hauan ni mach, thanne vane
aliis quales ibi meliores inveniri possint;
andern so vueliche thar bezzera vundan mugen 30
et coram eis rerum suarum traditionem
vuerthan; inde vora hin sachunu sineru salun-
faciat et fideiussores vestiturae donet ei qui
ga gedue inde burigun theru geuueri geue hi-
illam traditionem accipit vestituram faciat. Et 35
mo ther thia sala infahit geuueri gedue. Inde
postquam haec traditio ita facta fuerit, heres
ahter thiu sala so getan vuirthit, geaneruo sin
illius nullam de praedictis re-
selues neieina vona then vora gequetanen sa- 40
bus valeat facere repetitionem; insuper
chun mugi geduan iruangida. Thara uviri
et ipse per se fidemiussionem faciat
inde seluo thuruch sich burigun gedue theru
eiusdem vestiturae, ne heredi ulla occasio 45
selueru geuueri, nio themu geaneruen thegein
remaneat hanc traditionem immutandi, sed
vrsach beliue thia sala cebekerine, sunder mera

a) abo *glossa marginalis Broweri; item in notis sequentibus.* b) leuent. c) Thesselues.

thia sala cebekerine[d] *sunder mera not anali-*
immutandi; sed potius necessitas in-
ge[e] *thia thuruch cegefremine Inde auo noch*
cumbat illam perficiendi. Et, si non-
thanne sachun sinu bit geaneruun sinen gesun-
dum res suas cum coheredibus suis divi-
duruth nehauoda[f] *nesi himo that ceungeu vor*
sas habeat, non ei hoc sit impedimento.
Samithu[g] *sunder geaneruo siner auo er gerno*
sed coheres eius si sponte noluerit, aut
neuuilit athe turuchthen grauun, athe thu-
per comitem, aut per missum eius di-
ruch bodun sinin Bethungen vverthe that thia
stringatur, ut divisionem faciat cum il-
sundrunga bit themo[h] *due ce themo ther geendi-*
lo, ad quem defunctus hereditatem
do eruetha[i] *sina vuolda vollacaman*[k] *inde auo*
suam voluit pervenire; et si cuilibet
sumeuuelicheru samonungun thia sellan batga-
ecclesiae eam tradere rogavit, cohe-
neruo siner then vuizzut[l] *bit theru kirrichun*
res eius eam legem, cum illa ecclesia,
vona[m] *themo voragesprochenemo erue haue*
de praedicta hereditate habeat, quam
that bit andremogeaneruen sinemo hauan solda
cum alio coherede suo habere debe-
Inde thazbehaldanvuertheumbe thenvaderinde
bat. Et hoc observetur erga patrem, et
then sun inde then neuun vnce ceniarun vuizzet-
filium, et nepotem, usque ad annos
hallikhen ather[n] *thiu selue sachun ce theru muz-*
legitimos: postea ipsae res ad immu-
zungu theru selueru samunungun ergeuen.[o]
nitatem ipsius ecclesiae redeant.

potius necessitas incumbat illam perficiendi.
not ana lige thia thuruch cegefremine. Inde
Et si nondum res suas cum coheredibus
auo nochthanne sachun sinu bit geaneruun si-
suis divisas habeat, non sit ei hoc
nen gesunduruth ne hauoda, ne si himo that
impedimento; sed coheres eius,
ce ungevuorsamithu; sunder geanervo siner,
si sponte noluerit, aut per comitem
auo er gerno neuuilit, athe thuruch then grauun
aut per missum eius distringatur,
athe thuruch bodun sinen bethungen vuerthe,
ut divisionem cum illo faciat ad quem
that thia sundrunga bit themo due ce themo
defunctus hereditatem suam voluit pervenire.
ther geendido eruetha sina vuolda vollocuman.
Et si cuilibet ecclesiae eam
inde auo sumeuuelicheru samonungun thia
tradere rogavit, coheres eius eam legem cum
sellan bat, ganeruo siner then vuizzut bit theru
illa ecclesia de praedicta hereditate
kirichun vona themo voragesprochanemo erue
habeat, quam cum alio coherede suo habere
haue, that bit andremo geaneruen sinemo hauan
debebat. Et hoc observetur erga
solda. Inde thaz behaldan vuerthe vmbe then
patrem et filium et nepotem usque ad
vader inde then sun inde then neuun vnce cen
annos legitimos; postea ipsae res
iarun vuizzethahlikhen; ahter thiu selue sachun
ad immunitatem ipsius ecclesiae
ce theru muzzungu theru selueru samunungun
redeant.
ergeuen.

d) Cebeuuandelene. e) anaualle. f) nebaboda. neo. g) samidu. h) himo. i) eruida k) voloquoman. l) vuizcut. m) vane. n) ahter. o) vuitirigeuen.

XII.
ANSEGISI ABBATIS CAPITULARIUM COLLECTIO.

Capitularia regum Francorum non, ut apud Langobardos fuerat consuetudo, uno corpore vel volumine colligebantur sed singillatim potius cum archiepiscopis et episcopis, missis et comitibus tradebantur tum a cancellario in archivo palatii regii recondebantur. (Cfr. supra pag. 74, *c.* 3; *pag.* 138, *c.* 8; *pag.* 262, *c.* 7; *pag.* 307, *c.* 26.) *Exemplarium primatibus saecularibus et ecclesiasticis traditorum vel in archivis regiis servatorum ne unum quidem ad nos pervenisse videtur, ut codicum tantum scriptoribus, qui collegebant ea quorum habebant copiam vel quae alicuius momenti esse ipsis visa erant, debeamus capitularia quae in diversis libris manuscriptis diversa admodum ratione digesta hodie leguntur, et ut haud pauca omnino perierint. Omnium autem qui in regendis rebus mundanis et potissimum ecclesiasticis partes aliquas gerebant interesse debebat, ut regum capitularia uno libro collecta et certo ordine disposita praesto essent, et ita ordinata ab interitu vel oblivione etiam servarentur. Talem librum confecit vir qui in praefatione ab ipso collectore concepta* A n s e g i s u m a b b a t e m *se dicit et ipsam praefationem (si scilicet annorum notae ab initio positae rectae sunt) anno* 827 *ante diem* 28. *mensis Ianuarii se scripsisse affirmat.*

Ansegisum hunc Lobiensem fuisse abbatem Sigeberti Gemblacensis († 1112) *auctoritate, qui in chronico suo ad annum* 827 *(Mon. Germ. Scr. VI,* 338*) ita scribit:* 'Ansegisus abbas Lobiensis edicta imperatoris Karoli Magni et Ludovici filii eius ad aecclesiasticam legem pertinentia in duobus libellis digessit; item edicta eorundem ad mundanam legem pertinentia in duobus aeque libellis digessit,' *auctores complures contenderunt. Sed iam Baluzius recte adnimadvertit, Ansegisum omnino desiderari in abbatum Lobiensium catalogo, quem saeculo decimo Folcuinus Lobiensis abbas conscripsit. Adso contra abbas Luxoviensis* († 992) *in miraculis S. Waldeberti item Luxoviensis abbatis capite duodecimo Ansegisum* L u x o v i e n s e m *et deinde* F o n t a n e l l e n s e m *abbatem collectionis nostrae auctorem haud dubie indicat dicens de eo:* 'capitula siquidem regum Francorum quae diversis fuerant acta conciliis excepit (excerpsit?) et uno volumine contineri fecit.' *(Cfr. Mabillon acta sanct. ord. S. Bened. III*[b], *pag.* 457.) *Quem quidem maximis laudibus ornant eiusque merita praecipue in monasteria complura fuse celebrant gesta abbatum Fontanellensium capite decimo septimo (Mon. Germ. Scriptt. II. pag.* 293—300*), quorum auctoritate haec de* A n s e g i s i v i t a *notanda videntur.*

E nobili Francorum prosapia originem ducens patrem habuit Anastasium, matrem Himilradam. Geroaldo propinquo suo abbatis locum tenente (787 — 806) *monasterium*

Fontanellense accessit ibique tonsuram capitis accepit. Mox etiam ad coenobia regenda vocatus est; nam a Karolo rege ipsi commissa sunt coenobia duo, unum S. Sixti, prope muros Remenses positum et alterum in territorio Catalaunici castri situm. Quibus desertis anno 807 *monasterium Flaviacense in pago Bellovacensi situm precarii ac beneficii iure*
5 *a Karolo recepit eoque, quod vetustate fere consumptum erat, eleganter restaurato exactor operum regalium in Aquisgrani palatio regio sub Einhardo abbate ab imperatore constitutus est. Uti antea in monasterio Flaviacensi sagacissimum in rei rusticae praeceptis se exhibuerat, ita palatinum quoque officium nobilissime administravit atque in cunctis operibus prudentem se praestitit. Plurimis etiam legationibus Karoli iussu strenuissime*
10 *functus est. Nec minus Ansegisum Hludowicus imperator honoravit, qui anno* 817 *Luxovium, monasterium in dioecesi Vesontina situm, ipsi beneficii iure contulit, anno vero* 823 *mense Aprili Fontanellensis (S. Wandrille in dioecesi Rotomagensi) monasterii ab Einhardo abbate ultro eo anno derelicti abbatem eum constituit. Quod tam solerti studio summaque industria nobilitavit, ut novus Wandregisilus (coenobii olim conditor)*
15 *in abbatum gestis illis dicatur: aedificia monasterii vel noviter construxit vel maiori elegantia reparavit, clerum auxit, vitam regularem secundum S. Benedicti normam reformavit. Sed Hludowici etiam iussu legationibus functus est: ita anno* 820 *cum Heitone Basileensi episcopo et Geraldo comite in Spoletum missus apparet (Regesto di Farfa II,* 204. *num.* 265*), et Fontanellensis scriptor eam legationem memoria maxime dignam commemorat, quae*
20 *Hludowici tempore partibus marcae Hispanicae adversus Gautselinum custodem limitis illius celebrata est. Postquam per plus quam decem annos monasterii regimen tenuit, subitam mortem occubuit die* 20. *mensis Iulii anno* 833 *eodemque die extra basilicam S. Petri in porticu, in qua fratres conventus facere solebant, tumulatus est. Maximis laudibus tam vitam quam ingenium et fidem eius praedicat Fontanellensis auctor, eleemo-*
25 *synas et dona plurima tam Luxoviensi et Fontanellensi quam aliis etiam multis monasteriis data enumerat, librorum etiam copiam monasteriis traditorum recenset, inter quos libri quidem canonum non autem regum Francorum capitularia nominantur. Attamen hunc celebrem Fontanellensem abbatem esse Ansegisum abbatem qui capitularia collegerit, pro certo habendum videtur, et hac tantum collectoris auctoritate ductum Hludowicum*
30 *imperatorem iam inde ab anno* 829 *capitularium collectionem tamquam suam et authenticam allegare cognoscimus.*

Ansegisi c o n s i l i u m *quo capitula collegerit, his praefationis verbis emanat: 'Quia in diversis sparsim scripta membranulis per diversorum spatia temporum fuerant, ne oblivioni traderentur, pro dilectione nimia gloriosissimorum principum et pro amore*
35 *sanctissimae prolis eorum, sed et pro sanctae ecclesiae statu placuit mihi in hoc libello adunare quae invenire potui capitula praedictorum principum iussu descripta.' C a p i t u l a r i a autem quae in hoc libro recensuit haec sunt:*

1) *Admonitio generalis* 789, *omissis capp.* 39. 60.
40 2) *Capitulare legibus additum* 803.
3) *Capitulare missorum* 803, *omissis capp.* 14. 18. 19.
4) *Capitulare legi Ribuariae additum* 803, *capp.* 5—7, *omissis igitur c.* 1—4. 8—12.
5) *et* 6) *Duplex capitulare missorum in Theodonis villa datum* 805 *exeunte.*
7) *Capitulare missorum Niumagae datum* 806 *m. Martio, omissis c.* 2. 10.
45 8) *Capitula excerpta de canone* 806 *vel post? omisso c.* 2.
9) *Capitulare Aquisgranense* 809.
10) *Capitulare missorum Aquisgranense primum* 809, *c.* 1—9, *omissis igitur c.* 10—29.
11) *Capitulare missorum Aquisgranense secundum* 809, *c.* 10. 12, *omissis igitur c.* 1—9. 13.
12) *Capitulare missorum Aquisgranense primum* 810.
13) *Capitula per missos cognita facienda* 803—813, *c.* 1—4, *omissis c.* 5. 6.

15) *Capitulare Bononiense* 811. *Octbr.*
16) *Capitulare de iustitiis faciendis* 811—813.
17) *Capitula ecclesiastica* 810 - 813 ?

---

18) *Capitula legi addita* 816. *Novembri, omisso cap.* 1.
19) *Capitulare ecclesiasticum* 818. 819.
20) *Capitula legibus addenda* 818. 819.
21) *Capitula per se scribenda* 818. 819.
22) *Capitulare missorum* 819.
23) *Capitula missorum* 821.
24) *Admonitio ad omnes regni ordines* 823—825.
25) *Commemoratio missis data* 825.
26) *Legationis capitulum* 826.
27) *Capitula e lege Romana excerpta* 826?
28) *Capitula e conciliis excerpta* 826?
29) *Responsa missis data* 826.

Nonnulla quidem capitularia solus Ansegisus nobis tradidit, illa scilicet, quae numeris 14. 23. 25—29 *supra indicata sunt; sed eorum omnium, quae codices manu scripti ad nostram usque aetatem servaverunt, perpauca tantum in libro suo recepit: septemdecim Karolina, maiorem sane partem, duodecim scilicet, eorum quae a Hludowico constituta sunt. Quod quidem mirabile est: nam in hoc libello, ut in praefatione ait,* 'adunare voluit, quae invenire potuit capitula,' *et tamen vir in rebus ecclesiasticis et mundanis regendis multum versatus, tam Karolo quam Hludowico aequalis atque acceptus perpauca tantum ipsorum capitula* 'invenire potuit!' *Et admodum fortuita capitularium copia in manus Ansegisi incidisse videtur, cum multa recepta videamus, quibus vix aliquid momenti vel vis perpetua inerat, alia vero desiderentur multo praestantiora, exempli gratia capitula Karoli anno* 779 *Haristalli data, quae in plurimis codicibus traduntur et capitularis italici saeculo decimo et undecimo collecti praecipuam efficiunt partem. Nec* 'diversae membranulae,' *quibus* 'sparsim scripta per diversorum spatia temporum fuerant capitularia' *authentica capitularia continuisse videntur, cum saepe capita aliquot omissa sint, nonnulla etiam depravata appareant. De fide autem capitularium ab Ansegiso collectorum non ut apud Benedictum continuatorem dubitandum esse censeo: capitula etiam supra numeris* 27. 28. *numerata non ab ipso Ansegiso e lege Romana et e canonibus excerpta sed Hludowici auctoritate ante promulgata praefatione Ansegisi respecta crediderim.*

Qua ratione Ansegisus capitularia ordinaverit in prooemii fine exponit, dicens se Karoli capitula ecclesiastica in primo libro, Hludowici et Hlotharii ecclesiastica in secundo adunasse, Karoli capitula ad mundanam legem pertinentia in tertio, Hludowici et Hlotharii denique mundana capitula in quarto se congessisse. Tres appendices in plurimis codicibus additae in universae collectionis praefatione non quidem commemorantur, tamen et ipsae Ansegisi sunt: prima Karoli capitula ecclesiastica, secunda eiusdem mundana continet, tertia Hludowici et Hlotharii capitula paucis fortasse mensibus ante collectionem Ansegisi finitam data. Appendices omnes praesertim missorum capitula exhibent, quae, ut recte Ansegisus dicit, 'quasi memoriae causa scripta sunt et non videntur plenum explere sensum,' *cum verbis singularibus imperatorum praecepta in missorum in provincias directorum memoriam hic revocantur; supplentur autem in appendicibus etiam singula capitula plene scripta, quae in quatuor libris ante omissa erant.*

Tabulae duae iam sequentes ostendant, quomodo capitula ab Ansegiso recepta in libris quatuor et appendicibus digesta sint et quomodo capitum ordo ab Ansegiso institutus congruat cum capitularibus genuinis.

Tabula prima.

Capitularia genuina.	*Ansegisi libri.*
Admonitio generalis 789. *pag* 53.	
Praefatio. c. 1—38.	*I, praef.* c. 1—38.
c. 40—50.	*I,* c. 39—49.
c. 51.	*I,* c. 51.
c. 52.	*App. I,* c. 33.
c. 53.	*I,* c. 50.
c. 54—59.	*I,* c. 52—57.
c. 61—65.	*I,* c. 58—62.
c. 66.	*I,* c. 63. 64.
c. 67.	*III,* c 89.
c. 68.	*App. II,* c. 38.
c. 69—73.	*I,* c 65—69.
c. 74.	*III,* c. 90.
c. 75—78.	*I,* c. 70—73.
c. 79.	*App I,* c. 34.
c. 80—82.	*I,* c. 74—76.
Capitulare legibus additum 803. *pag.* 113.	
c. 1. 2.	*III,* 25. 26.
c. 3.	*I,* 134.
c. 4.	*III,* 27.
c. 5.	*App. II,* 3.
c. 6.	*I,* 135.
c. 7—11.	*III,* 28—32.
Capitulare missorum 803. *p.* 115.	
c. 1.	*App. I,* 28.
c. 2.	*I,* 136.
c. 3—5.	*III,* 33—35.
c. 6—9.	*App. II,* 4—7.
c. 10. 11.	*III,* 36. 37.
c. 12.	*I,* 137.
c. 13.	*App. II,* 8.
c. 15.	*III,* 38.
c. 16.	*I,* 138.
c. 17.	*III,* 39.
c. 20—22.	*III,* 40—42.
c. 23. 24.	*App. II,* 13. 14
c. 25—28.	*App. II,* 9—12.
c. 29.	*App. II,* 15.
Capitulare legi Ribuariae additum 803. *p.* 117.	
c. 5—7.	*III,* 44—46.
Capitulare missorum in Theodonis villa datum I. 805. *p.* 121.	
c. 1. 2.	*App. I,* 1. 2.
c. 3.	*I,* 105.
c. 4—10.	*App. I,* 3—9.
c. 11—16.	*I,* 106—111.
Capitulare missorum in Theodonis villa datum II. 805 *p* 122.	
c. 1—3.	*III,* 1—3.
c. 4.	*I,* 112.

Capitularia genuina.	*Ansegisi libri.*
c. 5—10.	*III,* 4—9.
c. 11.	*III,* 10. *App. II,* 16.
c. 12. 13.	*III,* 11. 12.
c. 14—16.	*I,* 113—115.
c. 17.	*App. I,* 10.
c. 18—20.	*III,* 13—15.
c. 21.	*App. II,* 1.
c. 22.	*III,* 16.
Capitulare missorum Niumagae datum 806. *p.* 131.	
c. 1.	*III,* 17.
c. 3. 4.	*I,* 116. 117.
c. 5—8.	*III,* 18—21.
c. 9. 11—18.	*I,* 118—126.
Capitula excerpta de canone 806 *vel post? p.* 133.	
c. 1. 3—5.	*I,* 127—130.
c. 6—9.	*App. I,* 11—14.
c. 10.	*I,* 131.
c. 11—14.	*App. I,* 15—18.
c. 15.	*App. I,* 19. 20.
c. 16—22.	*App. I,* 21—27.
c. 23 *cum canone Sylvestris.*	*I,* 132. 133.
Capitulare Aquisgranense 809. *p.* 148.	
c. 1—7.	*III,* 47—53.
c. 8.	*I,* 139.
c. 9—11.	*III,* 54—56.
c. 12.	*App. II,* 17.
c. 13. 14.	*III,* 57. 58.
Capitulare missorum Aquisgranense primum 809. *p.* 150.	
c. 1.	*App. I,* 29.
c. 2.	*App. II,* 18.
c. 4.	*App. I,* 35.
c. 5—9.	*App. II,* 19—23.
Capitulare missorum Aquisgranense alterum 809. *p.* 152.	
c. 10—12.	*App. II,* 24 26.
Capitulare missorum Aquisgranense primum 810. *p.* 153.	
c. 1. 2.	*III,* 59.
c. 3. 4.	*App. II,* 27. 28.
c. 5—8.	*I,* 159—162.
c. 9. 11. 10.	*III,* 60—62.
c. 12—16.	*App. II,* 29—33.
c. 17.	*III,* 63.
c. 18—20.	*App. I,* 31. 32.

Capitularia genuina.	*Ansegisi libri.*
Capitula per missos cognita facienda. 803—813. *p.* 156.	
c. 1—3.	*III,* 22—24.
c. 4.	*App. II,* 2.
Capitula Karoli apud Ansegisum servata 810.811? *p.* 160.	
c. 1—4.	*III,* 64—66.
c. 5. 6.	*App. II,* 34 35.
Capitulare Bononiense 811. *p.* 166.	
c. 1—8. 10.	*III,* 67—75.
c. 9. 11.	*App. II,* 36. 37.
Capitulare de iustitiis faciendis 811—813. *p.* 176.	
c. 1—13.	*III,* 76—88.
Capitula ecclesiastica 810—813. *p.* 178.	
c. 1—19.	*I,* 140—158.
c. 20.	*App. I,* 30.
Capitula legi addita 816 *Novembri. p.* 267.	
c. 2—5.	*IV,* 71—74.
Capitulare ecclesiasticum 818. 819. *p.* 275.	
c. 1—29.	*I,* 77—104.
Capitula legibus addenda 818. 819. *p.* 281.	
c 1—21.	*IV,* 13—33.

Capitularia genuina.	*Ansegisi libri.*
Capitula per se scribenda 818. 819. *p.* 287.	
c. 1—8.	*IV,* 34—41.
Capitulare missorum 819. *pag.* 289.	
c 1—29.	*IV,* 42—70.
Capitulare missorum 821. *p.* 300.	
c. 1—12.	*IV,* 1—12.
Admonitio ad omnes regni ordines 823—825. *p.* 303.	
c. 1—26.	*II,* 1—24.
Commemoratio missis data 825. *p.* 308	
c. 1—3.	*II,* 25—27.
Legationis capitulum 826. *p.* 309	
c. *unicum.*	*II,* 28
Capitula e lege Romana excerpta. 826? *p.* 310.	
c. 1. 2.	*II,* 29. 30.
Capitula e conciliis excerpta. 826? *p.* 312.	
c. 1—16.	*II,* 31—46.
Responsa missis data. 826. *p.* 314.	
c. 1—10.	*App. III.*

Tabula secunda.

Ansegisi Liber I.	*Capitularia genuina.*
Prolog.—c. 38.	789. *Admonitio generalis prol.*— c. 38. *p.* 53.
c. 39—49.	„ „ „ c. 40—50.
c. 50. 51.	„ „ „ c. 53. 51.
c. 52—57.	„ „ „ c. 54—59.
c. 58—62.	„ „ „ c. 61—65.
c. 63. 64.	„ „ „ c. 66.
c. 65—69.	„ „ „ c. 69—73.
c. 70—73.	„ „ „ c. 75—78.
c. 74—76.	„ „ „ c. 80—82.
c. 77—104.	818. 819. *Capitulare ecclesiasticum* c. 1—29. *p.* 275.
c. 105—111.	805. *Cap. miss. Theodonisvill. I.* c. 3 11—16. *p.* 121.
c. 112—115.	805. *Cap. missor. Theeodonisvill. II.* c. 4. 14—16. *p.* 122.
c. 116—126.	806. *Cap. missor. Niumag.* c. 3. 4. 9. 11—18. *p.* 131.
c. 127—133.	806? *Cap. excerpta de canone* c. 1. 3—5. 10. 23 *cum app. p.* 133.
c. 134. 135.	803. *Capit. legib. add.* c. 3. 6. *p.* 113.
c. 136—138.	803. *Capit. miss.* c. 2. 12.16. *p.* 115.
c. 139.	809. *Capit. Aquisgran.* c. 8. *p.* 149.
c. 140—158.	810—813? *Capitula ecclesiastica* c. 1—19. *p.* 178.

Ansegisi Liber I.	*Capitularia genuina.*
c. 159—162.	810. *Capit. miss. Aquisgr. I.* c. 5—8. *p.* 153.
Liber II.	
c. 1—24.	823—825. *Admonitio ad omnes regni ordines* c. 1—26. *pag.* 303.
c. 25—27.	825. *Commemoratio missis data.* c. 1—3. *p.* 308.
c. 28.	826. *Legationis capitulum. p.* 309.
c. 29. 30.	826. *Capp. e lege Romana exc.* 1. 2. *p.* 310.
c. 31—46.	826. *Capp. e conciliis excerpta* 1—16. *p.* 311.
Liber III.	
c. 1—16.	805. *Capp. miss. Theodonisvill. II,* 1—3. 5—13. 18—20. 22. *p.* 122.
c. 17—21.	806. *Cap. missor. Niumag.* c. 1. 5—8. *p.* 131.
c. 22—24.	803—813. *Capp. per missos cogn. fac.* c. 1—3. *p.* 156.
c. 25—32.	803. *Capitulare legibus additum.* c. 1. 2. 4. 7—11. *p.* 113.
c. 33—42.	803. *Cap. missorum.* c. 3—5. 10. 11. 15. 17. 20—22. *p.* 115.
c. 43.	? *Capitulum incertae originis. p.* 215. c. 7.

Ansegisi Liber III.	*Capitularia genuina.*
c. 44—46.	803. *Cap. legi Ribuar. add.* c. 5—7. p. 117.
c. 47—58.	809. *Capit. Aquisgran.* c. 1—7. 9—11. 13. 14. p. 148.
c. 59—63.	810. *Capit. missor. Aquisgr. I.* c. 1. 2. 9. 11. 10. 17. p. 153.
c. 64—66.	810. 811? *Capit. apud Anseg. servata* c. 1—4. p. 160.
c. 67—75.	811. *Capit. Bononiense.* c. 1—8. 10. p. 166.
c. 76—88.	811—813. *Cap. de iustitiis faciendis.* c. 1—13. p. 176.
c. 89. 90.	789. *Admonitio generalis.* c. 67. 74. p. 53.
Liber IV.	
c. 1—12.	821. *Capit. missorum* c. 1—12. p. 300.
c. 13—33.	818. 819. *Capitula legib. addenda.* c. 1—21. p. 281.
c. 34—41.	818. 819. *Capit. per se scrib.* c. 1—8. p. 287.
c. 42—70.	819. *Capitulare missorum.* c. 1—29. p. 289.
c. 71—74.	816. *Capit. legi addita.* c. 2—5. p. 267.
Appendix I.	
c. 1—9.	805. *Cap. miss. Theod. I.* c. 1. 2. 4—10. p. 121.
c. 10.	805. *Capp. miss. Theodon. II.* c. 17. p. 122.
c. 11—27.	806? *Cap. excerpt. de can.* c. 6—9. 11—22. p. 133.
c. 28.	803. *Capitulare missorum* c. 1. p. 115.
c. 29.	809. *Capit. miss. Aquisgr. I,* c. 1. p. 150.

Ansegisi Appendix I.	*Capitularia genuina.*
c. 30.	810—813. *Capit. ecclesiastica* c. 20. p. 178.
c. 31. 32.	810. *Cap. miss. Aquisgr. I.* c. 18—20. p. 153.
c. 33. 34.	789. *Admonitio generalis.* c. 52. 79. p. 53.
c. 35.	809. *Cap. miss. Aquisgran. I,* c 4. p. 150.
Appendix II.	
c. 1,	805. *Cap. miss. Theodonisv. II.* c. 21. p. 122.
c. 2.	803—813. *Cap. per missos cogn. fac.* c. 4. p. 156.
c. 3.	803. *Capp. legib. add.* c. 5. p. 113.
c. 4—15.	803. *Capit. missor.* c. 6—9. 13. 25—28. 23. 24. 29. p. 115.
c. 16.	805. *Cap. miss. Theod. II.* c. 11. p. 122.
c. 17.	809. *Capit. Aquisgran.* c. 12. p. 148.
c. 18—23.	809. *Capit. Aquisgran. miss. I.* c. 2. 5—9. p. 150.
c. 24—26.	809. *Cap. Aquisgr. miss. II.* c. 10—12. p. 152.
c. 27—33.	810. *Capit. Aquisgr. miss. I.* c. 3. 4. 12—16. p. 153.
c. 34. 35.	810. 811? *Capit. apud. Anseg. serv.* c. 5. 6. p. 160.
c. 36. 37.	811. *Capit. Bononiense* c. 9. 11. p. 167.
c. 38.	789. *Admonitio generalis* c. 68. p. 53.
Appendix III.	
c. 1—10.	826. *Responsa missis data* c. 1—10. p. 314.

Ansegisus Karoli capitula libris primo et tertio, Hludowici secundo et quarto recensere voluit. Sed de uno capitulare haud dubie erravit: nam libro primo inter Karolina post admonitionem generalem anni 789 *capitulis* 77—104 *recepit universum capitulare ecclesiasticum quod, uti pro certissimo habendum est (supra pag.* 266. 275 *seqq.), Hludowicus anno* 818 *vel* 819 *edidit. Huius Ansegisi errore ducti primo Hincmarus archiepiscopus, deinde codicis cuiusdam antiqui auctor, postea Sirmondus, Baluzius, Cointius et praeter alios recentiores Roth in libro suo 'Feudalität und Unterthanenverband' pag.* 107—113 *haec Hludowici capitula vel partem eius Karolo Magno adscripserunt, de anno sane quo ab ipso edita sint discrepantes. Primo Hincmarus in epistola synodi Carisiacensis ad Hludowicum regem anno* 858 *data (Hincmari opera edid. Sirmond II, pag.* 126*) et ab Hincmaro concepta (l. c. II,* 145*) capite septimo de rebus ecclesiae non dividendis ita dicit:* 'unde et domnus Karolus imperator, adhuc in regio nomine constitutus, edictum fecit, ut neque ipse nec filii eius neque successores huiusmodi rem agere adtentarent' *(Anseg, I,* 77: neque nostris neque filiorum et successorum nostrorum temporibus nullam penitus iacturam patiatur'). *Pluribus etiam idem Hincmarus in tractatu suo anno fere*

881 *scripto et inscripto* 'Quae exequi debebat episcopus' *(Hincmari opp. ed. Sirm. II,* 762) *de capitulis illis haec refert:* 'Denique duo capitula quae sequuntur ex edicto assumpta sunt ab Ansegiso abbate, capitulorum imperalium ex diversis synodis et placitis collectore; causa brevitatis in primo libro capitulorum LXXVII. et LXXVIII. de non dividendis rebus ecclesiasticis et episcoporum electione ex suprascriptis excerpta in praefato 5 libro inveniuntur. Quod edictum ex integro domnus Karolus magnus imperator cum interrogatione de chorepiscopis per Arnonem archiepiscopum (785—821) ad Leonem papam *(inde a die* 27 *m. Decembris* 795) direxit et ad eius consultum aliud edictum de non dividendis rebus ecclesiasticis et de episcoporum causis edidit et apostolicae sedis atque auctoritate sua confirmavit et per omnes metropolitanas ecclesias imperii sui per- 10 petuo servanda direxit. Memorata itaque capitula ita se habent.' *Iam sequuntur capitula duo Anseg. I,* 77 *et* 78, *post quae Hincmarus pergit:* 'Et in eodem edicto unde haec fuerunt adsumpta, subsequitur "Praecipimus etiam omnibus ditioni nostrae subiectis, ut nullus privilegia ecclesiarum, monasteriorum aut ecclesias diripere pertentet, quia, sicut a sanctis patribus instructi sumus, gravissimum peccatum hoc esse dinoscitur" et cetera 15 quae sequuntur.' *Aliis etiam Hincmari operum locis capitulum Ans. I,* 77 *tamquam Karoli Magni laudatur, et eidem capiti in duobus Ansegisi codicibus in margine addita est nota haec:* 'Tempore Adriani papae et Karoli magni imperatoris, quando Paulinus episcopus tenuit vices apostolicae sedis in Aquis fuit factum istud capitulum propter hoc quia laici homines volebant dividere episcopia et monasteria ad illorum opus et non 20 remansisset ulli episcopo nec abbati nec abbatissae nisi tantum ut (ut velut *ex correctura in uno codice)* canonici et monachi viverent.' *Haec scilicet nota paullulo recentiori manu addita est in margine cod. saec. X. Par.* 10758. *pag.* 163, *et eadem qua capitum textus scriptus est in codice item saeculi decimi sed recentiori ut videtur, Paris.* 4628 A.

Hac codicum nota et antedictis Hincmari verbis ductus Baluzius (cfr. Bal. capit. II, 25 1058), *Karoli quoddam capitulare ex Ansegisi et Benedicti libro confinxit tomo primo pag.* 379—384 *editum. Pro huius capitularis partibus constituit Ansegisi capp. I,* 77 *et* 78, *deinde Ben. Lev. II,* 426, *cuius initium Hincmarus tamquam edicti partem allegat, postea ea Benedicti Levitae capitula (III,* 260. 423. 424) *quae de chorepiscopis agunt, addens postremo capitulum Ben. Lev. I,* 36 *cui* 'Ex capitulis domni Karoli' *apud Benedictum* 30 *inscriptum est. Hoc edictum Karolo tributum Baluzius adscripsit synodo Aquisgranensi anno* 803 *habitae, quamvis anno illo neque Adrianus* († 25. *Decbr.* 795) *neque Paulinus patriarcha* († 11. *Ianuar.* 802) *viverent in nota illa a Baluzio respecta nominati. Paulus Roth contra pro Karolini edicti deperditi reliquiis constituit capitula Ansegisi I,* 77 *et* 78, *et verba apud Hincmarum e Benedicto Levita II,* 426 *excerpta idque edictum synodo* 35 *Franconofurtensi anni* 794 *adscripsit, cui Paulinus quidem testibus annalibus Laureshamensibus interfuit sed non tamquam apostolicae sedis vices tenens, cum papae legati potius Theophylactus et Stephanus synodo illi interessent. (Cfr. supra pag.* 73 *not.* 1 *et synodi illius capitula, quae ab iis quae Rothius cum Hincmaro pro edicti partibus habuit omnino aliena sunt.)* 40

Etiamsi Baluzii vel Rothii sententiae cum aliis ego quoque antea adstipulatus sum (Mon. Germ. Leges IV, pag. LXVI, not. 93), *tamen hodie eo inclino, ut Hincmaro et notae in margine quorundam codicum scriptae fidem hac de re denegem. Hincmarus non aliis de fontibus in constituendo illo Karoli edicto hausit nisi de Ansegisi et Benedicti collectionibus: capita apud Ansegisum I,* 77 *et* 78 *pro Karolinis habuit, quia inter* 45 *Karolina ab Ansegiso posita erant et eo libentius ea Karolo tribuit, quo praecepta, quae iis insunt et rebus ecclesiastibus admodum sunt utilia, maiori atque antiquiori Karoli magni auctoritate muniri Hincmari multum interesse oportuit. Quod tamquam subsequens Karolini edicti capitulum Hincmarus allegat desumtum est e Benedicti levitae capite II,* 426, *et quod de Leone papa per Arnonem archiepiscopum de chorepiscopis interrogato* 50 *dicit ex eiusdem capite III,* 260 *hausit, ubi legitur:* 'Quapropter Arnonem archiepiscopum

ad Leonem Apostolicum misimus, ut inter cetera quae ferebat etiam eum ex hoc (de chorepiscopis scilicet) interrogaret; ut quicquid super his definiendum esset, apostolica auctoritate a nostris episcopis regulariter sopiretur.' *Ita Hincmarum edicti Karolini testem producere non licet, potius pro suo more archiepiscopus Remensis finxit quae* 5 *ecclesiae utilia sibi videbantur. Nec magis nota illa ab anonymo in duobus codicibus saeculo decimo scripta Ansegisi capita I, 77 et 78 Karoli aetate edita esse probare potest, praesertim cum ea quae in ipsa continentur partim falsa sint: fortasse is qui notam concepit ipsius Hincmari auctoritatem secutus est, qui in epistola ad Carolum calvum data vicesima nona item Paulinum capiti I, 77 oriundo interfuisse dicit. Ansegisus haud* 10 *dubie erravit, cum capita a Hludowico data Karolinis in libro primo c.* 77 – 104 *insereret, neque affirmari potest, capita I,* 77. 78 *primo a Karolo edita, deinde anno* 818 *denuo a Hludowico cum aliis novis promulgata esse. Ita iam Sirmondus iudicavit et novissime bene et accurate exposuit Mühlbacher in* '*Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung*' *tomo primo* (1880) *pag.* 608 – 614, *quocum viro rerum* 15 *illius aetatis peritissimo in omnibus fere consentio.*

Neque talis error sane gravis nimis discrepat ab universa Ansegisiani operis indole, quod in aliis etiam parum diligenter conceptum est. In singulis libris vel appendicibus ordinandis Ansegisum ordinem chronologicum, ut breviter dicam, esse secutum, eum qui tabulam secundam supra propositam respiciet vix fugiet. Sed plus semel hic 20 *ordo turbatus est. Sic in libro quarto et in duabus appendicibus sub fine capitula supplentur quae antea a collectore omissa sunt. Capitula anno* 803 *data constanter in duobus libris et duabus appendicibus postponuntur capitulis* 805 *et* 806 *in Theodonisvilla et Niumagae editis. In libro quarto capitularibus magnis anno* 818 *vel* 819 *datis capitula haud dubie posteriora antecedunt et subiunguntur capitula anteriora, anno scilicet* 816 25 *data. Sed haec ultima capitula fortasse libro iam absoluto postea subnexa sunt, nam desunt in compluribus codicibus tam in contextu quam in indice. Erravit etiam auctor, cum in appendice altera numero decimo sexto capitulum reciperet quod antea libro III. c.* 10 *iam recensuerat; caput I,* 158 *idem fere edicit quod in capite II,* 33 *continetur; capita IV,* 73. 74 *(fortasse sane suppleta) plerumque concordant cum eiusdem libri capi-* 30 *tibus* 24. 23. *Admodum neglegenter Ansegisus transscripsit capita* 7. 8 *capitularis ecclesiastici supra pag.* 277 *editi: nam hoc utrumque in unum coniunxit (I,* 83*), omisso scilicet fine capitis septimi et initio capitis octavi, qui error propter homoioteleuton* 'facere temptaverit' *collectionem irrepsit. Mirum etiam videtur, quod inter ecclesiastica duo capitula legimus de bibendo et de ebrietate (I,* 138 *et* 161*) et alia magis mundana quam* 35 *ecclesiastica. Admonitionis (supra pag.* 55*) capita* 18 *et* 22 *perverse ab Ansegiso (I,* 21*) coniunguntur et capiti* 21 *subiunguntur, quo factum est ut verba* 'in eodem concilio' *(I,* 21*) iam incommoda sint. Non raro falsas lectiones secutus textum Ansegisus corrupit: ita in I,* 59 ('et ut est'), *I,* 61 ('unusquisque vestrum'), *I,* 68 ('observent eorum' 'propositum'), *I,* 76 ('se resurrectionem mortuorum accepturos'), *I,* 81 ('bonorum' *loco* 40 'honor'), *I,* 101. 118. 132, *III,* 10. 60. 74 *et aliis etiam locis. Consilio autem textum genuinum mutare vix vel raro saltem voluit: immo allocutiones et temporum notas recepit, etiamsi in antiquiorum praeceptorum posteriori collectione ipsae vix locum tenere debebant; cfr. I,* 73 'transacto anno,' *IV.* 68 'anno praesente,' *I,* 68. 71. 76 'vestram almitatem,' 'a vobis' sanctissimi patres' *et similiter saepe. In admonitione autem gene-* 45 *rali anno* 789 *facta (libro I,* 1 – 59*) allocutiones* '*Omnibus*' '*Clero*' *et reliquas consilio omisisse videtur. Saepe ubi mutatum quid videtur, Ansegisus fortasse codices hodie deperditos secutus est. Codices hodie servatos, qui omnes fere Ansegisi aetate recentiores sunt, in collegendis libris auctor vix prae se habuit, etiamsi tam in ordinandis capitibus quam in lectionibus interdum Ansegisi peculiaris textus ei qui in codicibus nostris quibus-* 50 *dam constitutus apparet propinquus est.*

Capitularia igitur immutata, 'quae invenire potuit' *Ansegisus collegit atque digessit*

et haec ipse addidit: praefationem universi operis scripsit et libris secundo, tertio et quarto et appendicibus parva prooemia praefixit; capitulis singulis, ut melius allegari possent, rubricas anteposuit, plerumque verba ab initio contextus capitum posita paullulum mutata repetens; capitulorum indicem singulis libris praemisit. An quatuor etiam versus metrici ab initio collectionis in plurimis codicibus positi Ansegisi sint, non omnino certum videtur: in codicibus non paucis desiderantur et fortasse ab alio quodam scriptore concepti sunt.

Ansegisi collectio in plurimis codicibus tradita est et plus quam quinquaginta codicum ipsam continentium notio ad nos pervenit. ***Codices admodum inter se variant:*** *saepe enim capita vel addita vel omissa sunt, non raro verba vel mutata vel abbreviata sunt. Tamen rectus capitulorum ordo et textus facile constitui potest, collatis scilicet Ansegisi codicibus cum genuinis capitularibus. De uno autem admodum dubitari potest. In multis scilicet codicibus tam in praefatione quam in prooemiis, libris et appendicibus praefixis excerpta ab Ansegiso dicuntur* 'Hludowici imperatoris et Hlotharii caesaris filii ipsius'; *in aliis vero codicibus item multis et antiquis* ***Hlotharii nomen*** *constanter deletum est et in praefatione bis loco* 'Hludowici augusti et Hlotharii caesaris filiis eius' *legitur* 'Hludowici augusti et praeclarissimorum filiorum eius.' *Pithoeus et Baluzius posteriores lectiones genuinas habuerunt et secuti sunt, credentes Hlotharii nomen postea demum in exemplaribus sub Hlotharii ditione scriptis fuisse additum. Heroldus contra, Cointius (Annal. Franc. eccles. tomo VII) et Pertzius priores lectiones defenderunt, dicentes Hlotharii nomen anno quidem* 827 *ab Ansegiso receptum, in recentioribus autem exemplaribus deletum esse, cum post annum* 830, *Hlothario ab imperii consortio remoto, nomen etiam ipsius in scriptis publicis omissum esset. Equidem huic alteri sententiae adstipulor, eam praesertim ob causam, quia Ansegisus certo in praefatione non scripsit* 'anno XIII. imperii Hludowici et filiorum eius', *cum contra circa annum* 827 *in documentis omnibus* 'imperii anni Hludowici et Hlotharii' *numerarentur, et quia Hludowici capitularia Hlothario quidem imperii consorti adscribi poterant non autem fratribus eius. Hlotharii igitur nomen postea deletum et verbum* 'filiorum' *eius loco perperam positum est.*

In ***codicibus enumerandis,*** *quibus Ansegisi collectionem contineri scimus, primo eos recensemus, in quibus Hlotharii nomen in praefatione et in prooemiis legitur:*

1) *Codex olim Corbeiensis, tum Lindenbrogii, dein Hamburgensis bibl. publ.* 83, *saec. IX. exeunte. Continet Ansegisum, capitulare Wormatiense anni* 829, *Leges Salicam, Ribuariam, Alamannorum. Ansegisi collectio quatuor libros cum tribus appendicibus amplectitur, bonum capitulorum ordinem et textum praebet, inter lineas interdum glossas theodisce scriptas.*
2) *Middlehill* 1737 *saec. X., post capitulare ecclesiasticum* 818. 819 *Ansegisum inde a libro I, c.* 105 *cum tribus appendicibus et capitulare Wormatiense anni* 829 *praebet; anteriori quod ad Ansegisi libros pertinet simillimus est. Cfr. Archiv d. Gesellschaft VII,* 790.
3) *Gothanus* 84 *(Goth*a.*) saec. XI. fol.* 375—395 *Ansegisi libros absque appendicibus ita ordinatos habet: IV,* 34—70. *I,* 77—104. *IV,* 13—33. *I,* 1—76, 105—162. *II. III. IV,* 1—12. — *Anseg. IV,* 71—72 *posteriori codicis parte suppleta sunt.*
4) *Ashburnharmensis-Barrois* 146, *antea Paris.* 4761 *sc. X.: quatuor libri et tamquam liber quintus tres appendices.*
5) *Codex Weissenaugiensis sc. IX. X. ab Heroldo adhibitus: quatuor libri absque appendicibus.*
6) *Codex olim Schlettstadiensis, tum Argentoratensis, hodie combustus, sc. IX.: post legem Alamannorum inde a fol.* 115 *exhibet Ansegisi librum quartum, tres appendices, libros tres priores. Capita multa vel mutata vel mutilata sunt: libro quarto complures glossae theodiscae inter lineas occurrunt.*

7) *Cod. Vatican.* 4159 *sc. IX. X. inde a fol.* 112 *Ansegisi libros continet, quorum finis est in capite IV,* 31.

8) *Cod. Paris.* 4417 *sc. IX. X. inde a fol.* 185v *Ansegisi quatuor libros (— IV,* 70) *cum parte appendicis secundae exhibet.*

5 9) *Cod. Schaffhusanus bibl. eccles.* 74 *sc. XI. XII. aeque ac*

10) *Cod. Bonnensis sc. XII. librorum atque appendicum textum saepe mutatum capitum ordine admodum turbato praebent.*

11) *Cod. Paris.* 4628 A. *sc. X. fol.* 80—144. *Ansegisi libri quatuor et duae appendices: textus bonus, capita nonnulla aliena locis diversis inserta sunt. Ex* 10 *hoc codice exscriptus videtur:*

12) *Cod. Par.* 4631. *sc. XV.*

13) *Cod. Par.* 3878 *sc. X. inde a fol.* 98—156 *quatuor libros exhibet, quibus quasi supplementa subnexa sunt nonnulla capitula italica. Quod omnino similiter se habet in*

15 14) *Cod. Monac.* 3853. *olim Augustano* 153. *sc. XI., in quo inde a folio* 183—245 *Ansegisi quatuor libri leguntur et in foliis* 245v—247v *complura Hlotharii capitula tamquam supplementa adduntur. Cui similis videtur*

15) *Cod. Monac. olim Frising.* 234 *sc. XI, qui aeque atque duo anteriores italica nonnulla capitula sub fine collectionis supplet.*

20 16) *Codicis cuiusdam fragmenta Monaci nuper inventa sc. IX. Ansegisi capita I,* 100—104 *et IV,* 57—70 *continent; sub hunc collectionis finem item tria capitula italica tamquam IV,* 71—73 *subiunguntur.*

17) *Cod. Paris.* 9654. *sc. X. foliis* 29v—66 *Ansegisi libros quatuor et appendices I. II. capitibus bene ordinatis sed interdum aliis insertis praebet, quo cum codice* 25 *omnino congruit*

18) *Cod. Vat. Pal.* 582. *sc. X. fol.* 33—75.

19) *Cod. Vat. Pal.* 973. *sc. X. fol.* 43—123.v *Ans. I—IV. App. I. II.*

20) *Cod. Ottobonian.* 258. *sc. X. fol.* 1—84. *Ans. I—IV. App. I. II.*

21) *Cod. Vat. reg. Christ.* 1000. *sc. X. fol.* 1—87: *lib. I—IV. app. I. II. III.*

30 22) *Cod. Vat. reg. Christ.* 447. *sc. XI. fol.* 1—47: *lib. I—IV, app. I. II. III.*

23) *Cod. Vat. reg. Christ.* 417. *sc. XI. fol.* 1—67: *lib. I—IV. app. I. II.*

24) *Cod. Paris.* 18239. *sc. XI. fol.* 2—73: *lib. I—IV. app. I. II.*

25) *Cod. Abrincat.* 121, *olim S. Michaelis de periculo maris, sc. XII. Ans. I—IV. app. I. II.*

35 26) *Cod. Lugd. Batav.* 22: *lib. I—IV. app. I. II. III.*

Hlotharii nomen in praefatione et in prooemiis deletum est in codicibus hisce:

27) *Cod. Goth.* 84 *(Gothb.) sc. XI. fol.* 1—45 *Ansegisum cum appendicibus et Benedicti collectionem exhibet.*

28) *Cod. Vatic. Reg. Christ.* 974. *sc. XI. fol.* 1—187, *antecedenti omnino similis.*

40 29) *Cod. Vatic. Pal.* 583. *sc. X. fol.* 1—43. *Ans. I,* 48—*IV. App. I. II. III.*

30) *Cod. Vatic. reg. Chr.* 1036. *sc. XV. fol.* 53v—147. *Ans. I—IV,* 74.

31) *Cod. Sang.* 727. *sc. X. XI. lib. I—IV. App. I—III.*

32) *Cod. Sang.* 728. *sc. X. lib. III. IV. App. I—III.*

33) *Cod. Paris.* 4634. *sc. IX. X. lib. I—IV. App. I—III.*

45 34) *Cod. Paris.* 4635. *sc. X. pag.* 1—69: *lib. I—IV. App. I—III.*

35) *Cod. Paris.* 4636. *sc. IX. X. pag.* 1—24. *lib. I,* 99—*IV. App. I—III; folia vero complura dissecta sunt, ut libri admodum mutili sint.*

36) *Cod. Par.* 4637. *sc. X. lib. I—IV. app. I—III.*

37) *Cod. Paris.* 4638. *sc. X. fol.* 1—70: *lib. I—IV. app. I. II.*

50 38) *Cod. Paris.* 4762. *sc. X. fol.* 1—133: *lib. I—IV. app. I—III.*

39) *Cod. Par.* 18237. *sc. IX. fol.* 1 — 64. *Ans. I*, 59 — *III*, 82.
40) *Cod. Par.* 18238. *sc. X. fol.* 21 — 40. *Ans. III. praef.* — *IV, praef.*
41) *Cod. Par.* 10758. *sc. X. pag.* 141 — 255. *Ans. I—IV. App. I. II, qui textum praebet cum alterius ordinis codice Par.* 4628 A. *omnino consentaneum.*
42) *Cod. Bamberg.* 60. *sc. X. fol.* 2v — 66.v *Ans. I — IV. App. I. II.* 5
43) *Cod. Middlehill.* 1762: *Ans. I—IV. App. I. II.*
44) *Cod. Middlehill.* 10190. *sc. X. Ans. I — IV*, 74.
45) *Cod. Aurelianensis sc. X. lib. 1 — IV. App. I. II.*
46) *Cod. Asburnh. Barrois* 43 *(antea Lovanii, olim in monast. S. Huberti Andagin.) sc. XI. XII. lib. I — IV.* 10

Fragmenta collectionis exhibent praeterea cod. Berolinensis Hamilton mscr. 132 *(Neues Archiv der Gesellschaft f. ält. deutsche Gesch. VIII*, 335), *Lugd. Batav.* 13, *Montispess.* 137, *Vercellensis (Baudi di Vesme, Edicta reg. Lang. praef. pag. CV. annot.* 1), *Paris.* 3839, 3839 A., *fragmentum quoddam Monacense, quo libri IV.c.* 61 — 72 *servantur.* 15

Codicum horum multitudo, quae haud dubie hodie etiam augeri posset, ostendit magnam vim et auctoritatem, quam Ansegisi collectio, etiamsi vitiis minime carens et vitae forique usui parum adaptata, tamen per medium aevum obtinuit. Regia quasi auctoritate firmata est, cum iam inde ab anno 829 *secundum ipsam capitula anteriora* 20 *in capitularibus posterioribus allegarentur; vicennio post tribus aliis libris undique congestis a Benedicto diacono aucta est, et vix alia capitula in Germania vel Gallia scriptoribus* ('librum capitulorum imperialium' *vel* 'regalium' *constanter dicit Ansegisi collectionem Hincmarus Remensis) et legumlatoribus nota fuisse videntur, nisi ea quae ab Ansegiso vel Benedicto fuerant excerpta. Post typographiam inventam mox etiam Anse-* 25 *gisiana collectio edita est. De quibus e d i t i o n i b u s sicut etiam de codicibus manuscriptis in prolegomenis ad nostram capitularium editionem pluribus agendum erit, ut hoc loco pauca tantum de a n t e r i o r i b u s A n s e g i s i e d i t i o n i b u s monenda videantur.*

Primo Iohannes T i l i u s Meldensis episcopus anno 1548 *Parisiis Ansegisi collectionem incudi fecit, usus praesertim codice qui hodie Paris.* 4635 *est (supra nr.* 34), *adhibito* 30 *autem etiam, ut mihi visum est, cod. Vat. reg. Chr.* 1036 *(supra nr.* 30.) *Editionem Tilius, qui Benedicti libros subiungere voluit, ad finem non produxit: nam exit editio in Bened. II, c.* 289, *quod in Baluzii et Pertzii editionibus est eiusdem libri caput* 386; *capitulorum enim ordinem Tilius admodum turbavit, haud pauca capitula addidit, mutavit, omisit, interdum secutus Amerpachii capitularium editionem tribus annis ante vul-* 35 *gatam. Qua de Tilii editione conferas quae congessit Baluzius in praefationis ad capitularium editionem scriptae* § 51. 53 — 60 *et Pertzius in praefatione ad Ansegisi collectionem Leg. I. p.* 263. 264. *Perpauca tantum huius Tilianae imperfectae editionis exemplaria prodierunt, ut hodie rarissima sint.*

Ioannes Basilius H e r o l d deinde anno 1557 *in originum ac germanicarum anti-* 40 *quitatum libris pag.* 261 — 347 *quinque 'legum francicarum hinc inde dispersarum' libros edidit. Libri I — IV. maxima parte Ansegisi sunt, quem Lobiensem Heroldus dicit, e codice Weissenaugiensi (supra num.* 5) *et ex alio incognito editi; sed ordinem capitulorum Heroldus in libro tertio et quarto sua haud dubie libidine admodum turbavit, capita aliquot omisit, alia alio loco transposuit et libro quarto, pro cuius parte etiam appendices* 45 *tres recensentur, multa partim ex Amerpachii editione partim ex alio fonte desumta inseruit. Libro quinto ex Lombardae libro Heroldus ea capitula congessit, quae Francorum regum vel imperatorum leges in ipsa Lombarda dicuntur et in prioribus libris ab eo nondum recepta erant: Rotharis enim reliquorumque Langobardorum regum capitula iam antea pag.* 159 — 260 *e codice bono atque vetusto Heroldus recensuerat. De hac* 50 *capitulorum congerie,* 'hinc inde,' *ut ipse dicit, ab Heroldo collecta, Baluzius in prae-*

fatione § 52, *Pertzius Leg. I, p.* 263 *disseruit; ad ea quae ex aliis codicibus manuscriptis novimus nihil novi Heroldus affert.*

Tilianam editionem, cuius exemplar nactus erat, immutatam fere denuo typis imprimi curavit Parisiis 1588 *Petrus Pithoeus, supplens Benedicti libri sexti posteriorem* 5 *partem et septimum librum cum appendicibus. Codicibus usus est Parisiacis* 4635 *et* 4638, *haud pauca autem capitula, Tilianum exemplum secutus, omittens. Cfr. Baluze, praefatio ad capitularia* §§ 53—62, *Pertz praef. ad Anseg. pag.* 264. 265.

Petri Pithoei editionem in paucis mutatam non correctam (Baluze, praef. § 63 – 65*) repetiit anno* 1603 *Franciscus Pithoeus, quae Francisci Pithoei post mortem eius* 10 *iterum in lucem prodiit anno* 1640. *Item Lindenbrog, cum codicem suum legum antiquarum anno* 1613 *ederet, in Ansegisi et Benedicti collectionibus Petri Pithoei editionem secutus est.*

Quodsi igitur anteriores editores Ansegisi libros in multis mutaverant, decurtaverant, auxerant, turbaverant, Baluzius denique in prima capitularium editione anno 1677 15 *emissa Fontanellensis abbatis et Benedicti diaconi collectiones ita edidit atque instruxit, ut pauca tantum quae emendari possent posterioribus relinqueret. Eo sane erravit, quod nonnulla capitula libris secundo et quarto unumque sub fine libri tertii, quibusdam codicibus nimiam fidem tribuens, minus recte inseruit; praeterea eo quoque, ut opinor, quod Tilium et Pithoeum secutus Hlotharii nomen in praefatione et in parvis librorum et* 20 *appendicum prooemiis secundum codices complures delevit. Caeterum capitulorum ordinem et textum plerumque sincerum restituit, capitula unde fluxerint et quas in collectiones posteriores transierint indagavit et adnotationes ea qua excelluerat sagacitate rerumque peritia addidit. Usus est Baluzius decem et novem codicibus manuscriptis, qui plerique hodie etiam extant: de quibus editor egit in praefatione sua* §§ 66—79. *In altera Baluzii* 25 *editione Petrus de Chiniac anno* 1780, *ut ipse dicit, priorem* 'paginam pro pagina,' *verbum pro verbo recudendam typis mandavit et paucissimas tantum in margine notas adiecit.*

Postquam Georgisch, Canciani, Walter Baluzianam Ansegisi editionem accurate repetere sat habuerunt, Pertzius eam novis auxiliis adhibitis denuo recensuit. 30 *Undecim alii codices manuscripti praesto ipsi fuerunt. Capitula nonnulla ab Ansegiso aliena et in quibusdam tantum codicibus perperam inserta vel subnexa recte sustulit, singulas capitulorum lectiones non raro mutavit, interdum correxit. Codicem supra numero primo insignem plerumque secutus est, saepe autem ut fas erat a lectionibus eius recessit aliorumque codicum textum meliorem recepit.*

35 *Nostrae denique editioni non multa emendanda relicta erant. Codices manuscriptos qui Parisiis et Romae servantur et Ansegisianam collectionem continent omnes inspexi et quantum opus visum est cum editis contuli; alios etiam neque a Pertzio neque a Baluzio adhibitos, quorum notitia ad me pervenit, inspicere superfluum duxi et in hac praefatione indicare tantum sat habui. Capitulorum ordinem a Pertzio institutum con-* 40 *stanter secutus sum, etiamsi de ultimis libri quarti capitulis dubitari potest, an iam ab ipso Ansegiso excerpta sint; textum interdum, ubi secundum codices nostros licuit, emendare studui, ut etiam textus a me restitutus paullulo magis quam Pertzianus ad genuinorum capitularium textum accedat. In lectionibus variantibus colligendis admodum parcus fui easque tantum dedi, quae ad textum adumbrandum vel ad Ansegisi opus cognoscendum quid conferre possent; nam prorsus inutile duxi, ea omnia adnotare, quibus posteriores librarii per complura saecula textum corruperunt, decurtaverunt vel verbis insertis etiam auxerunt. Ansegisi opus, non obscurorum librariorum nugas servare studui. Ut de Ansegisi collectione melius iudicari possit, omnia ea quae apud collectorem addita (versus scilicet metrici, praefatio, prooemia, capitulorum indices, capitum inscriptiones) vel mutata apparent litteris obliquis imprimi curavi.* (*B. I,* 697; *P. I,* 271.)

LEGILOQUUM[a] *QUISQUIS LIBRUM RECITAVERIS ISTUM:*
PRINCIPIBUS NOSTRIS, DIC, MISERERE DEUS!
LEGEM NAMQUE BONAM DICTARUNT MENTE BENIGNA;
QUAPROPTER PRO IPSIS, QUAESO, PRECARE DEUM.

Incipit praefatio.[b]

Dominante per saecula infinita omnium dominatore Christo salvatore nostro, creatore universae creaturae, anno incarnationis ipsius DCCCXXVII., indictione *V.,*[c] *anno vero XIII. imperii gloriosissimorum principum domni Hludowici augusti, christianae religionis magni propagatoris, et*[d] *Hlotharii caesariis filii ipsius,*[d] *Ansegisus, nullis praecedentibus meritis, sed gratia omnipotentis Dei abba,*[e] *pro amore bonae memoriae domni Karoli magni imperatoris christianorum, atque praecellentissimi ac piissimi domni Hludowici augusti filii ipsius sincera dilectione, necnon*[f] *et praeclari Hlotharii caesaris, filii piissimi Hludowici imperatoris,*[f] *haec subter descripta adunavi capitula: quae proculdubio, quia ad sanctae aecclesiae profectum facta sunt, pro utili firmiter tenenda sunt lege. Fuerant*[g] *namque quondam tempore praedicti magni domni Karoli imperatoris necnon et nunc praefatorum principum hoc in tempore domni piissimi Hludowici augusti et*[h] *praeclari Hlotharii caesaris*[h] *iussu per intervalla temporum ad christianam religionem conservandam atque concordiam pacis et dilectionis in aecclesia catholica tenendam edita. Sed quia in diversis sparsim scripta membranulis per diversorum spatia temporum fuerant, ne oblivioni traderentur, pro dilectione nimia, ut praefatus sum, praedictorum gloriosissimorum principum et pro amore sanctissimae prolis eorum, sed et pro sanctae aecclesiae statu, placuit mihi praedicta in hoc libello adunare quae invenire potui capitula praedictorum principum iussu descripta, ut ad sanctae aecclesiae statum longaevis conservandum temporibus atque ad meritum praefatorum principum gloriosius in vita perpetua augmentandum*[i] *proficiant. Amen.*[i]

Sed hoc notum sit lectori, quia praedicta capitula, quae per intervalla temporum a praefatis sunt principibus edita, in quattuor distinxi libellis. Illa scilicet, quae domnus Karolus imperator fecit ad ordinem pertinentia ecclesiasticum, in primo adunavi libello; ea vero ecclesiastica, quae domnus ac piissimus Hludowicus imperator[k] *et Hlotharius caesar filius ipsius ediderunt,*[k] *in secundo descripsi. Illa autem, quae domnus Karolus in diversis fecit temporibus ad mundanam pertinentia legem, in tertio adunavi; ipsa vero, quae domnus Hludowicus praeclarus imperator*[l] *et Hlotharius caesar filius illius fecerunt*[l] *ad augmentum mundanae pertinentia legis, in quarto congessi.*

Explicit praefatio.

a) *Codd. Goth*[b]*. Paris.* 10758, *Vat. Reg. Chr.* 974 *et* 1036 *versibus metricis praemittunt:* In Christi nomine incipiunt capitula episcoporum regum maximeque omnium nobilium Francorum (ad reprimendas neophitorum quasi fidelium diversas adinventiones *add. cum Tilio Vat. Chr.* 1036). *Versus metricos omittunt Goth*[a]*. Schaffhus. Weissenaug. Bamb. Monac.* 3853, *Ottobon.* 258, *Vat. Pal.* 582 *et* 973, *Paris.* 9654. b) salicae legis *add. Scaffhus. et Bonn.;* nobilissimi ac sapientissimi abbatis *add. cod. Vat. reg. Christ.* 1036. *Praefationem omnino omittunt codd. Weissenaug. et Vat. Chr.* 447. c) VI. legunt *Goth., Bamb. Vat. Chr.* 974 *et* 1036. *Paris.* 4628 A. *et* 10758. d) *ita codd. primae classis;* ac filiorum eius *codd. secundae classis. Nomina imperatorum hic et in sequentibus admodum varie scripta sunt:* hludowicus, hlodowicus, hluduwicus, hluduicus, cludowicus, chlotharius, hlotharius, hlutharius, hlotarius, lotharius, chlotarius. e) Luxoviensis, Fontinellensis ac Flaviacensis coenobiorum humilis abba *Goth*[a]*.* f) necnon .... Hlud. imp. *omitt. codd. secund. class.* g) fuerunt *codd. permulti.* h) et praeclarissimorum filiorum eius *codd. secundae classis.* i) proficiendum, *omisso* Amen, *Bamb. Goth*[b]*. Vat. Chr.* 794. *Par.* 10758. k) imperator edidit, *omissis* et Hloth. c. f. i., *codd. sec. class.* l) imperator fecit *item codd. sec. class.*

Incipiunt capitula.

1. *De his qui ab episcopo proprio excommunicantur.*
2. *De his qui ad ordinandum veniunt.*
3. *De clericis fugitivis et peregrinis.*
4. *De presbyteris, diaconibus vel his qui in clero sunt.*
5. *De usuris.*
6. *De presbyteris quando missam caelebrant.*
7. *De his qui a sinodo vel a suo episcopo dampnati sunt.*
8. *De suffraganeis episcopis.*
9. *De chorepiscopis.*
10. *De episcopis vel quibuslibet ex clero.*
11. *De ordinationibus vel quibuslibet negotiis.*
12. *De*[a] *cura episcoporum.*[a]
13. *De provintialibus episcopis.*
14. *De monachis et clericis.*
15. *De die dominica, qualiter servanda est.*
16. *De ignotis angelorum nominibus.*
17. *De mulieribus, si ad altare accedant.*
18. *De episcopis, ubi non oporteat eos ordinare.*
19. *De libris canonicis.*
20. *De episcopis ordinandis vel quibuslibet ex clero.*
21. *De maleficis vel incantatoribus.*
22. *De monachis, clericis et presbyteris.*
23. *De servis alterius.*
24. *De stabilitate episcoporum vel clericorum.*
25. *De presbyteris non absolute ordinandis.*
26. *De proposito monachorum et clericorum.*
27. *De monachis qui ad clericatum provehuntur.*
28. *De negotio clericorum inter se.*
29. *De conspiratione clericorum vel monachorum.*
30. *De accusatione laicorum contra episcopos.*
31. *De monasteriis Deo dicatis.*
32. *De fide sanctae Trinitatis praedicanda.*
33. *De avaritia.*
34. *De his qui se convertunt ad Dominum.*
35. *De his qui non sunt bonae conversationis.*
36. *De his qui excommunicato communicaverint.*
37. *De subiectione presbyterorum.*
38. *De clericis ecclesiastici ordinis.*
39. *De virginibus Deo dicatis.*
40. *De principali cathedra episcoporum.*
41. *De falsis nominibus sanctorum.*
42. *De uxore a viro dimissa.*
43. *De iudicibus metropolitano probatis.*
44. *De accusatione vilium personarum.*
45. *De virginibus velandis.*
46. *De oblatis pauperum.*
47. *De ieiuniis a sacerdotibus constitutis.*
48. *De his qui contra naturam peccant.*
49. *De presbyteris quo tempore ordinentur.*
50. *De pace danda.*
51. *De sponsa alterius.*
52. *De nominibus recitandis.*
53. *De canonum institutis a presbyteris non ignorandis.*
54. *De clericis alterius episcopi.*
55. *De servis alterius.*
56. *De sacerdotibus contra decretalia agentibus.*
57. *De viduis, a quibus non velentur.*
58. *De fide catholica et primo praecepto legis.*
59. *De pace et concordia servanda.*
60. *De iudicibus.*
61. *De periuriis.*
62. *De auguriis vel aliis maleficiis.*
63. *De odio vel invidia.*
64. *Item de avaritia vel concupiscentia.*
65. *De honore parentum.*
66. *De fide presbyterorum ab episcopis discutienda.*
67. *De honore ecclesiae Dei.*
68. *De ministris altaris Dei et de scola.*
69. *De voto monachorum et de clericatu.*
70. *De susceptione hospitum.*
71. *De abbatissis contra morem ecclesiae Dei facientibus.*
72. *De clericis qui se fingunt esse monachos.*
73. *De pseudographiis et dubiis narrationibus.*
74. *De cantu Romano monachis peragendo.*
75. *De operibus servilibus, quae diebus dominicis non sunt agenda.*
76. *De praedicatione episcoporum et presbyterorum.*
77. *De rebus ecclesiae.*

a) De corepiscopis *in textu.*

78. *De episcopis eligendis.*
79. *De dictis patrum congestis pro canonica professione, quae dehonestabatur.*
80. *De conlatis ecclesiae dividendis.*
81. *De abbatibus eligendis.*
82. *De ordinatione servorum.*
83. *De personis, a quibus non sunt res accipiendae.*
84. *De presbyteris constituendis.*
85. *De mansis uniuscuiusque aecclesiae.*
86. *De presbyteris uniuscuiusque aecclesiae.*
87. *De villis novis et ecclesiis in eis noviter constitutis.*
88. *De sacris vasis aecclesiae in pignus datis.*
89. *De ecclesiis destructis, vel de nonis et decimis.*
90. *De ecclesiarum honore.*
91. *De episcopis Italiae.*
92. *De presbyteris qui feminas in domibus habent.*
93. *De presbyteris qui pro chrismate in coena Domini veniebant.*
94. *De praedicatione et confirmatione episcoporum.*
95. *De pueris tondendis et puellis velandis.*
96. *De feminis viros amittentibus.*
97. *De raptis et de earum raptoribus.*
98. *De puellis raptis necdum desponsatis.*
99. *De desponsatis et ab aliis raptis.*
100. *De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.*
101. *De puellis, quo tempore velentur.*
102. *De examinatione sanctae crucis non facienda.*
103. *De pabulo verbi divini nuntiando.*
104. *De incestis nuptiis, et ecclesiis dividendis.*
105. *De scriptoribus.*
106. *De servis propriis vel ancillis.*
107. *De congregationibus.*
108. *De pulsantibus.*
109. *De infantulis puellis, quando velentur.*
110. *De praepositis monachorum.*
111. *De incestuosis.*
112. *De fame, clade et pestilentia, si venerit.*
113. *De fugitivis clericis sive laicis.*
114. *De liberis hominibus ad servitium Dei se tradentibus.*
115. *De oppressione pauperum.*
116. *De missis, qui per civitates et monasteria mittuntur.*
117. *De thesauris ecclesiasticis.*
118. *De mendicis discurrentibus.*
119. *De usura.*
120. *De cupiditate in bonam partem.*
121. *Item de cupiditate in malam partem.*
122. *Item de avaritia.*
123. *De turpibus lucris.*
124. *De foenore.*
125. *De emptione tempore messis causa cupiditatis et turpis lucri.*
126. *De hoc si per plurima loca fames fuerit.*
127. *De sinodis, qualiter fiant.*
128. *De metropolitanis episcopis.*
129. *De episcopis, quot sint in una civitate.*
130. *De ordinatione episcoporum.*
131. *De stabilitate episcoporum vel clericorum.*
132. *De communicatione fidelium.*
133. *De presbyteris, diaconibus et reliquis ex clero.*
134. *De confugio ad ecclesiam.*
135. *De his, qui ad casam Dei res tradere voluerint.*
136. *De ordinatione presbyterorum.*
137. *De conversione liberi hominis.*
138. *De non cogendo bibere.*
139. *De mercato.*
140. *De presbyteris, qualiter introitum ecclesiae consequantur.*
141. *De presbyteris, a quibus per ecclesias constituantur.*
142. *De honore pro ecclesiis dando.*
143. *De decimis dispensandis.*
144. *De ecclesiis vel altaribus.*
145. *De aecclesiis vel altaribus ambiguis.*
146. *De linteis altaribus praeparandis.*
147. *De parrochianis alterius presbyteri.*
148. *De parrochia alterius presbyteri.*
149. *De termino ecclesiarum.*
150. *De rebus presbyterorum.*
151. *De poenitentibus non cogendis.*
152. *De presbyteris, a quibus se caveant.*
153. *De sepultura, ubi non fiat.*
154. *De praedicatione vel capitulis presbyterorum.*
155. *De eucharistia.*
156. *De ampullis duabus*[a] *in coena Domini habendis.*

a) tribus *Goth*[b].

157. *De decimis et nonis.*
158. *De festivitatibus in anno.*
159. De *ammonitione sacerdotum.*
160. *De praedicatione ad plebem.*
161. *De ebrietate.*
162. *De admonitione ad omnes.*[a]

Praefatio domni Karoli.[b]

Regnante domino nostro Iesu Christo in perpetuum. Ego Karolus, gratia Dei eiusque misericordia donante rex et rector regni Francorum et devotus sanctae aecclesiae defensor humilisque adiutor, omnibus ecclesiasticae pietatis ordinibus seu secularis potentiae dignitatibus in Christo domino, Deo aeterno, perpetuae pacis et beatitudinis salutem.

Considerans pacifico piae mentis intuitu una cum sacerdotibus et consiliariis nostris abundantem in nos nostrumque populum Christi regis clementiam, et quam necessarium est non solum toto corde et ore eius pietati agere gratias incessanter, sed etiam continua bonorum operum exercitatione eius insistere laudibus, quatenus qui nostro regno tantos contulit honores, sua protectione nos nostrumque regnum in aeternum conservare dignetur: quapropter placuit nobis vestram rogare solertiam, o pastores aecclesiarum Christi et ductores[c] gregis eius et clarissima mundi luminaria, ut vigili cura et sedula ammonitione populum Dei per pascua vitae aeternae ducere studeatis, et errantes oves *bonorum exemplo operum seu adhortatione* humeris intra aecclesiasticae firmitatis muros reportare *satagite,* ne lupus insidians aliquem canonicas sanctiones transgredientem vel paternas traditiones universalium conciliorum excedentem, quod absit, inveniens devoret. Ideo magnae devotionis studio ammonendi et adhortandi sunt immo compellendi, ut firma fide et infatigabili perseverantia intra paternas sanctiones se contineant: in quo *operis studio* sciat certissime sanctitas vestra nostram vobis cooperari diligentiam. Quapropter et nostros ad vos direximus missos, qui ex nostri nominis auctoritate una vobiscum corrigerent quae corrigenda essent. Sed et aliqua capitula ex canonicis institutionibus, quae magis *vobis* necessaria videbantur, subiunximus. Ne aliquis, quaeso, huius pietatis ammonitionem esse praesumptiosam iudicet, qua nos errata corrigere, superflua abscidere, recta coartare studemus, sed magis benivolo caritatis animo suscipiat. Nam legimus in regnorum libris, quomodo sanctus Iosias regnum sibi a Deo datum circumeundo, corrigendo, ammonendo ad cultum veri Dei studuit revocare: non ut me eius sanctitati aequiparabilem faciam, sed quod nobis sint ubique sanctorum semper exempla sequenda, et, quoscumque poterimus, ad studium bonae vitae in laudem et in gloriam domini nostri Iesu Christi congregare necesse est. Quapropter, ut praediximus, aliqua capitula notare iussimus, ut simul haec eadem vos ammonere studeatis, et quaecumque vobis alia necessaria esse scitis, ut et ista et illa aequali intentione praedicetis. Nec aliquid, quod vestrae sanctitati *populoque* Dei utile videtur, amittite,[d] ut pio studio non ammoneatis, quatenus ut et vestra solertia et subiectorum obedientia aeterna felicitate ab omnipotente Deo remuneretur.

Explicit praefatio.[e]

Incipiunt capitula suprascripta et eorum textus.

De[f] *his qui ab episcopo proprio excommunicantur.*[g] Sunt enim aliqui, qui culpis exigentibus ab episcopo proprio excommunicantur et ab aliis ecclesiasticis vel laicis

a) 163. De coniugali relatione *add. cod. Par.* 3878. b) *Ita codd. optimi et plurimi; nonnulli praemittunt* Incipit *vel addunt* imperatoris *vel* augusti *vel* regis. c) doctores *alii.* d) *codd. variant:* amittite, amittere, amittatis; *in cap. genuino etiam* omittite *vel* omittatis. e) *ita codd. optimi;* domni Karoli praeclarissimi imperatoris *vel simil. add. codd. complures; nonnulli omitt. subscript.* f) *Codd. Bamb.* 60. *Paris.* 4628 A. *et* 10758 *praemittunt capitulum hoc:* Si servus clericus fiat. Si servus sciente et non contradicente domino in clero sortitus sit, ex hoc ipso liber et ingenuus fiat. Si enim ignorante domino

praesumptiose in communionem accipiuntur: quod omnino sanctum Nicaenum concilium simul et Calcedonense necnon et Antiochenum atque Sardicense fieri prohibent.

2. *De his qui ad ordinandum veniunt.* Item[a] enim habetur in eodem concilio, ut eorum qui ad ordinandum veniunt fides et vita prius ab episcopo diligenter discutiatur, et *postea*[b] ordinentur.

3. *De clericis fugitivis et peregrinis.* Item in eodem concilio necnon et in Antiocheno simul et in Calcedonensi, ut fugitivi clerici et peregrini a nullo recipiantur nec ordinentur sine commendatitiis litteris et sui episcopi vel abbatis licentia.

4. *De presbyteris, diaconibus vel his qui in clero sunt.* Item in eadem sinodo interdictum est presbyteris et diaconibus vel omnibus qui in clero sunt, mulierem non[c] habere in domo sua propter suspicionem, nisi matrem aut sororem vel eas tantum personas quae suspiciones effugiunt.

5. *De usuris.* Item in eodem concilio seu in decretis papae Leonis necnon et in canonibus qui dicuntur apostolorum, sicut et in lege Dominus ipse praecepit, omnino omnibus interdictum est ad usuram aliquid dare.

6. *De presbyteris quandǫ missam celebrant.* Auditum est, aliquos presbyteros missam celebrare et non communicare: quod omnino in canonibus apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo dicere recte potest, si non communicaverit: 'sumpsimus, Domine, sacramenta?'

7. *De his qui a sinodo vel a suo episcopo damnantur.* Haec[d] vero per singula capitula in statutis Nicaeni concilii legere potestis seu in aliis sanctorum patrum sinodalibus edictis[d] et in Antiocheno concilio, quod his qui damnati sunt a synodo vel a suo episcopo et postea ministrare praesumunt praecipitur, ut nullus audeat eis communicare. Si quis vero[e] communicat, simili sententia subiaceat, sicut et dampnatus.

8. *De suffraganeis episcopis.* Item in eodem concilio, ut ad metropolitanum episcopum suffraganei respiciant, et nihil novi audeant facere in suis parrochiis sine conscientia et[f] consilio[f] sui metropolitani nec metropolitanus sine eorum consilio.

9. *De corepiscopis.*[g] Item in eodem concilio, simul et in Ancyronensi, ut corepiscopi cognoscant modum suum et nihil faciant absque licentia episcopi in cuius parrochia habitant.

10. *De episcopis vel quibuslibet ex clero.* Item in eodem concilio, ut episcopus vel quilibet ex clero sine consilio vel litteris episcoporum vel metropolitani non audeant regalem dignitatem pro suis causis clamare, sed in communi episcoporum concilio causa[h] examinetur.

11. *De ordinationibus vel quibuslibet negotiis.* Item in eodem concilio simul et in Sardicensi necnon et in decretis Innocentii papae, ut nullus episcopus in alterius parrochia ordinationes aliquas audeat facere vel negotia peragere quae ad eum non pertinent.

consecratio facta fuerit, liceat domino intra annum tantum conditionem probare et proprium servum recipere. Si autem servus sciente vel ignorante domino secundum ea quae diximus, ex ipso honore clericatus libertatem meritus, postea ecclesiasticum ministerium reliquerit et ad laicorum vitam transierit, domino suo in servitio tradatur. *Quod capitulum est Iuliani epitome novell.* CXV, 28. *In codice Par.* 10758 *ante hoc ipsum recentiori manu suppletum est:* De dubia conventione. Cap. primi tractatus. Si quis de conventione ulla aliquem interpellaverit, non per postremas aut adiacentes sed per primarias rationes, iuxta quod in primis res facta se habuit tractetur. Quod si testes legitimi adfuerunt conventioni, iuxta testimonium eorum maxime, non aliis posteris occasionibus quae per primam stipulationem quod factum est, oportet definiri. — *Haec unde desumta sint ignoro.* g) *Capitum inscriptiones omittunt codd. complures; ita Vat. Pal.* 582; *Paris.* 9654; *Ottob.* 258. a) Ita *alii.* b) sic *cap. genuin.* c) non *om. nonnulli.* d) *Verba* Haec .... edictis *in capitularis genuini codicibus omnibus subiunguntur capiti sexto; pertinent autem ad caput* 7, *cum Nicaenum nihil de presbytero missam celebrante et non communicante contineat, ad caput autem nostrum* 7 *pertineant Nic.* 5, *Sardic.* 17, *Antioc.* 4. e) ei *add. cap. gen.* f) et cons. *om. codd. complures.* g) *Caput* 9 *post c.* 10 *ponunt codd. Goth*[b.] *et Paris.* 4761. h) eius *add. c. Weissenaug.*

12.[a] *De cura episcoporum.* Item in eodem concilio, ut episcopus eius ecclesiae curam habeat ad quam ordinatus est.

13.[b] *De provincialibus episcopis.* Item in eodem concilio necnon et in Chalcedonensi, ut provinciales episcopi cum suo metropolitano bis in anno propter causas ecclesiae concilia celebrent.

14. *De monachis et clericis.* In concilio Laudicensi necnon et in Affricano praecipitur, ut monachi et clerici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi causa.

15. *De die dominica qualiter observanda est.* Item in eodem concilio praecipitur, ut a vespera usque ad vesperam dies dominica servetur.

16. *De ignotis angelorum nominibus.* Item in eodem concilio praecipitur, ut ignota angelorum nomina nec fingantur nec nominentur, nisi illorum quos habemus in auctoritate. Hi sunt Michahel, Gabrihel, Raphahel.

17. *De mulieribus, si ad altare accedant.* Item in eodem concilio eodem, quod non oporteat mulieres ad altare ingredi.

18.[c] *De episcopis, ubi non oporteat eos constitui.* Item in eodem concilio necnon et in Sardicensi, quod non oporteat in villulis vel in agris episcopos constitui.

19.[d] *De libris canonicis.* Item in eodem concilio, ut canonici libri tantum legantur in ecclesia.

20. *De episcopis ordinandis vel quibuslibet ex clero.* Item in concilio Chalcedonensi, ut non oporteat episcopum aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari: quia utrique deponendi sunt, et qui ordinat et qui ordinatur, necnon et qui mediator est inter eos. Item de eadem re in canonibus apostolorum: '*si*[e] *quis episcopus aut presbyter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur et ipse et ordinator eius et a communione abscidatur.*'

21. *De maleficis vel incantatoribus.* Item in eodem concilio,[1] ut coclearii,[f] malefici, incantatores et incantatrices fieri non sinantur: *quos in Simone mago terribiliter*[g] *dampnavit.*

22. *De monachis, clericis et presbyteris.* Item in eodem concilio infra duo capitula necnon et in decretis Leonis papae, ut nec monachi nec clerici *nec presbyteri* in secularia negotia transeant.

23. *De servis alterius.* Item[h] in eodem concilio[2] praecipitur, ut servum alterius nullus sollicitet ad clericalem vel monachicum ordinem sine voluntate et licentia domini sui.

24.[i] *De stabilitate episcoporum vel clericorum.* Item in eodem concilio necnon et in Sardicensi, ut nec episcopus nec clerici transmigrent de civitate in civitatem.

25. *De presbyteris non absolute ordinandis.* Item in eodem sinodo, ut nullus absolute ordinetur et sine *pronuntiatione stabilitatis* loci ad quem ordinatur.

26. *De proposito monachorum vel clericorum.* Item in eodem concilio, ut clerici et monachi in suo proposito et voto quod Deo promiserunt permaneant.

a) *Cap.* 12 *deest in cod. Scafh.* b) *Caput* 13 *post c.* 14 *transponunt cod. Paris.* 10758, *Scafh. Bamb.* c) *Caput* 18 *deest in cod. Scafhus.* d) *Caput* 19 *post cap.* 20 *in cod. Par.* 4635; *deest in cod. Schlettstad.* e) *Haec verba ab Ansegiso desumta sunt e canone apost.* 30, *desunt in admonitione Aquisgranensi; in ipsa verba* 'canonibus apostolorum' *sequuntur:* 'quam haeresim iam ipse princeps apostolorum in Simone mago terribiliter damnavit,' *quae mutata Ansegisus addidit capitulo, quod in admonitione antecedit, de coclearii et maleficis.* f) clerici *cod. Goth*[a.] g) *codd. nonnulli addunt* Dominus *vel* aecclesia, *cod. Corb. in margine:* Petrus; *cod. Goth*[a.] *habet capituli finem:* quia Simonem magum ultio divina terribiliter dampnavit. princeps apostolorum *legitur in admonit. Aquisgr.; cfr. not. e.* h) *In admonit. Aquisgran. hoc caput anteriori coniunctum est verbis:* et ut servum *rell.* i) *Hoc caput om. cod. Goth*[b.] *et Vat. Chr.* 974. *sed eius rubricam sequenti praefigunt.*

1) *Scil. Laodicensi, can.* 36, *supra capite* 14 *et sequentibus excerpto.* 2) *Conc. Chalc.* 4; *Leon. decr.* 1.

27.[a] *De monachis qui ad clericatum provehuntur.* Item in decretis Innocentii papae de eadem re, ut monachus, si ad clericatum provehatur, propositum monachicae professionis non amittat.

28. *De negotio clericorum inter se.* Item in eodem concilio, ut, si clerici inter se negotium aliquod habuerint, a suo episcopo diiudicentur, non a secularibus.

29. *De conspiratione clericorum vel monachorum.* Item in eodem concilio, ut nec clerici nec monachi conspirationem vel insidias contra pastorem suum faciant.

30. *De accusatione laicorum contra episcopos.* Item in eodem concilio, ut laici episcopos aut clericos non accusent, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio.

31. *De monasteriis Deo dicatis.* Item in eodem, ut loca quae semel Deo dedicata sunt, ut monasteria sint, maneant perpetuo monasteria, nec possint ultra fieri secularia habitacula.

32. *De fide sanctae Trinitatis praedicanda.* In concilio Carthaginensi: primo omnium necesse est, ut fides sanctae Trinitatis et incarnationis Christi, passionis, resurrectionis et ascensionis in coelos diligenter omnibus praedicetur.

33. *De avaritia.* Item in eodem de prohibenda avaritia, ut nullus alienos fines usurpet vel terminos patrum transcendat.

34. *De his qui se convertunt ad Deum.* Item in eodem de his qui in periculo constituti sunt et convertunt se ad Deum, ut canonice inquirantur de reconciliatione et canonice reconcilientur.

35. *De his qui non sunt bonae conversationis.* Item in eodem, ut illi qui non sunt bonae conversationis et eorum vita est accusabilis, non audeant episcopos vel maiores natu accusare.

36. *De his qui excommunicato communicaverint.* Item in eodem, ut qui excommunicato praesumptiose communicaverit excommunicetur et ipse.

37. *De subiectione presbyterorum.* Item in eodem concilio infra duo capitula, ut nullus presbyter contra suum episcopum superbire audeat.

38. *De clericis ecclesiastici ordinis.* Item in eodem, ut[b] clerici ecclesiastici ordinis,[b] si culpam incurrerint, apud ecclesiasticos iudicentur, non apud seculares.[c]

39. *De virginibus Deo dicatis.* In concilio Africano praecipitur, ut virgines Deo consecratae a gravioribus personis diligenti custodia serventur.

40. *De principali cathedra episcoporum.* Item in eodem, ut non liceat episcopo principalem cathedram suae parrochiae neglegere et aliquam ecclesiam in sua diocesi magis frequentare.

41. *De falsis nominibus sanctorum.* Item in eodem, ut falsa nomina martyrum et incertae sanctorum memoriae non venerentur.

42. *De uxore a viro dimissa.* Item[d] in eodem, ut[d] nec uxor a viro dimissa alium accipiat virum vivente viro suo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

43. *De iudicibus a metropolitano probatis.* Item in eodem, ut probati a metropolitano iudices non spernantur.

44. *De accusatione vilium personarum.* Item in eodem infra duo capitula, ut viles personae non habeant potestatem accusandi. Et[e] si in primo crimine victi sunt[f] falsum dicere, in secundo non habeant potestatem dicendi.[g]

a) *Caput sequenti postponitur in cod. Scafhus.* b) ut clericorum ordines *cod. Scafhus.* c) *Codd. Par.* 9654 *et Vat. Pal.* 582 *hic supplent ex admonitione Aquisgranensi* (789) *caput* 39 *ab Ansegiso omissum:* Item in eodem, ut qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat; si speciem aliam, eandem speciem quantum dederit accipiat. d) Decretum est ut *Goth*[b]. *et Vat. Chr.* 974. e) ut, aut *vel* et ut *alii codd.* f) *In cod. Par.* 10758 *rasa sunt verba* sunt *rell. et superinscripta:* nec de turpitudine meretricum nati quos barchardos dicimus. g) *Codd. Vat. Pal.* 582. *Paris.* 9654. 18239 *inserunt hoc loco capitulum Pseudokaroli apud Bened. Lev. I,* 35 (Et hoc nobis *rell.) inventum, omissis tamen sub fine verbis:* Sequitur constitutio memorata, *scil. Bened. I,* 36.

45. *De virginibus velandis.* Item in eodem, ut virgines non velentur ante XXV annos, nisi rationabili necessitate cogente.

46. *De oblatis pauperum.* In concilio Gangarensi, ut nulli liceat oblata quae ad pauperes pertinent rapere vel fraudare.

5 47. *De ieiuniis a sacerdotibus constitutis.* Item in eodem, ut ecclesiastica *a sacerdotibus* ieiunia *constituta* sine necessitate rationabili non solvantur.

48. *De his qui contra naturam peccant.* In concilio Ancyronensi. *Inventi sunt inter vos* qui cum quadrupedibus vel masculis contra naturam peccant: dura[a] et districta poenitentia *coercendi sunt.* Quapropter episcopi et presbyteri, *a* quibus iudicium poeni-10 tentiae *iniungitur,* conentur omnimodis hoc malum a consuetudine prohibere vel abscidere.

49. *De presbyteris, quo tempore ordinentur.* In concilio Neocaesariensi, ut nullatenus presbyter ordinetur ante trigesimum aetatis suae annum, quia dominus Iesus *Christus* non praedicavit ante trigesimum annum.

15 50. *De pace danda.* In decretalibus Innocentii papae, ut pax detur ab omnibus, confectis Christi sacramentis.

51. *De sponsa alterius.* In decretalibus Syricii papae, ut alterius sponsam nemo accipiat.

52. *De nominibus recitandis.* Item eiusdem,[1] ut nomina publice non recitentur 20 ante preces sacerdotales.

53. *De canonum institutis a presbyteris non ignorandis.* Item eiusdem, ut nulli sacerdotum liceat ignorare sanctorum canonum instituta.

54. *De clericis alterius episcopi.* In decretis Leonis papae *sancitum est* et in Sardicensi concilio, ut episcopus alterius clericum ad se non sollicitet nec ordinet.

25 55. *De servis alterius.* Item eiusdem, ut nullus episcopus servum alterius ad clericatus officium sine domini sui voluntate promovere praesumat; et hoc Gangarense concilium prohibet.

56. *De sacerdotibus contra decretalia agentibus.* Item eiusdem, ut si quis sacerdotum contra constituta decretalia praesumptiose agat[b] et corrigi nolens,[b] ab officio suo 30 submoveatur.

57. *De viduis, a quibus non velentur.* In decretis Gelasii papae, ut nullus episcopus viduas velare praesumat.

58. *De fide catholica et primo praecepto legis.* Primo omnium *admonemus,* ut fides catholica ab episcopis et presbyteris diligenter legatur et omni populo praedicetur, 35 quia hoc primum praeceptum domini Dei omnipotentis *est* in lege: 'audi, Israel, quia dominus, Deus tuus, Deus unus est. Et ut ille diligatur ex toto corde et ex tota mente et ex tota anima et ex tota virtute.'

59. *De pace et concordia servanda.* Ut pax sit et concordia et unanimitas cum omni populo christiano inter episcopos, abbates, comites, iudices et omnes ubique seu 40 maiores seu minores personas, quia nihil Deo sine pace placet nec munus sanctae oblationis ad altare, sicut in euangelio ipso Domino praecipiente legimus; *et ut est* illud secundum mandatum in lege: 'diliges proximum tuum sicut te ipsum'; item in euangelio: 'beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'; et iterum: 'in hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.' In hoc enim 45 praecepto discernuntur filii Dei et filii diaboli; quia filii diaboli semper dissensiones et discordias movere satagunt: filii autem Dei semper paci et dilectioni student.

a) qui dura *plerique codd.* b) agens corrigi noluerit *Goth*[b]. *et Vat. Pal.* 583.

1) *Immo Innocentii; cfr. supra pag.* 57, *c.* 54.

60. *De iudicibus.* Ut quibus data est potestas iudicandi iuste iudicent, sicut scriptum est: 'iuste iudicate, filii hominum,' non in muneribus, quia 'munera excoecant corda prudentium et subvertunt verba iustorum,' non in adolatione,[a] nec in consideratione personae, sicut in deuteronomio dictum est: 'quod iustum est iudicate; sive civis sit ille, sive peregrinus, nulla sit distantia personarum, quia Dei iudicium est.' Primo namque *in iudicio diligenter discernatur* lex a sapientibus populi composita, ne per ignorantiam a via veritatis erret. Et dum ille rectum intellegit iudicium, caveat ne declinet, aut per adulationem aliquorum aut per amorem cuiuslibet amici aut per timorem alicuius potentis aut propter praemium, a recto iudicio; *rectum autem* et honestum videtur, ut iudices ieiuni causas audiant et discernant.

61. *De periuriis.* Habemus in lege, Domino praecipiente: 'non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui,' et 'ne assumes nomen domini Dei tui in vanum.' Ideo omnino ammonendi sunt omnes diligenter, ut caveant periurium, non solum in sancto euangelio vel in altari seu in sanctorum reliquiis, sed et in communi loquela; quia sunt aliqui qui per caritatem et veritatem iurant et cavent se a iuramento nominis Dei et nesciunt, quod idem est Deus quod est caritas et veritas, dicente Iohanne apostolo, quia 'Deus caritas est'; item ipse Dominus in euangelio: 'ego sum via et veritas'; ideo qui in veritate et caritate iurat, in Deo iurat. Item cavendum est, ne pharisaica superstitione aliquis plus aurum honoret quam altare, ne dicat ei Dominus: 'stulte et coece, quid est maius, aurum an altare, quod sanctificat aurum?' Sed et nobis honestum videtur, ut qui in sanctis habet iurare hoc ieiunus faciat cum omni honestate et timore Dei; et sciat, se rationem redditurum Deo *unusquisque vestrum,* ubicumque sit, sive intra ecclesiam, sive extra ecclesiam. Et ut parvuli, qui sine rationabili aetate sunt non cogantur iurare. Et qui semel periuratus fuerit, nec testis sit posthaec nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa vel alterius iurator existat.

62. *De auguriis vel aliis maleficiis.* Habemus in lege Domini mandatum: 'non auguriamini'; et in deuteronomio: 'nemo sit qui ariolos sciscitetur vel somnia observet vel ad auguria intendat'; item: 'nemo sit maleficus nec incantator nec phitonis consulator'. Ideo praecipimus, ut nec cauculatores nec incantatores nec tempestarii vel obligatores fiant; et ubicumque sunt, emendentur vel damnentur. Item de arboribus vel petris vel fontibus, ubi aliqui stulti luminaria vel alias observationes faciunt, omnino mandamus, ut iste pessimus usus et Deo execrabilis, ubicumque invenitur, tollatur et destruatur.

63. *De odio vel invidia.* Praedicari necesse est, quantum malum sit odium vel invidia. In lege *enim* scriptum est: 'non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum'; item Iohannes euangelista: 'qui odit fratrem suum, homicida est'; item in euangelio: 'si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum' *et reliqua.*

64. *Item de avaritia et concupiscentia.* De avaritia autem apostolum legimus dicentem: 'avaritia, quae est idolorum servitus, cavenda.' De concupiscentia *vero* legitur, quod radix sit omnium malorum; et in lege: 'non concupisces rem proximi tui.'

65. *De honore parentum.* Hoc cum magno studio *ammonendum est,* ut filii honorent parentes suos; quia ipse Dominus dicit: 'honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram quam dominus Deus tuus dabit tibi.'[b]

a) oblatione *codd. plerique.* b) *Codd. Par.* 9654 *et Vat. Pal.* 582 *hic supplent ex admonitione Aquisgranensi* (789) *capita* 67.68 *ab Ansegiso omissa:* Item ut homicidia infra patriam, sicut in lege Domini interdictum est, nec causa ultionis nec avaritiae nec latrocinandi fiant; et ubicumque inventa fuerint, a iudicibus nostris secundum legem ex mandato nostro vindicent; et non occidatur homo, nisi lege iubente. — Item furta et iniusta conubia necnon et falsa testimonia, sicut saepe rogavimus, prohibete diligenter, sicut et lex Domini prohibet.

66. *De fide presbyterorum ab episcopis discutienda.* Ut episcopi diligenter discutiant per suas parrochias *presbyterorum* fidem, baptisma catholicum et missarum celebrationes, ut fidem rectam teneant et baptisma catholicum observent et missarum preces bene intellegant, et ut psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur et dominicam orationem ipsi intellegant et omnibus praedicent intellegendam, ut quisque sciat quid petat a Deo; et ut 'Gloria Patri' cum omni honore apud omnes cantetur; et ipse sacerdos cum sanctis angelis et populo Dei communi voce 'Sanctus, Sanctus, Sanctus' decantet. Et omnimodis dicendum est presbyteris et diaconibus, ut arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei quam in armis.

67. *De honore ecclesiae.* Placuit nobis ammonere, ut unusquisque *episcopus* videat per suam parrochiam, ut ecclesia Dei suum habeat honorem, simul et altaria secundum suam dignitatem venerentur, et non sit domus Dei et altaria sacrata pervia canibus, et ut vasa sacrata Deo magna veneratione habeantur, et ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt, *et* cum honore serventur;[a] et ut secularia negotia vel vaniloquia in ecclesiis non agantur, quia domus Dei domus orationis debet esse, non spelunca latronum; et intentos habeant animos ad Deum, quando veniunt ad missarum sollemnia, et ut non exeant ante completionem benedictionis sacerdotalis.

68. *De ministris altaris et de scola.* Sed et hoc flagitamus vestram almitatem, ut ministri altaris Dei suum ministerium bonis moribus ornent, seu alii canonici *observent eorum* ordines, vel monachi *propositum* consecrationis; obsecramus, ut bonam et probabilem habeant conversationem, sicut ipse Dominus in euangelio praecepit: 'sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in coelis est', ut eorum bona conversatione multi protrahantur ad servitium Dei, et non solum servilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios aggregent sibique socient. Et ut scolae legentium puerorum fiant. Psalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per singula monasteria vel episcopias et libros catholicos bene emendate[b]; quia saepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, sed per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros non sinite eos vel legendo vel scribendo corrumpere; et si opus est euangelium et psalterium et missale scribere, perfectae aetatis homines scribant cum omni diligentia.

69. *De voto monachorum et de clericatu.* Simul et hoc rogare curavimus, ut omnes ubicumque qui se voto monachicae vitae constrinxerunt monachice et regulariter omnimodis secundum votum suum vivant, secundum quod scriptum est: 'vota vestra reddite domino Deo vestro,' et iterum: 'melius est non vovere, quam *vovere et* non reddere.' Et ut ad monasteria venientes, secundum regularem ordinem primo in pulsatorio probentur et sic accipiantur. Et qui ex seculari habitu in monasteria veniunt, non statim foras ad ministeria monasterii mittantur, antequam intus bene erudiantur. Et ut monachi ad secularia placita non vadant. Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus ut illi canonice secundum suam regulam omnimodis vivant, et episcopus eorum regat vitam, sicut abba monachorum.[c]

70. *De susceptione hospitum.* Venerabile *enim* videtur, ut hospites et peregrini, et pauperes susceptiones regulares et canonici[d] per loca diversa habeant; quia ipse Dominus dicturus erit in remuneratione magni diei: 'hospes eram, et suscepistis me'; et

a) serviant *codd. multi.* b) emendatos *vel* emendent *alii codd.* c) *Codd. Vat. Pal.* 582 *et Par.* 9654. 18239 *inserunt hic ex admonit. Aquisgr.* (789) *caput* 74 *ab Ansegiso omissum:* Ut aequales mensuras et rectas et pondera iusta et aequalia omnes habeant sive in civitatibus sive in monasteriis sive ad dandum in villis (illis) sive ad accipiendum, sicut in lege Domini praeceptum habemus et in Salomone: 'pondus et pondus, mensuram et mensuram odit anima mea.' d) *Rectam lectionem* canonicas *solus Scafhusanus codex habet.*

apostolus hospitalitatem laudans dixit: 'per hanc quidam placuerunt Deo, angelis hospitio susceptis.'

71. *De abbatissis contra morem ecclesiae Dei facientibus.* Auditum est, aliquas abbatissas contra morem sanctae Dei ecclesiae benedictiones *et* manus impositiones et signacula sanctae crucis super capita virorum dare, necnon et velare virgines cum benedictione sacerdotali. Quod omnino *a* vobis, sanctissimi patres, in vestris parrochiis *illis* interdicendum esse scitote.

72. *De clericis qui se fingunt esse monachos.* Ut illi clerici, qui se fingunt habitu vel nomine monachos esse, et non sunt, omnimodis videtur corrigendos[a] atque emendandos esse,[a] ut vel[b] veri monachi sint vel veri canonici.

73. *De pseudographiis et dubiis narrationibus.* Pseudographiae et dubiae narrationes, vel quae omnino contra fidem catholicam sunt, *ut* epistola pessima et falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes et in errorem alios mittentes quod de coelo cecidisset, nec credantur nec legantur sed comburantur, ne in errorem *pro* tali scripto populus mittatur. Sed soli canonici libri et catholici tractatus et sanctorum *auctoritas et* dicta legantur et tradantur.

74. *De cantu Romano a monachis peragendo. Monachi* ut cantum Romanum pleniter et ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant, secundum quod beatae memoriae genitor noster Pippinus rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum *cantum* tulit ob unanimitatem apostolicae sedis et sanctae Dei aecclesiae pacificam concordiam.

75. *De operibus servilibus, quae diebus dominicis non sunt agenda.* Statuimus quoque secundum quod in lege Dominus praecepit, ut opera servilia diebus dominicis non agantur, sicut et bonae memoriae genitor meus in suis sinodalibus edictis mandavit, quod nec viri ruralia exerceant nec in vinea colenda nec in campis arando *nec in* metendo vel foenum secando vel sepem ponendo nec in silvis stirpando vel arbores caedere vel in petris laborare nec domos struere; nec in horto laborent nec ad placita conveniant nec venationes exerceant. Sed[c] tria carraria opera licet fieri in die dominico, id est hostilia carra vel victualia *et* si forte necesse erit corpus cuiuslibet duci ad sepulchrum. Item feminae opera textilia non faciant nec capulent vestitos, nec consuant vel acupictile[d] faciant,[d] nec lanam carpere nec linum battere nec in publico vestimenta lavare nec berbices tondere habeant licitum; ut omnimodis *bonorum* requies die dominico *persolvatur.* Sed ad missarum sollemnia ad ecclesiam undique conveniant et laudent Deum pro omnibus bonis quae nobis in illa die fecit.

76. *De praedicatione episcopi vel presbyterorum.* Sed et vestrum videndum est, dilectissimi et venerabiles pastores et rectores ecclesiarum Dei, ut presbiteri quos mittitis per parrochias vestras ad regendum et praedicandum per ecclesias populum Deo servientem, ut recte et honeste praedicent; et non sinatis nova vel non canonica aliquos ex suo sensu et non secundum scripturas sacras fingere et praedicare populo. Sed et vosmetipsi utilia *honeste et recte,* et quae ad vitam ducunt aeternam praedicate aliosque instruite, ut haec eadem praedicent.

Primo omnium praedicandum est omnibus generaliter, ut credant Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse Deum omnipotentem, aeternum, invisibilem, qui creavit coelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt, et unam esse deitatem et substantiam et maiestatem in tribus personis Patris et Filii et Spiritus sancti.

Item praedicandum est, quomodo filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto et Maria semper virgine pro salute et reparatione humani generis, passus, sepultus et tertia die resurrexit et ascendit in coelos, et quomodo iterum venturus sit in maiestate divina, iudicare omnes homines secundum merita propria; et quomodo impii propter

a) corrigantur atque corrigantur *multi codd.* b) illi *codd. complures.* c) Et *Scaffhus. Schlettst. Bamb.* d) *ita admonitio* 789; acupiculae *(vel similiter)* fiant *codd. Ans. fere omnes.*

scelera sua cum diabolo in ignem aeternum mittentur, et iusti cum Christo et cum sanctis angelis suis in vitam aeternam.

Item diligenter praedicandum est, *se resurrectionem mortuorum accepturos.*

Item cum omni diligentia cunctis praedicandum est, pro quibus criminibus *deponuntur* cum diabolo in aeternum supplicium. Legimus enim apostolo dicente: 'manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, irae, rixae, dissensiones, haereses, sectae, invidiae, homicidia, ebrietates, commessationes, et his similia: quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non *consequentur.*' Ideo haec eadem, quae magnus praedicator ecclesiae Dei singillatim nominavit, cum omni studio *prohibeantur;* intellegentes, quam sit terribile illud quod dixit, '*quoniam* qui talia agunt, regnum Dei non *possidebunt.*'

Sed et omni instantia ammonete eos de dilectione Dei et proximi, de fide et spe in Deo, de humilitate et patientia, de castitate et continentia, de benignitate et misericordia, de eleemosinis et confessione peccatorum suorum, et ut debitoribus suis secundum dominicam orationem sua debita dimittant, scientes certissime, quod qui talia agunt regnum Dei possidebunt.

Et hoc ideo diligentius iniungimus vestrae caritati, quia scimus temporibus novissimis pseudodoctores esse venturos, sicut ipse Dominus in euangelio praedixit et apostolus Paulus ad Timotheum testatur. Ideo, dilectissimi, toto corde praeparemus nos in scientia veritatis, ut possimus contradicentibus veritati resistere, et divina donante gratia verbum Dei crescat et currat et multiplicetur in profectum sanctae Dei ecclesiae et salutem animarum nostrarum et laudem et gloriam nominis domini nostri Iesu Christi. Pax praedicantibus, gratia obedientibus, gloria domino nostro Iesu Christo. Amen.

77. *De rebus ecclesiae.* Quia[a] iuxta sanctorum patrum traditionem novimus 'res ecclesiae vota esse fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum,' cuique non solum habita conservare, verum etiam multa Deo opitulante conferre optamus. Tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus illius suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus ut neque nostris neque filiorum et Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus divisionem aut iacturam patiatur.[b]

78. *De episcopis eligendis.* Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, adsensum ordini ecclesiastico praebuimus, ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diocesi, remota personarum et munerum acceptione, ob vitae meritum et sapientiae donum eligantur, ut exemplo et verbo sibi subiectis usquequaque prodesse valeant.[c]

79. *De dictis patrum congestis pro canonica professione, quia dehonestabatur.* Quia vero canonica professio a multis partim ignorantia, partim desidia dehonestabatur, operae pretium duximus, Deo annuente apud sacrum conventum ex dictis sanctorum patrum velut ex diversis pratis quosdam vernantes flosculos carpendo in unam regulam

a) *In cod. Par.* 4628 A. *et rec. manu in cod. Par.* 10758 *ante hoc capitulum leguntur haec:* Tempore Adriani papae et Karoli Magni imperatoris, quando Paulinus episcopus tenuit vices apostolicae sedis, in Aquis fuit factum istud capitulum propter hoc quia laici homines volebant dividere episcopia et monasteria ad illorum opus et non remansisset ulli episcopo nec abbati nec abbatissae nisi tantum ut velut canonici et monachi viverent. *Cfr. supra in praef. ad Anseg. pag.* 387. b) *Codex Schaffhus. post hoc caput, cod. vero Bonnensis post cap.* 72 *addit:* Illud etiam quod in decretis papae Gelasii est adnecti placuit, ut facultates ecclesiae necnon et dioceseos ab illis a quibus possidentur episcopis iure sibi vendicent, quas tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum et principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro hoc interpellare, quod legum tempus exclusit. *Gelasii I. epist.* 10, *c.* 1. *Cfr. Ben. Lev. III,* 248. c) *In cod. Monac. olim Frising. hic subiunguntur capita duo Olonnensia supra pag.* 316. *c.* 1. 2 *edita.*

canonicorum et canonicarum congerere et canonicis vel sanctimonialibus servandam contradere, ut per eam canonicus ordo absque ambiguitate possit servari. Et quoniam illam sacer conventus ita etiam laudibus extulit, ut usque ad unum iota observandam percenseret, statuimus ut ab omnibus in eadem professione degentibus indubitanter teneatur et modis omnibus sive a canonicis sive a sanctimonialibus canonice degentibus 5 deinceps observetur.

80. *De conlatis ecclesiae dividendis.* Statutum est ut, quicquid tempore imperii nostri a fidelibus ecclesiae sponte conlatum fuerit, in ditioribus locis duas partes in usus pauperum, tertiam in stipendia cedere clericorum aut monachorum, in minoribus vero locis aeque inter clerum et pauperes fore dividendum; nisi forte a datoribus, ubi specia- 10 liter dandae sint, constitutum fuerit.

81. *De abbatibus eligendis.* Monachorum siquidem causam, qualiter Deo opitulante ex parte disposuerimus, et quomodo ex se ipsis sibi eligendi abbates licentiam dederimus et qualiter Deo opitulante quieti vivere propositumque indefessi custodire valerent ordinaverimus, in alia scedula diligenter adnotari fecimus; et ut apud succes- 15 sores nostros ratum foret et inviolabiliter conservaretur, confirmavimus.

82. *De ordinatione servorum.* De servorum vero ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promovebantur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere; et statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere praesumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. 20 Et si quilibet servus dominum suum fugiens, aut latitans aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis aut qualibet calliditate vel fraude, ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur, et dominus eius eum recipiat. Si vero avus vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem provincia filium genuerit, et ipse filius ibidem educatus et ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit et utrum servus sit ignora- 25 verit, et postea dominus eius veniens legibus eum adquisierit, sancitum est ut, si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat; si vero eum catena servitutis a castris dominicis extrahere voluerit, gradum amittat: quia iuxta sacros ordines vilis persona manens sacerdotii dignitate fungi non potest. De rebus vero illorum vel peculiare qui a propriis dominis libertate donantur, ut ad gradus ecclesiasticos iure 30 promoveantur, statutum est, ut in potestate dominorum consistat, utrum illis concedere an sibi vindicare velint; ceterum si post ordinationem aliquid adquisierint, illud observetur quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est. De ecclesiarum vero servis communi sententia decretum est, ut archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem, suffraganei vero illorum exemplar illius penes se habeant. 35 Et quandocumque de familia ecclesiae utilis inventus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, et coram sacerdotibus vel coram fidelibus laicis ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur et tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur. Similiter quoque de his agendum est, quos laici de familia ecclesiarum ad sacros ordines promo- 40 vere voluerint; sed et de his quos praepositi canonicorum aut monachorum ordinandos expetiverint eadem forma servanda est.

83. *De personis, a quibus non sunt res accipiendae.* Statutum est, ut nullus quilibet ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere praesumat, quarum liberi aut propinqui hac inconsulta oblatione possint rerum propriarum exheredari. Quodsi 45 aliquis deinceps hoc facere temptaverit, a sinodali vel imperiali sententia modis omnibus feriatur.[a]

84. *De presbyteris constituendis.* Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu

a) *Nonnulli codices a Baluzio adhibiti supplent hoc loco caput octavum supra pag.* 277 *editum, quod Ansegisus seu proprio seu codicis, cuius usum fecit, errore ductus omisit. Cfr. supra pag.* 389. *lin.* 30. 50

episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur; et si laici clericos probabilis vitae et doctrinae episcopis consecrandos suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos reiciant.

85. *De mansis uniuscuiusque ecclesiae.* Sancitum est, ut unicuique ecclesiae unus 5 mansus integer absque servitio alio adtribuatur, et presbyteri in eis constituti non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atriis vel ortis iuxta ecclesiam positis neque de praescripto manso aliquod servitium faciant praeter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum servitium impendant.

10 86. *De*[a] *presbyteris uniuscuiusque ecclesiae.* Statutum est, postquam hoc impletum fuerit, ut unaquaeque ecclesia suum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente episcopo permiserit.

87. *De villis novis et ecclesiis in eis noviter constitutis.* Sancitum est de villis novis et ecclesiis in eis noviter constitutis, ut decimae de ipsis villis ad easdem aeccle-15 sias conferantur.

88. *De sacris vasis ecclesiae in pignus datis.* De sacris vasis ecclesiae quae in pignus a nonnullis in quibusdam locis dari comperimus, inhibitum est ne deinceps a quoquam fieri praesumatur, nisi solummodo necessitate redimendorum captivorum compellente.

20 89. *De ecclesiis destructis vel de nonis et decimis.* De ecclesiis sane destructis vel de nonis et decimis sive de claustris canonicorum, qualiter constitui et ordinari a[b] nobis placuerit, aliis capitulis subter adnotavimus.

90. *De ecclesiarum honore.* Sed et de ecclesiarum honore, quomodo Deo adiuvante, quantum in nobis est, vigeat, similiter in subter adnotatis capitulis insertum esse 25 dinoscitur.

91. *De episcopis Italiae.* De episcopis vero in Langobardia constitutis, qui ab his quos ordinabant sacramenta et munera contra divinam et canonicam auctoritatem accipere vel exigere soliti erant, modis omnibus inhibitum est ne ulterius fiat; quia iuxta sacros canones uterque gradu proprio talia facientes decidi debent.

30 92. *De presbyteris qui feminas in domibus habent.* Statutum est ab episcopis de presbyteris qui feminas secum indiscrete habitare permittunt et propter hoc malae opinionis suspicione denotantur, ut si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum canonica invectione feriantur.

93. *De presbyteris qui pro chrismate in coena Domini veniebant.* De presbyteris 35 qui accipiendi chrismatis gratia ad civitates in coena Domini venire soliti erant sancitum est, ut de his qui longe positi sunt de octo vel decem unus ab episcopo eligatur, qui acceptum chrisma sibi et sociis diligenter perferat; hi vero qui non longius a civitate quam quatuor aut quinque milibus habitant more solito ad accipiendum chrisma per se veniant. Discendi vero gratia alio, non quadragesimae, tempore ad civitates 40 convocentur.

94. *De praedicatione et confirmatione episcoporum.* Ne vero episcopi occasione praedicandi aut confirmandi oneri essent populis, a nobis admoniti polliciti sunt, se deinceps hoc cavere velle et eo tempore suum ministerium, in quantum facultas dabitur, exsequi, quo eorum profectio, quantum in illis erat, his quibus prodesse possunt 45 et debent non sit importuna vel onerosa.

95. *De pueris tondendis et puellis velandis.* Ne pueri vero sine voluntate parentum tonsorentur vel puellae velentur, modis omnibus inhibitum est; et qui hoc facere

a) *Hoc caput omittunt codd. Goth*[b.] *Sang.* 728. *Vat. Pal.* 583. *Vat. Chr.* 974. b) a *om. cod. Goth*[b.], *item capitulare genuinum supra pag.* 278, *c.* 14.

temptaverit, multam quae in capitulis legis mundanae a nobis constitutis continetur persolvere cogatur.

96. *De feminis viros amittentibus.* De feminis quae viros amittunt placet, ne se sicut hactenus indiscrete velent, sed ut triginta dies post decessum viri sui expectent et post tricesimum diem per consilium episcopi sui, vel si episcopus absens fuerit consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque parentum atque amicorum id quod eligere debent eligant. Et quia a sacro conventu rogati, ut hi qui publicam gerebant poenitentiam et feminae quae viros amittebant nostra auctoritate, donec deliberent quid agant, tuerentur, specialiter pro his capitula fieri et legis mundanae capitulis inserenda decrevimus.

97. *De raptis et de earum raptoribus.* De raptis vero et de raptoribus, quamquam specialiter decrevissemus quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere temptaverint, quid tamen super his sacri canones praecipiunt hic inserendum necessarium duximus; quatenus omnibus pateat quantum malum sit, et non solum humana sed etiam divina auctoritate constricti, abhinc hoc malum caveatur.

98. *De puellis raptis necdum desponsatis.* De puellis raptis necdum desponsatis in concilio Chalcedonensi, ubi DCXXX patres fuerunt, capitulo XXVII.[a] ita habetur: 'Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi cooperantes et conibentes[b] raptoribus, decrevit sancta sinodus, siquidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur.' Quibus verbis aperte datur intellegi, qualiter huius mali auctores dampnandi sunt, quando participes et conibentes tanto anathemate feriuntur, et quod iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi iure vindicare nullatenus possunt.

99. *De desponsatis et ab aliis raptis.* De desponsatis puellis et ab aliis raptis ita in concilio Ancyrano, capitulo decimo, legitur: 'Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui et eis reddi, quibus ante fuerant desponsatae, etiamsi eis a raptoribus vis inlata constiterit.' Proinde statutum est a sacro conventu, ut raptor publica poenitentia multetur, raptae vero, si sponsus recipere noluerit et ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur; quodsi et ipsa consensit, simili sententia subiaceat. Quodsi post haec se coniungere praesumpserint, uterque anathematizentur.[c]

100. *De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.* De his vero qui sacris virginibus se sociant ita in decretis papae Gelasii capitulo XX. continetur: 'Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum Deo propositum incesta foedera sacrilegaque miscere; quos protinus aequum est a sacra communione detrudi et, nisi publicam probatamque egerint poenitentiam, omnino non recipi; aut his certe viaticum de seculo transeuntibus, si tamen poenituerint, non negetur.' Si vero de copulatione sacrarum virginum tam severe feriuntur, quanto severius feriendi sunt qui eas rapiunt! Ideo, sicut praemissum est, necesse est ut ab omnibus in christiana religione consistentibus rigore auctoritatis divinae vel humanae hoc malum radicitus amputetur.

101. *De puellis quo tempore velentur.* Ne vero puellae indiscrete velentur, placuit nobis etiam de sacris canonibus, qualiter observandum sit, hic *inferre de* tempore velandarum puellarum. In Africano[d] concilio capitulo XVI. continetur, ut non ante XXV annos consecrentur. Item in eodem concilio, capitulo XCIII. de virginibus velandis ita continetur: 'Item placuit, ut quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiae virginalis, cum vel petitor potens vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus

a) *ita recte cod. Weissenaug., plerique* XXXVIII, *alii alium falsum numerum allegant.* b) conniventes *intellige.* c) *codd. Par.* 4638. 10758, *Middlehill* 1762, *Bamb. addunt hic aliud de sponsa rapta capitulum supra pag.* 315. *c.* 1 *editum.* d) Carthaginensi *Goth*[a].

parentibus aut his ad quorum curam pertinet velaverit virginem, seu velavit ante XXV annos aetatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.' Unde colligitur, quia iuxta priorem sanctionem virgines XXV. aetatis suae anno rite consecrandae sint; quod si praemissae necessitates ante id fieri compellant, nullum possit episcopo adferre praeiudicium *consecrationis*.[a]

102. *De examinatione sanctae crucis non facienda.* Sancitum est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere praesumat; ne Christi *passio, quae est glorificatio*, cuiuslibet temeritate contemptui habeatur.

103. *De pabulo verbi divini nuntiando.* Episcopos[b] vero — ut[b] sive per se sive per vicarios pabulum verbi divini sedulo populis adnuntient, (quia, ut ait beatus Gregorius, iram contra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine praedicationis sonitu incedit); et ut clerum sibi commissum in sobrietate et castitate nutrirent divinisque officiis imbuerent, qui rite ad sacrosanctos ecclesiasticos ordines promoveri possint; et ut operam dent, quatenus presbyteri missalem et lectionarium sive caeteros libellos sibi necessarios bene correctos habeant; et qualiter ecclesias destructas sibi pertinentes iuxta vires emendent; qualiter etiam viduas diligenter instruant, quomodo etiam secundum apostolicam auctoritatem conversari debeant, edoceant; et ut superstitiones quas quibusdam in locis in exequiis mortuorum nonnulli faciunt eradicent; et ut exemplo suae innocentiae alios ad bene vivendum provocent, et cunctis ecclesiasticis negotiis, quantum Dominus iuvaverit, totis viribus consulere satagant — diligenter admonuimus. Et ut id liberius exequi valeant, nos, in quantum Dominus posse dederit, opem ferre modis omnibus optamus.

104. *De incestis nuptiis et ecclesiis dividendis.* Nonnulla vero capitula, sicut de incestis nuptiis, necnon et de ecclesiis quae inter coheredes dividuntur et tali occasione proprio honore carent, sive de his ecclesiis quae nimium rebus propriis sunt adtenuatae, vel certe de his rebus quae nuper necessitate compellente a nonnullis ecclesiis sunt ablatae, et si qua sunt alia sive in ecclesiasticis sive in publicis rebus emendatione digna, quae pro temporis brevitate efficere nequivimus, in tantum differendum illud dignum iudicavimus, donec Domino favente consultu fidelium facultas nobis id *definiendi* ab eo tribuatur. Inventa vero, ut Deo opitulante effectum obtineant per tempora, hic[c] inserenda censuimus.[c]

105. *De scriptoribus.* De[d] scribis, ut[d] non vitiose scribant.

106. *De servis propriis vel ancillis.* De servis propriis vel ancillis, ut non amplius tondeantur vel velentur nisi secundum mensuram, et ut ibi satis fiat et villae non sint desolatae.

107. *De congregationibus.* De congregationibus superfluis ut nullatenus fiant; sed tantos congreget, quantis consilium dare potest.

108. *De pulsantibus.* De his qui non fiunt secundum regulam pulsati, ut deinceps emendentur et pulsentur[e] secundum regulam.

109. *De infantulis puellis quando velentur.* Ut infantulae aetatis puellae non velentur, antequam illae eligere sciant quid velint,[f] salva canonica auctoritate.

110. *De praepositis monachorum.* Ut laici non sint praepositi monachorum infra monasteria, nec archidiaconi sint laici.

111. *De incestuosis.* De incestuosis, ut canonice examinentur, et nec propter alicuius amicitiam quidam relaxentur, quidam vero constringantur.

112. *De fame, clade et pestilentia, si venerit.* De hoc si evenerit fames, clades,

a) *Cod. Monac. olim Frising. hic inserit capita* 3. 4. 5 *supra pag.* 317 *edita.* b) *ita codd. fere omnes;* Episcopi vero *edid. Pertz.* c) iam emendata atque correcta ac restituta scriptis confirmare obtamus *cod. Goth*[b]. d) Iubemus ut scriptores quique *Goth*[a]. *Vat. Pal.* 583. *Vat. Chr.* 974. *Par.* 18237. e) pulsent *codd. plerique.* f) et pulsentur *add. Sang. et complures Baluzii codd.*

pestilentia *et* inaequalitas aeris vel alia qualiscumque tribulatio, ut non expectetur edictum nostrum, sed statim deprecetur Dei misericordia. Et in praesenti anno de famis inopia, ut suos quisque adiuvet prout potest et suam annonam non nimis care vendat; et ne foris imperium nostrum vendatur aliquid alimoniae.

113. *De fugitivis clericis sive laicis.* De fugitivis clericis vel laicis sive etiam feminis, sicut in alio capitulari praecepimus ita servetur.

114. *De liberis hominibus ad servitium Dei se tradentibus.* De liberis hominibus, qui ad servitium Dei se tradere volunt, ut prius hoc non faciant quam a nobis licentiam postulent. Hoc ideo, quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis hoc fecisse, quam *pro* exercitu seu alia functione regali fugienda, quosdam vero cupiditatis causa ab his qui res illorum concupiscunt circumventos audivimus, et hoc ideo fieri prohibemus.

115. *De oppressione pauperum.* De oppressione pauperum liberorum hominum, ut non fiant a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideo haec et supra et hic de liberis hominibus diximus, ne forte parentes eorum contra iustitiam fiant exheredati et regale obsequium minuatur, et ipsi heredes propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut saepius non fiant manniti ad placita, nisi sicut in alio capitulari praecepimus ita servetur.

116. *De missis qui per civitates et monasteria mittuntur.* Ut missi per singulas civitates et monasteria virorum et puellarum praevideant, quomodo aut qualiter in domibus ecclesiarum et ornamentis ecclesiae emendatae vel restauratae esse videntur, et diligenter inquirant de conversatione singulorum, vel quomodo emendatum habeant quod iussimus de eorum lectione et cantu ceterisque disciplinis ad ordinem aecclesiasticae regulae pertinentibus.

117. *De thesauris ecclesiasticis.* Ut singuli episcopi, abbates, abbatissae diligenter considerent thesauros ecclesiasticos, ne propter perfidiam aut negligentiam custodum aliquid de gemmis aut de vasis *vel de* reliquo quoque thesauro perditum sit, quia dictum est nobis, quod negotiatores Iudaei necnon et alii gloriantur, quia quicquid eis placeat possint ab eis emere.

118. *De mendicis discurrentibus.* De mendicis qui per patrias discurrunt volumus, ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat et non permittat alicubi ire mendicando; et ubi tales inventi fuerint, *sibi*[a] manibus laborent, nullus[b] quicquam eis tribuere praesumat.

119. *De usura.* Usura est ubi amplius requiritur quam datur; verbi gratia si dederis solidos decem et amplius requisieris; vel si dederis modium *vini,* frumenti et iterum super aliud exigeris.

120. *De cupiditate in bonam partem.* Cupiditas in bonam partem accipi potest et in malam: in bonam iuxta apostolum: 'cupio dissolvi et esse cum Christo', et in psalmo: 'concupivit anima mea in atria Domini'.

121. *Item de cupiditate in malam partem.* Cupiditas vero in malam partem accipitur, *si quis* supra modum res quaslibet iniuste appetere vult, iuxta Salomonem: 'post concupiscentias tuas non eas.'

122. *Item de avaritia.* Avaritia est alienas res appetere et adeptas nulli largiri; et iuxta apostolum haec est 'radix omnium malorum.'

123. *De turpibus lucris.* Turpe lucrum exercent, qui per varias circumventiones lucrandi causa inhoneste res quaslibet congregare decertant.

124. *De foenore.* Foenus est, qui aliquid praestat; Iustum foenus est, qui amplius non requirit, nisi quantum praestitit.

a) qui sibi *Bamb. et Weissenaug.;* ut sibi *Goth*[a]. b) nullusque *c. Scaffhus.*

125. *De emptione tempore messis causa cupiditatis et turpis lucri.* Quicumque enim tempore messis vel tempore vindemiae non necessitate sed propter cupiditatem comparat annonam aut vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum et servat usque dum venundari possit contra denarios quatuor aut sex seu amplius, hoc 5 turpe lucrum dicimus; si hoc propter necessitatem comparat, ut sibi habeat et aliis tribuat, negotium dicimus.

126. *De hoc si per plurima loca fames fuerit.* Consideravimus itaque, quia per plurima loca fames valida esse videtur, ut omnes episcopi, abbates, abbatissae, optimates et comites seu domestici et cuncti fideles, qui beneficia regalia tam de rebus ecclesiasti-10 cis quamque et de reliquis habere videntur, ut unusquisque de suo beneficio suam familiam nutricare faciat et de sua proprietate propriam familiam nutriat; et si Deo donante super se et super familiam suam aut in beneficio aut in alode annonam habuerit et venundare voluerit, non carius vendat nisi modium de avena denarios duos, modium de ordeo contra denarios tres, modium unum de sigile contra denarios quatuor, 15 modium unum de frumento parato contra denarios sex. Et ipse modius sit, quem omnibus habere constitutum est. *Et*[a] unusquisque habeat aequam mensuram et aequales modios.

127. *De synodis, qualiter fiant.* Ut per singulos annos synodus bis fiat.

128. *De metropolitanis episcopis.* Ut nequaquam inter duos metropolitanos pro-20 vincia dividatur.

129. *De episcopis, quot sint in una civitate.* Ne in una civitate duo sint episcopi.

130. *De ordinatione episcoporum.* Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differre.

131. *De stabilitate episcoporum vel clericorum.* Ne de uno loco ad alia transeat 25 episcopus sine decreto episcoporum, vel clericus sine iussione episcopi sui.

132. *De communicatione fidelium.* Ut omnes fideles communicent et ad missas perexpectent *sine alia* deprecatione.

133. *Canones*[b] *sancti Silvestri et CCLXXXIV episcoporum*[b] *de presbyteris, diaconibus et reliquis ex clero.* Fecit hos gradus in gremio synodi, ut non presbiteri ad-30 versus episcopum, non diacones adversus presbiterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolitus adversus subdiaconem, non exorcista adversus acolitum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non dampnabitur praesul sine LXXII testibus; neque praesul summus a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: 'non est discipulus super magistrum.' Presbyter autem, 35 nisi in quadraginta quatuor testimoniis, non damnabitur. Diaconus autem cardine constitutus in urbe Roma, nisi XXXVII non condemnabitur; subdiaconus, acolitus, exorcista, lector, nisi, sicut scriptum est, in septem testimoniis filios habentes et uxores et omnino Christum praedicantes. Sic datur mystica veritas.

144. *De confugio ad ecclesiam.* Si quis ad aecclesiam confugium fecerit, in atrio 40 ipsius ecclesiae pacem habeat, nec sit ei necesse ecclesiam ingredi, et nullus eum inde per vim abstrahere praesumat; sed liceat ei confiteri quod fecit et inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publico producatur.

135. *De his qui ad casam Dei res tradere voluerint.* Qui res suas pro anima sua ad casam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat coram testibus legitimis; et 45 quae in hoste factae sunt traditiones, de quibus nulla est quaestio, stabiles permaneant. Si vero aliquis alii res suas tradiderit et in hostem profectus fuerit, et ille cui res traditae sunt interim mortuus fuerit, qui res tradidit, cum reversus fuerit, adhibitis

a) ut *Goth*[b]. b) Canones.... episcop. *in plurimis codd. seu desunt seu post* clero *posita sunt; cfr. et indicem capitulorum.*

testibus coram quibus traditio facta est res suas recipiat; si autem et ipse mortuus fuerit, heredes eius legitimi res traditas recipiant.

136. *De ordinatione presbyterorum.* Ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. Et ut excommunicationes passim et sine causa non fiant.

137. *De conversione liberi hominis.* Ut liber homo, qui in monasterio regulari comam deposuerit et res suas ibidem delegaverit, promissionem factam secundum regulam firmiter teneat.

138. *De non cogendo bibere.* Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum.

139. *De mercato.* Ut mercatus die dominico in nullo loco habeatur.

140. *De presbyteris, qualiter introitum ecclesiae consequantur.* Ut nullus presbyter ad introitum ecclesiae exenia donet.

141. *De presbyteris, a quibus per ecclesias constituantur.* Ut nullus laicus presbyterum in ecclesia mittere vel eicere praesumat, nisi per consensum episcopi.

142. *De honore pro ecclesiis dando.* Ut episcopi praevideant, quem honorem presbyteri pro ecclesiis senioribus[a] tribuant.

143. *De decimis dispensandis.* Ut decimae in potestate episcopi sint, qualiter a presbyteris dispensentur.

144. *De ecclesiis vel altaribus.* Ut ecclesiae vel altaria melius[b] construantur.[b] Et nullus presbyter annonam vel foenum in ecclesia mittere praesumat.

145. *De*[c] *ecclesiis vel altaribus ambiguis.* Ut ecclesiae vel altaria, quae ambiguae sunt de consecratione, consecrentur.

146. *De linteis altaribus praeparandis.* Ut presbyteri per parrochias suas feminis praedicent, ut linteamina altaribus praeparent.

147. *De parrochianis alterius presbiteri.* Ut nullus presbyter alterius parrochianum, nisi in itinere fuerit vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat.

148. *De parrochia alterius presbyteri.* Ut nullus presbyter in alterius parrochia missam cantare praesumat, nisi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

146. *De termino ecclesiarum.* Ut terminum habeat unaquaeque aecclesia, de quibus villis decimas recipiat.

150. *De rebus presbyterorum.* Ut unusquisque presbyter res quas post diem consecrationis adquisierit proprias[d] ecclesiae relinquat.

151. *De poenitentibus non cogendis.* Ut nullus presbyter aut laicus poenitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare, nisi ad praesens pro ipso unum vel duos[e] denarios, iuxta qualitatem poenitentiae, dederit.

152. *De presbyteris a quibus se caveant.* Ut nullus presbyter cartas scribat nec conductor sui senioris existat.

153. *De sepultura, ubi non fiat.* Ut nullus deinceps in ecclesia mortuum sepeliat.

154. *De praedicatione vel capitulis presbyterorum.* Ut unusquisque presbyter capitula habeat de maioribus vel de minoribus vitiis, per quae cognoscere valeat vel praedicare subditis suis, ut caveant ab[f] insidiis[f] diaboli.

155. *De eucharistia.* Ut presbyter semper eucharistiam habeat paratam, ut, quando quis infirmaverit aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

156. *De ampullis duabus in coena Domini habendis.* Ut presbyter in coena Domini duas[g] ampullas secum deferat, unam ad chrismam, alteram ad oleum ad cathecu-

a) suis senioribus *codd. complur.* b) melius a presbyteris conserventur *cod. unus Vat.* c) *Hoc caput omittunt Goth*[b]. *Vat. Pal.* 583. *Vat. Chr.* 974. *Paris.* 18237. d) propriae *codd. complur.* e) aut tres *add. codd. complures.* f) a servitio *codd. complur.* g) tres *codd. multi.*

minos inunguendum vel[a] infirmos iuxta sententiam apostolicam; ut, quando quis infirmatur, inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini.

157. *De nonis et decimis.* Ut qui ecclesiarum beneficia habent, nonam et decimam ex eis ecclesiae cuius res sunt donent. Et qui tale beneficium habent, ut[b] ad[b] medietatem laborent, ut[c] de eorum portione proprio presbytero decimas donent.

158. *De festivitatibus in anno.* Hae sunt festivitates in anno quae per omnia venerari debent: natalis Domini, sancti Stephani, sancti Iohannis euangelistae, innocentum, octabas Domini, epiphania, octabas epiphaniae, purificatio sanctae Mariae, pascha dies octo, letania maior, ascensa Domini, pentecosten, sancti Iohannis baptistae, sancti Petri et Pauli, sancti Martini, sancti Andreae. De adsumptione sanctae Mariae interrogandum reliquimus.

159. *De admonitione sacerdotum.* Ut sacerdotes admoneant populum, ut elimosinam dent et orationes faciant pro diversis plagis quas assidue pro peccatis nostris patimur.

160. *De praedicatione ad plebem.* Ut ipsi sacerdotes unusquisque secundum ordinem suum praedicare et docere studeat plebem sibi commissam.

161. *De ebrietate.* De ebrietate, ut primo omnium seniores semetipsos exinde caveant et eorum iunioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant.

162. *De admonitione ad omnes.* Admonendi sunt omnes generaliter secundum euangelicam auctoritatem, ut sic luceant opera *eorum bona* coram hominibus, ut glorificent *Deum*, qui in coelis est.[d]

Explicit liber primus.[e]

Incipit praefatiuncula libelli secundi.[f]

Supra in primo libro capitula ecclesiastica quae domnus imperator Karolus fecit adunavi.[g] *In hoc vero ecclesiastica quae domnus Hludowicus caesar piissimus*[h] *et Hlotharius imperator filius ipsius ediderunt*[h] *descripsi*[i] *libello.*[i]

Incipiunt capitula.

1. *Praelocutio.*
2. *De divina providentia in constitutione domni imperatoris et de conservatione trium capitulorum.*
3. *De hoc quod admonitor fidelium domnus imperator sit, et omnes fideles adiutores ipsius.*
4. *De sacro ministerio episcoporum et de ammonitione domni imperatoris ad episcopos.*

a) tertiam ad *add. codd. nonnulli.* b) et ad, *vel* unde ad, *vel* ad *codd. nonnulli.* c) et de *nonn. codd.* d) *Codices Corbeiensis-Hamb.* 83, *Monac.* 3853, *Schlettst. et Paris.* 3878, *item Heroldi editio hic addunt decretalem Siricii* 4, *ita scilicet:* De coniugali velatione *(Rubr. om. c. Corb.).* De coniugali autem velatione *(corrig.:* violatione) requisisti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere? Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus; quia illa benedictio, quam nuptae sacerdos imponit apud fideles, cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. *Cfr. supra pag.* 57, *c.* 51. *In codice Paris.* 10758 *recentior manus addidit hic* caput 5 supra pag. 334 editum. e) *ita subscriptio in plurimis codicibus.* f) Incipit praefatio libri secundi salicae legis *cod. Schaffhus.* g) adunata sunt *codd. complures.* h) *ita codd. primae classis;* piissimus edidit, *om.* et Hl. imp. fil. ips., *codd. secundae classis.* i) adnotata sunt *codd. compl.*

5. *De admonitione domni imperatoris ad episcopos de sacerdotibus ad eorum curam pertinentibus et de scolis.*
6. *De admonitione ad comites pro utilitate sanctae Dei ecclesiae.*
7. *De admonitione ad laicos pro honore ecclesiastico conservando.*
8. *De admonitione ad abbates et laicos pro monasteriis ex regali largitate sibi commissis.*
9. *De admonitione ad episcopos, abbates et ad omnes fideles pro comitum adiutoriis.*
10. *De admonitione ad episcopos vel comites pro concordia ad invicem et cum caeteris fidelibus.*
11. *De admonitione ad omnes generaliter pro caritate et pace ad invicem.*
12. *De hoc quod unusquisque episcoporum vel comitum partem ministerii regalis habeat, et de testimonio ipsorun ad invicem.*
13. *De causa orta ad inhonorationem regni pertinente.*
14. *De pace in itinere exercitali custodienda.*
15. *De denuntiatione, ut qui in hostem pergunt, suos qui in suo obsequio sunt unusquisque cognoscat.*
16. *De inhonoratione regis propter neglegentiam eorum qui legationes male recipiunt.*
17. *De locis in quibus legationes recipiendae sunt.*
18. *De admonitione unius monetae.*
19. *De iniustis theloneis.*
20. *De pontibus ubi antiquitus fuerunt renovandis.*
21. *De nonis et decimis.*
22. *De operibus in restaurationem ecclesiarum adimplendis.*
23. *De comitibus, ut ministris ecclesiae in suis ministeriis adiutores sint.*
24. *De capitulis a cancellario palatii ab archiepiscopis et comitibus accipiendis.*
25. *De nominibus locorum, in quibus missi dominici legatione funguntur.*
26. *De commemoratione ad legationem praedictorum missorum pertinente.*
27. *De hoc quod per missos dominicos ea quae per capitula statuta sunt omnibus nota fieri debeant.* 5
28. *De admonitorio ad eos qui legatione funguntur.*
29. *De rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis.* 10
30. *De hoc quomodo liceat ad imperatorem res sancti loci transferri.*
31. *De orphanis et exhereditatis subveniendum.* 15
32. *De rebus pauperum vel minus potentum mala occasione non emendis.*[a]
33. *De festivitatibus anni.*
34. *De antiquis ecclesiis, ut honorem suum habeant.* 20
35. *De spiritalibus filiolis.*
36. *De hoc ut sacerdotes inreprehensibiles sint.*
37. *De hoc ut ab incestuosis et ab his qui decimas non dant et a presbyteris neglegenter viventibus wadii non accipiantur.* 25
38. *De discretione corporis et sanguinis dominici perceptione.*
39. *De hominibus diversarum conditionum et de his qui eis praelati sunt.* 30
40. *De feminis et abbatissis, quales sint quae monasteriis puellaribus praeferri debent.*
41. *De incestuosis et homicidis, sacerdotum admonitionibus aurem nolentibus accommodare.* 35
42. *De dominis subditorum admonendis.*
43. *De corporis Domini et sanguinis communicatione laicorum.*
44. *De eruditione filiorum a parentibus et patrinis.* 40
45. *De aecclesiis antiquitus constitutis.*
46. *De sepultura.*

Incipiunt praedicta capitula et eorum textus.

1. *Praelocutio.* Omnibus vobis aut visu aut auditu notum esse non dubitamus, 45 quia genitor noster et progenitores, postquam a Deo ad hoc electi sunt, in hoc prae-

a) *Codices Bamb. Par.* 4628 A. 4638. 10758 *hic inserunt rubricas:* 33. Qualiter iustitiae fiant pauperibus. 34. De illis hominibus qui iniustas querelas habent.

cipue studuerunt, ut honor sanctae Dei ecclesiae et status regni decens maneret. Nos etiam iuxta modum nostrum eorum sequentes exemplum saepe vestram devotionem de his ammonere curavimus et Deo miserante multa iam emendata et correcta videmus, unde et Deo iustas laudes persolvere et vestrae bonae intentioni multimodas debemus 5 gratias referre.

2. *De divina providentia in constitutione domni imperatoris, et de conservatione trium capitulorum.* Sed quoniam complacuit divinae providentiae nostram mediocritatem ad hoc constituere, ut sanctae suae ecclesiae et regni huius curam gereremus, ad hoc certare et nos et filios ac socios nostros diebus vitae nostrae optamus, ut tria specialiter 10 capitula et a nobis et a vobis, Deo opem ferente, in huius regni administratione specialiter conserventur: id est, ut defensio et exaltatio vel honor sanctae Dei ecclesiae et servorum illius congruus maneat et pax et iustitia in omni generalitate populi nostri conservetur. In his quippe maxime studere et de his in omnibus placitis, quae vobiscum Deo auxiliante habituri sumus, vos admonere optamus, sicut debitores sumus.

15 3. *De hoc quod admonitor fidelium domnus imperator sit, et omnes fideles adiutores ipsius.* Sed quamquam summa huius ministerii in nostra persona consistere videatur, tamen et divina auctoritate et humana ordinatione ita per partes divisum esse cognoscitur, ut unusquisque vestrum in suo loco et ordine partem nostri ministerii habere cognoscatur; unde apparet, quod ego omnium vestrum admonitor esse debeo, et 20 omnes vos nostri adiutores esse debetis. Nec enim ignoramus, quid unicuique vestrum in sibi commissa portione conveniat, et ideo praetermittere non possumus, quin unumquemque iuxta suum ordinem admoneamus.

4. *De sacro ministerio episcoporum et de admonitione domni imperatoris ad episcopos.* Sed quoniam scimus, quod specialiter pertineat ad episcopos, ut primum ad 25 sacrum ministerium suscipiendum iuste accedant, et in eodem ministerio religiose vivan, et tam bene vivendo quam recte praedicando populis sibi commissis iter vitae praebeantt et ut in monasteriis in suis parrochiis constitutis sancta religio observata fiat et ut unusquisque iuxta suam professionem veraciter vivat, curam impendant, omnes vos in hoc sacro ordine constitutos et officio pastorali functos monemus atque rogamus, ut in hoc 30 maxime elaborare studeatis et per vosmetipsos et per vobis subiectos, quantum ad vestrum ministerium pertinet, nobis veri adiutores in administratione ministerii nobis commissi existatis, ut in iudicio non condempnari pro nostra et vestra neglegentia, sed potius pro utrorumque bono studio remunerari mereamur. Et ubicumque per neglegentiam abbatis aut abbatissae vel comitis sive vassi nostri aut alicuius cuiuslibet per-35 sonae aliquod vobis difficultatis in hoc apparuerit obstaculum, nostrae dinoscentiae id ad tempus insinuare non differatis, ut, nostro auxilio suffulti, quod vestra auctoritas exposcit, famulante ut decet potestate nostra, facilius perficere valeatis.

5. *De admonitione domni imperatoris ad episcopos de sacerdotibus ad eorum curam pertinentibus et de scolis.* De sacerdotibus vero ad vestram curam pertinentibus 40 magnum adhibete studium, ut qualiter vivere debeant et quomodo populis ad suam portionis curam pertinentibus exemplo et verbo prosint, a vobis cum magna cura edoceantur et admoneantur et, id ut facere studeant, vestra pontificali auctoritate constringantur; quicquid autem in illis a populis iuste reprehenditur, in exemplo propriae conversationis vestra providentia corrigere non neglegat. Ne vero ecclesiae illis commissae 45 in restauratione aut in luminaribus iuxta possibilitatem rerum ab illis neglegantur, vestra nihilominus invigilare debet solertia; et sicut alios prohibetis, ne de mansis ad ecclesiae luminaria datis aliquid accipiant, sic et vos et vestri archidiaconi de eisdem mansis nihil accipiendo aliis exemplum praebeatis, sed potius ad id quod data sunt servire concedantur, ut totum, sicut dictum est, in restauratione ecclesiarum et luminaribus 50 vestra auctoritate et studio cedere possit. Scolae sane ad filios et ministros ecclesiae instruendos vel edocendos, sicut nobis praeterito tempore ad Attiniacum promisistis et

vobis iniunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum est, ad multorum utilitatem et profectum a vobis ordinari non neglegantur.

6. *De admonitione ad comites pro utilitate sanctae Dei ecclesiae.* Vobis vero comitibus dicimus vosque commonemus, quia ad vestrum ministerium maxime pertinet, ut reverentiam et honorem sanctae Dei ecclesiae exhibeatis et cum episcopis vestris concorditer vivatis et eius adiutorium ad suum ministerium peragendum praebeatis et ut vos ipsi in ministeriis vestris pacem et iustitiam faciatis et, quae nostra auctoritas publice fieri decernit, ut in vestris ministeriis studiose perficiantur[a] *studeatis.* Proinde monemus vestram fidelitatem, ut memores sitis fidei nobis promissae et in parte ministerii nostri vobis commissi, in pace scilicet et iustitia facienda, vosmetipsos coram Deo et coram hominibus tales exhibeatis, ut et nostri veri adiutores et populi conservatores iuste dici et vocari possitis; et nulla quaelibet causa aut munerum acceptio aut amicitia cuiuslibet vel odium aut timor vel gratia ab statu rectitudinis vos deviare compellat, quin inter proximum et proximum semper iuste iudicetis. Pupillorum vero et viduarum et caeterorum pauperum adiutores ac defensores et sanctae ecclesiae vel servorum illius honoratores iuxta vestram possibilitatem sitis. Illos quoque qui temeritate et violentia in furtis[b] et latrociniis[b] sive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur vestro studio et correctione, sicut decet, compescite. Et si aliqua persona in aliquo vobis impedimento fuerit, quin ea quae dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat, ut nostra auctoritate adiuti ministerium vestrum digne adimplere possitis.

7. *De admonitione ad laicos pro honore ecclesiastico conservando.* Omnes vero laicos monemus, ut honorem ecclesiasticum conservent et dignam venerationem episcopis et Dei sacerdotibus exhibeant et ad eorum praedicationem cum suis devote occurrant et ieiunia ab illis communiter indicta reverenter observent et suos observare doceant et compellant. Ut etiam dies dominicus, sicut decet, honoretur et colatur, omnes studeant; et ut liberius fieri possit, mercata et placita a comitibus, sicut saepe admonitum fuit, illo die prohibeantur.

8. *De admonitione ad abbates et laicos pro monasteriis ex regali largitate sibi commissis.* Abbatibus quoque et laicis specialiter iubemus, ut in monasteriis quae ex nostra largitate habent episcoporum consilio et documento ea quae ad religionem canonicorum, monachorum, sanctimonialium pertinent peragant et eorum salubrem admonitionem in hoc libenter audiant et oboediant.

9. *De admonitione ad episcopos, abbates et ad omnes fideles pro comitum adiutoriis.* Episcopis iterum, abbatibus et vassis nostris et omnibus fidelibus laicis dicimus, ut comitibus ad iustitias faciendas adiutores sitis.

10. *De admonitione ad episcopos vel comites pro concordia ad invicem et cum ceteris fidelibus.* Episcopi vero vel comites *et* invicem et cum ceteris fidelibus concorditer vivant et ad sua ministeria peragenda vicissim sibi adiutorium ferant.

11. *De admonitione ad omnes generaliter pro caritate et pace ad invicem.* Omnibus etiam generaliter dicimus, ut caritatem et pacem ad invicem habeatis et generalem iussionem nostram generaliter observare decertetis et missis nostris, pro qualicumque scilicet aut ecclesiastica aut publica utilitate vel opertunitate a nobis directis, nostri honoris causa honorem exhibeatis et propter nostrae auctoritatis venerationem ea quae per illos iniungimus agere non neglegatis.

12. *De hoc quod unusquisque episcoporum vel comitum partem ministerii regalis habeat, et de testimonio ipsorum ad invicem.* Et quoniam, sicut diximus, unusquisque vestrum partem ministerii nostri per partes habere dinoscitur, volumus studere, *et* per clamatores *et* per alia quaelibet certa indicia *et* per missos nostros quos ad hoc ordinaverimus, qualiter unusquisque *ad* hoc certare studuerit, et per commune testimonium,

a) perficere *codd. complures.* b) furto et latrocinio *codd. compl.*

id est episcoporum de comitibus, comitum de episcopis, comperire, qualiter scilicet comites iustitiam diligant et faciant, et quam religiose episcopi conversentur et praedicent, et amborum relatu de aliorum fidelium in suis ministeriis consistentium aequitate et pace atque concordia cognoscere. Similiter etiam volumus, ut omnes illis et illi omni-5 bus, de communi societate et statu a nobis interrogati, verum testimonium sibi mutuo perhibere possint.

13. *De causa orta ad inhonorationem regni pertinente.* Et si talis causa in qualibet provincia aut in aliquo comitatu orta fuerit, quae aut ad inhonorationem regni aut ad commune dampnum pertineat, quae etiam sine nostra potestate corrigi non pos-10 sit, nos diu latere non permittatis, qui omnia Deo auxiliante corrigere debemus: quia quicquid actenus in his, quae ad pacem et iustitiam totius populi pertinent et ad honorem regni et communem utilitatem, aut a nobis aut a vobis neglectum est, debemus Deo auxiliante certare, qualiter abhinc nostro et vestro studio emendatum fiat.

14. *De pace in itinere exercitali custodienda.* De pace vero in exercitali itinere 15 servanda usque ad marcham hoc omnibus notum fieri volumus, quod quicumque auctorem damni sibi praeterito anno inlati nominatim cognoscit, ut iustitiam de illo quaerat et accipiat.

15. *De denuntiatione, ut qui in hostem pergunt suos, qui in suo obsequio sunt unusquisque cognoscat.* Deinceps tamen omnibus *denuntiare* volumus, ut cognoscat 20 unusquisque omnes qui in suo obsequio in tali itinere pergunt, sive sui sint sive alieni, ut ille de eorum factis rationem se sciat redditurum, et quicquid ipsi in pace violanda deliquerint ad ipsius debet plevium pertinere; ea scilicet conditione, ut pacis violator primum iuxta facinoris qualitatem sive coram nobis sive coram misso nostro dignas poenas persolvat, et senior qui secum talem duxerit, quem aut constringere noluit aut 25 non potuit, ut nostram iussionem servaret et insuper in regno nostro praedas facere non timeret, pro illius neglegentia, si ante eum de his non admonuerit, et postquam neglegentia contemptoris ad eius notitiam pervenerit, eum corrigere sicut decet neglexerit, honore suo privetur, ut scilicet neuter illorum sine iusta vindicta remaneat.[a]

16. *De inhonoratione regis propter neglegentiam eorum qui legationes male re-30 cipiunt.* De inhonoratione quoque regis et regni et mala fama in exteras nationes dispersa, propter neglegentiam eorum qui legationes ad nos directas in suis mansionibus aut male recipiunt aut constitutam a nobis expensam non tribuunt aut paravereda[b] dare nolunt aut furto aliquid eis subripiunt aut, quod perpessimum est, apertas violentias, eos caedendo et res eorum diripiendo, in ipsis exercere non pertimescunt, hoc omnibus 35 notum esse volumus, quod quicumque ex his qui honores nostros habent abhinc neglegentiam hanc emendare non certaverit et suos homines, qui eius vice hoc agere debent, ut id bene perficiant, non instruxerit aut[c] constrinxerit, ut ulterius illud neglegere non praesumant, et honorem nostrum et regnum nobis commissum custodire contempserit, nec nostrum nec regni nostri honorem ulterius volumus ut habeat. Sed volumus, ut 40 unusquisque fidelium nostrorum procuratores rerum suarum de his specialiter instruat, ut, quandocumque et undecumque legatio advenerit, et aut litteras aut missum viderint, honorifice illam in omni loco imperii nostri propter nostrum et totius regni honorem omnes suscipere valeant.

17. *De locis, in quibus legationes recipiendae sunt.* In illis vero locis, ubi modo 45 via et mansionatici a genitore nostro et a nobis per capitulare ordinati sunt, missos ad hoc specialiter constitutos, qui hoc iugiter praevideant, habeant, ut omnia quae ad easdem legationes suscipiendas pertinent fideles nostri ad hoc constituti ad tempus prae-

a) *Codex Monac. olim Frising. inserit hic quatuor Hlotharii capita Olonnensia supra pag.* 329. 330. *c.* 1 — 3. 6. *edita.* b) *Codices variant* parvareda *et* paravereda. c) non *add. codd. compl.*

parare studeant, ut non tunc sit necesse de longe quaerere vel adducere, quando tempus est illa dare vel persolvere; in ceteris vero locis per totum imperium nostrum unusquisque fidelium nostrorum et per se et per ministros suos, sicut diximus, sedulam vigilantiam adhibeat.

18. *De admonitione unius monetae.* De moneta vero, unde iam per tres annos et admonitionem fecimus et tempus quando una teneretur et aliae omnes cessarent constituimus, hoc omnibus notum esse volumus, quoniam, ut absque ulla excusatione cito possit emendari, spatium usque ad missam sancti Martini dare decrevimus, ut unusquisque comitum in suis ministeriis de hoc iussionem nostram tunc possit habere adimpletam; quatinus ab illa die non alia, sed illa sola per totum regnum nostrum ab omnibus habeatur, iuxta illam constitutionem, sicut in capitulis, quae de hac re illis comitibus dedimus in quorum ministeriis moneta percutitur, constitutum est. Quia tunc volumus missos nostros huius rei gratia dirigere per singulos comitatus, qui diligenter inquirant, qualiter comites in hoc nostram iussionem adimplere certaverint. Et quicumque neglegens inde inventus fuerit, volumus ut ante nostram praesentiam quantocius venire iubeatur et rationem reddat, utrum hoc quod iussimus facere noluerit aut non potuerit aut, si aliqua re praepediente id facere non potuit, cur nobis ipsam impossibilitatem ad tempus non adnuntiavit. Quia si ipse aut non voluit aut suae neglegentiae causa non potuit, nos talem invenire volumus, qui hoc quod iubemus servare velit et possit. Ut autem iussio nostra in hac re citius impleatur, volumus ut, quicumque ab illa die alium denarium negotiandi causa protulerit, a comite et ministris eius auferatur ab eo.

19. *De iniustis theloneis.* Similiter quoque de iniustis theloneis, de quibus, qualiter ab omnibus observandum esset, et capitulis constituimus et creberrimas admonitiones fecimus, praedicti missi nostri volumus ut inquisitionem faciant, a quibus nostra iussio in hoc adimpleta, a quibus quoque sit neglecta; et eum qui implere neglexit aut distulit ad nostram volumus ut veniat iussus praesentiam, ut cito rationem de his, sicut superius diximus, reddat; et si culpabilis inventus fuerit, dignam correctionem accipiat, ut ceteris neglegentibus exemplum terroris praebeat.

20. *De pontibus ubi antiquitus fuerunt renovandis.* Ut ubi pontes antiquitus fuerunt et in his locis ubi tempore genitoris nostri ipso iubente diversarum necessitatum causa facti sunt,[a] omnino absque ulla dilatione ab his qui eos tunc fecerunt restituantur et renoventur, ita ut ad missam sancti Andreae restaurati fiant, nisi forte aut ipsa operis magnitudo aut aquarum in quolibet inundatio hoc prohibeat. Aliter vero nullus qualibet occasione hoc neglegere aut differre praesumat, quin ad praedictum tempus completum fiat. Et missi nostri, quorum superius mentionem fecimus, volumus ut renuntient, in quibus locis nostra iussio impleta, in quibus neglecta est aut aliqua impossibilitate vel certa ratione dilata.

21. *De nonis et decimis.* De nonis quidem et decimis. unde et genitor noster et nos frequenter et in diversis placitis admonitionem fecimus et per capitularia nostra qualiter haec observentur ordinavimus, volumus atque iubemus, ut de omni conlaboratu et de vino et foeno fideliter et pleniter ab omnibus nona et decima persolvatur; de nutrimine vero pro decima, sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Si quis tamen episcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in sua maneat potestate, iuxta quod ei et illi qui hoc persolvere debet convenerit.

22. *De operibus in restaurationem ecclesiarum adimplendis.* Similiter quidem de operibus in restaurationem ecclesiarum sive in faciendo, sive in redimendo, episcopalis potius sequatur voluntas; nullatenus tamen remaneat, quin, sicut a nobis saepe iussum

a) sunt *om. codd. compl.*

est, hoc aut illud partibus ecclesiarum persolvatur. Et hoc omnibus notum sit, quia quicumque neglegenter exinde egerit et coram nobis exinde neglegens repertus fuerit, illud volumus omnino ut subeat, quod in nostro capitulari de hac re communi consultu fidelium nostrorum ordinavimus.

5 23. *De comitibus, ut ministris ecclesiae in suis ministeriis adiutores sint.* Comites vero ministris ecclesiae in eorum ministeriis, ut hoc plenius et de nostris et de se et de suis hominibus obtinere possint, adiutores in omnibus fiant; et quicumque prima et secunda vice de his a comite ammonitus non se correxerit, volumus ut per eundem comitem eius neglegentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostra auctoritate, quod in 10 nostro capitulari continetur subire cogatur.

24. *De capitulis a cancellario palatii ab archiepiscopis et comitibus accipiendis.* Volumus etiam, ut capitula quae nunc et alio tempore consultu fidelium nostrorum a nobis constituta sunt a cancellario nostro archiepiscopi et comites eorum de propriis civitatibus modo, aut per se aut per suos missos, accipiant, et unusquisque per suam 15 diocesim ceteris episcopis, abbatibus, comitibus et aliis fidelibus nostris ea transcribi faciant et in suis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio et voluntas nota fieri possit. Cancellarius tamen noster nomina episcoporum et comitum qui ea accipere curaverint notet et ea ad nostram notitiam perferat, ut nullus hoc praetermittere praesumat. Vassi quoque *et vassalli* nostri nobis famulantes volumus ut 20 condignum apud omnes habeant honorem, sicut a genitore nostro et a nobis saepe admonitum est.

25. *De nominibus locorum, in quibus missi dominici legatione funguntur.* In Vesontio, quae est diocesis Bernoini archiepiscopi, Heiminus episcopus et Monogoldus[a] comes. In Mogontia, quae est diocesis Heistulfi archiepiscopi, idem Heistulfus episcopus 25 et Ruodbertus[b] comes. In Treveris Hetti archiepiscopus et Adalbertus comes. In Colonia Hadaboldus archiepiscopus et Eemundus comes. In Remis Ebo[c] archiepiscopus, quando potuerit; et quando ei non licuerit, Ruothadus[d] episcopus eius vice et Hruotfridus comes sint super sex videlicet comitatus, id est Remis, Catolonis, Suessionis[e], Silvanectis, Belvacus et Laudunum; super quatuor vero episcopatus qui ad eandem 30 diocesim pertinent, id est Noviomacensem, Ambianensem, Tarvanensem et Camaracensem, Ragnarius[f] episcopus et Berengarius comes. Senones Hieremias archiepiscopus et Donatus comes. Rothomagum Willibertus archiepiscopus et Ingobertus comes. Turones Landramnus archiepiscopus et Hruodbertus[g] comes. Lugdunum, Tarentasia et Vienna Albericus episcopus et Rihhardus[h] comes.

35 26. *De commemoratione ad legationem praedictorum missorum pertinente.* Commemoratio, quid ad praedictorum missorum legationem pertineat. Primo, ut conventum in duobus aut tribus locis congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes convenire possint; et omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eorum legatio: scilicet ad hoc esse se a nobis missos constitutos, ut, si quilibet episcopus aut comes ministe- 40 rium suum per quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat et cum eorum adiutorio ministerium suum adimpleat; et si talis causa fuerit quae per eorum admonitionem emendari non possit, per eos ad nostram notitiam deferatur. Et si forte episcopus aut comes aliquid neglegentius in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur. Et omnis populus sciat, ad hoc eos esse constitutos, ut, quicumque 45 per neglegentiam aut incuriam vel impossibilitatem comitis iustitiam suam adquirere non potuerit, ad eos primum querelam suam possit deferre et per eorum auxilium iustitiam adquirere et, quando aliquis ad nos necessitatis causa reclamaverit, ad eos possi-

a) Manogoldus *Bamb.* b) Rotbertus, Ruadpertus, Ruatpertus, Hruotbertus *alii codd.* c) Ebbo *alii codd.* d) Hruotadus, Hruatchadus, Hrothardus, Hruotchardus *alii.* e) Suasion *compl. codd.* 50 f) Ragengarius *compl. codd.* g) Rotbertus *alii.* h) Richardus *alii.*

mus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipsi vero missi non sine certissima causa vel necessitate huc illucque discurrant, nisi forte quando tale aliquid in cuiuslibet ministerio ad legationem suam pertinente ortum esse cognoverint, quod eorum praesentia indigeat et sine eorum consilio vel adiutorio emendari non possit. Inde tamen debent esse solliciti, ut propter illorum neglegentiam nihil in sua legatione incorrectum remaneat; sed ubi certam et veram necessitatem cognoverint, nostram iussionem adimplere non neglegant.

27. *De hoc quod per missos dominicos ea quae per capitula statuta sunt omnibus nota fieri debeant.* Volumus etiam, ut omnibus notum sit, quia[a] ad hoc constituti sunt, ut ea quae per capitula nostra generaliter de quibuscumque causis statuimus per illos nota fiant omnibus et in eorum procuratione consistant, ut ab omnibus adimpleantur. Et ubi forte aliquo tali impedimento, quod per eos emendari non possit, aliquid de his quae constituimus ac iussimus remanserit imperfectum, eorum relatu nobis ad tempus indicetur, ut per nos corrigatur quod per eos corrigi non potuit.

28. *De admonitorio ad eos qui legatione funguntur.* Nosse vos credimus, quanti sit ponderis legatio quam vobis commisimus et quam sit periculosum tantae rei curam neglegere, quantam vos pro nostra omnium communi salute ex nostra obligatione suscepisse non ignoratis. De qua cum vos interrogassemus, non sic nobis responsum est, ut in eo responso sufficere potuisset ad eandem[b] dispositionem, quam rerum necessitas ad communem utilitatem pertinentium poscere videbatur vel quae nobis aliquod securitatis solatium afferre potuisset. Et hoc ideo evenisse perspeximus, quia anno praeterito, quando capitulare legationis vestrae vobis dedimus, caute vos observare iussimus, ne sine causa his quos honoratos esse volumus aliqua fieret iniuria. Quapropter volumus vobis notum facere, qualiter nunc Deo adiuvante eandem iussionem nostram debeatis adimplere. Volumus, ut missi nostri, quos ad hoc constitutos habemus, ut curam et sollicitudinem habeant quatinus unusquisque qui rector a nobis populi nostri constitutus est in suo ordine officium sibi commissum iuste ac Deo placite ad honorem nostrum ac populi nostri utilitatem administret, in hunc modum cognoscendi diligentiam adhibeant, si ea quae in capitulari nostro, quod eis anno praeterito dedimus, continentur, secundum voluntatem Dei ac iussionem nostram fiant adimpleta. Itaque volumus, ut medio mense Maio conveniant idem missi, unusquisque in sua legatione, cum omnibus episcopis, abbatibus, comitibus ac vassis nostris, advocatis nostris ac vicedominis abbatissarum necnon et eorum qui propter aliquam inevitabilem necessitatem ipsi venire non possunt, ad locum unum; et si necesse fuerit, propter oportunitatem conveniendi, in duobus vel tribus locis, vel maxime propter pauperes populi, idem conventus habeatur, qui omnibus congruat. Et habeat unusquisque comes vicarios et centenarios suos secum, necnon et de primis scabinis suis tres aut quattuor. Et in eo conventu primum christianiae religionis et ecclesiastici ordinis conlatio fiat; deinde inquirant missi nostri ab universis, qualiter unusquisque illorum qui ad hoc a nobis constituti sunt officium sibi commissum secundum Dei voluntatem ac iussionem nostram administret in populo, aut quam concordes atque unanimes ad hoc sint, vel qualiter vicissim sibi auxilium ferant ad ministeria sua peragenda. Et tam diligenter ac studiose hanc investigationem faciant, ut omnem rei veritatem per eos cognoscere valeamus. Et si aliqua talis causa ad eorum notitiam perlata fuerit quae illorum auxilio indigeat, secundum qualitates causarum quae in nostro capitulari continentur, tunc volumus ut illuc pergant et ex nostra auctoritate illud corrigere studeant.

29. *De rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis.* Nulla sub Romana ditione constituta ecclesia vel exenodochium vel ptochotrophium vel nosochomium

a) qui *complur. codd.* b) eam *alii codd.*

vel orphanotrophium vel gerontochomium vel brephotrophium vel monasterium tam monachorum quam sanctimonialium, archimandritam habens vel archimandritissam — ergo his omnibus non liceat alienare rem immobilem, sive domum sive agrum sive hortum sive rusticum mancipium vel panes civiles, neque creditoribus specialis hypothecae titulo 5 obligare. Alienationis autem verbum contineat venditionem, donationem, permutationem et emphitheuseos perpetuum contractum. Sed omnes omnino sacerdotes huiusmodi alienatione abstineant, poenas timentes quas Leoniana constitutio minatur, id est ut is quidem qui comparaverit rem loco venerabili reddat cuius et antea fuerat, scilicet cum fructibus aliisque emolumentis quae in medio tempore facta sunt; hyconomum autem 10 ecclesiae praestare omne lucrum, quod ex huiusmodi prohibita alienatione senserit vel ecclesiam damno effecerit, ita ut in posterum hyconomus non sit. Non solum autem ipse, sed etiam successores eius teneantur, sive ipse archyconomus alienaverit, sive respiciens alienantem episcopum non prohibuerit; multo magis si consenserit. Tabellionem autem, qui talia interdicta strumenta conscripsit, perpetuo exilio tradi oportet. Magi- 15 stratus autem, qui eadem strumenta admiserunt et officiales, qui operam dederunt ut monumentis intimentur donationes, vel ceterae alienationes actis intervenientibus confirmentur, non solum magistratu sed etiam dignitate et facultatibus suis cedant. Remittit autem constitutio ea quae in praeterito tempore acta sunt; excipit autem quosdam contractus, quos in sequentibus exponit capitulis per quos et ecclesiarum immobiles res 20 alienari possunt. Exenodochium, id est locus venerabilis in quo peregrini suscipiuntur. Ptochotrophium, id est locus venerabilis in quo pauperes et infirmi homines pascuntur. Nosochomium, id est locus venerabilis in quo aegroti homines curantur. Orphanotrophium, id est locus venerabilis in quo parentibus orbati pueri pascuntur. Gerontochomium, id est locus venerabilis in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi 25 homines curantur. Brephotrophium, id est locus venerabilis in quo infantes aluntur.

30. *De hoc quomodo liceat ad imperatorem res sancti loci transferre.* Si princeps voluerit rem immobilem sancto loco praestare et accipere ab eo aliam immobilem rem et eo modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei divina pragmatica sanctione ab eo promulgata.

30 31. *De orphanis et exhereditatis subveniendum.* Propter istius itaque pacis concordiam conservandam placuit nobis de orfanis et pauperibus, qui debite vel indebite dicuntur amisisse hereditatem paterni vel materni iuris ad se legibus pertinentem: si alicubi inventi fuerint quos patres vel matres propter traditiones illorum exheredes fecerunt, aliorum scilicet suasionibus aut petitionibus vel aliquo ingenio, omnino volu- 35 mus atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad nostram pertinet potestatem, iuxta voluntatem Dei et vestram sanctam ammonitionem et considerationem; *ut* si forte extra officium nostrum alicubi inventum fuerit, ammonere vestram clementiam audeamus, ut emendetur.

32. *De rebus pauperum vel minus potentum mala occasione non emendis.* Propter 40 provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, ut nec episcopi nec abbates nec comites nec vicarii nec iudices nullusque omnino sub mala occasione vel malo ingenio res pauperum vel minus potentum nec emere nec vi tollere audeat; sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus et cum ratione hoc faciat. Ubicumque autem aliter inventum fuerit, factum 45 hoc omnino emendetur per iussionem vestram.[a]

a) nostram *nonnulli codd. Codices Bamb. Par.* 4638, *rec. manus in cod. Par.* 10758 *duo capitula hic inserunt, quae Baluzius in Ansegisi editionem recepit, ita scilicet:* 33. Qualiter iustitiae fiant pauperibus. De causis viduarum, pupillorum, orfanorum vel reliquorum pauperum: ut in primo conventu ante mediam diem illorum ratio vel querela audiatur et diffiniatur, et post mediam diem causa regia et ecclesiarum 50 vel potentum hominum; quia ipsi pauperes non habent facultatem, unde sustentare (suscitare *alii*) se possint, donec ad eorum perveniant iustitiam, et ideo tantos clamores faciunt ad aures nostras. 34. De illis

33. *De festivitatibus anni.* Festos dies in anno celebrare sanximus: hoc est diem dominicum paschae cum omni honore et sobrietate venerari, simili modo totam ebdomadam illam observare decrevimus; diem ascensionis Domini pleniter celebrare; in pentecosten similiter ut in pascha; in natale apostolorum Petri et Pauli diem unum; nativitatem sancti Iohannis baptistae, adsumptionem sanctae Mariae, dedicationem sancti Michaelis, natalem sancti Remigii, sancti Martini, sancti Andreae; in natale Domini dies quatuor; octabas Domini, epiphaniam Domini, purificationem sanctae Mariae. Et illas festivitates martyrum vel confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaque parrochia sancta corpora requiescunt.

34. *De antiquis ecclesiis, ut honorem suum habeant.* Ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuatur.

35. *De spiritalibus filiolis.* Deinde praecepimus, ut unusquisque compater vel proximi spiritales filios suos catholice instruant.

36. *De*[a] *hoc, ut sacerdotes inreprehensibiles sint.* Ut iuxta apostoli vocem sacerdotes inreprehensibiles sint et moribus ornati et nequaquam turpibus lucris deserviant, iuxta illud quod ait scriptura: 'nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit.' Et a turpibus lucris et usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instruant.

37. *De hoc, ut ab incestuosis et ab his qui decimas non dant et a presbyteris neglegenter viventibus wadii non accipiantur.* Dictum est nobis, quod in quibusdam locis episcopi et comites ab incestuosis et ab his qui decimas non dant wadios accipiant et a presbyteris pro quibusdam neglegentiis et inter se pecuniam dividant. Quod penitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiae locus detur; et constituimus, ut incestuosi iuxta canonicam sententiam poenitentia multentur; qui vero decimas post crebras ammonitiones et praedicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento vero eos constringi nolumus propter periculum periurii.

38. *De discretione corporis et sanguinis dominici perceptione.* In perceptione corporis et sanguinis dominici magna discretio adhibenda est. Cavendum est enim, ne, si nimium in longum differatur, ad pernitiem animae pertineat, dicente Domino: 'nisi manducaveritis carnem filii hominis et sanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in vobis.' Si vero indiscrete accipiatur, timendum est illud quod ait apostolus: 'qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.' Iuxta eiusdem ergo apostoli documentum probare se debet homo et sic de pane illo manducare et de calice bibere; ut videlicet, abstinens aliquot diebus ab operibus carnis et purificans corpus animamque suam, praeparet se ad percipiendum tantum sacramentum, exemplo David, qui, nisi se confessus fuisset abstinuisse ab opere coniugali ab heri et nudius tertius, nequaquam panes propositionis a sacerdote accepisset.

39. *De hominibus diversarum conditionum et de his qui eis praelati sunt.* Quia ergo constat in aecclesia diversarum conditionum homines esse, ut sint nobiles et ignobiles, servi, coloni, inquilini et cetera huiuscemodi nomina, oportet ut quicumque eis praelati sunt clerici sive laici, clementer erga eos agant et misericorditer eos tractent, sive in exigendis ab eis operibus, sive in accipiendis tributis et quibusdam debitis; sciantque eos fratres suos esse et unum patrem secum habere Deum, cui clamant:

hominibus, qui iniustas querelas habent. De illis hominibus, qui iniuste super alios homines querelas faciunt: de quibus volumus, si inventus fuerit aliquis qui non habeat iustitiam causandi vel reclamandi et re victus fuerit, propter illam calumniam quam fecit secundum legem et aequitatem iustitiam reddat. — *Eadem capitula leguntur etiam in cod. Par.* 4628 A. *fol.* 78, *numerata numeris* 33 *et* 34, *sed legi Salicae praefixa. In plurimis codicibus haec capita desunt, quae haud dubie Ansegisus etiam non receperat, cum interrumpant capitulorum seriem e concilio Moguntino excerptorum. Ab Hincmaro sane et in conciliis posterioribus capita illa tamquam Ansegisiana allegantur.* a) *Deest hoc caput in cod. Schaffhus. et Bonnensi.*

'Pater noster, qui es in coelis'; unam matrem sanctam ecclesiam, quae eos intemerato sacri fontis utero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima et gubernatio oportuna adhibenda est: disciplina, ne indisciplinate vivendo auctorem suum offendant; gubernatio, ne in cotidianis vitae commeatibus praelatorum adminiculo destituti fatescant.

5 40. *De feminis et abbatissis, quales sint quae monasteriis puellaribus praeferri debent.* Monasteriis sane puellaribus tales praeferri debent feminae et abbatissae *credi,* quae et se et subditum gregem cum magna religione et sanctitate custodire noverint, et his quibus praesunt prodesse non desinant, sed et se et illas ita observent, utpote vasa sancta in ministerio Domini praeparata. Talem enim se debet exhibere subditis in 10 habitu, in veste, in omni convictu, ut eis ad coelestia regna pergentibus ducatum praebeat. Sciat etiam, se pro his quas in regimine accepit in conspectu Domini rationem redditaram.

41. *De incestuosis et homicidis, sacerdotum ammonitionibus aurem nolentibus accommodare.* Incestuosi, parricidae, homicidae multi apud nos heu pro dolor! repperiun- 15 tur, sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus. Quos oportet per secularis potentiae disciplinam a tam prava consuetudine cohercere, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt revocari: quorum aliquos iam excommunicavimus, sed illi hoc parvipendentes in hisdem perdurarunt criminibus. Quamobrem vestra decernat mansuetudo, quid de talibus dein- 20 ceps agendum sit.

42. *De dominis subditorum admonendis.* Admonendi sunt domini subditorum, ut circa suos pie et misericorditer agant nec eos qualibet iniusta occasione condempnent nec vi opprimant nec illorum substantiolas iniuste tollant, nec ipsa debita, quae a[a] subditis reddenda sunt, impie ac crudeliter exigantur.

25 43. *De corporis Domini et sanguinis communicatione laicorum.* Ut, si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.

44. *De eruditione filiorum a parentibus et patrinis.* Ut parentes filios suos et patrini eos quos de fonte lavacri suscipiunt erudire summopere studeant: illi, quia eos 30 genuerunt et eis a Domino dati sunt, isti, quia pro eis fideiussores existunt.

45. *De ecclesiis antiquitus constitutis.* Ut ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec alia ulla possessione priventur.

46. *De sepultura.* Ut de sepeliendis in basilicis mortuis illa constitutio servetur quae ab antiquis patribus constituta est.[b]

35 a) a *om. compl. codd.; legitur in concilii canone.* b) *In codd. Vat. Pal.* 582. *Paris.* 9654 *e Par.* 18239 *subiunguntur capitula quae apud Bened. Levitam I,* 36. 37 *et* 186 *recepta sunt; in cod. Paris.* 4417 *tamquam ultimum secundi libri capitulum (in indice autem non indicatum) legitur quod ante pag.* 333, *c.* 4 *editum est.*

Incipit tertii praelocutiuncula libelli.

Superius in duobus[a] *capitula ecclesiastica praefatorum principum, domni Karoli imperatoris et domni ac gloriosissimi Hludowici augusti necnon*[b] *et Chlotharii caesaris,*[b] *descripsi*[c] *libellis; nunc autem illa ad mundanae augmentum legis pertinentia quae domnus Karolus imperator edidit in hoc tertio adunavi*[d] *libello.*[d]

Incipiunt capitula.[e]

1. *De pace servanda.*
2. *De iustitiis generalibus.*
3. *De iustitiis regalibus.*
4. *De armis non portandis.*
5. *De armatura in hostem habenda.*
6. *De negotiatoribus quousque procedant.*
7. *De clamatoribus vel causidicis.*
8. *De iuramento.*
9. *De conspirationibus.*
10. *De periuriis.*
11. *De advocatis, vicedominis, vicariis et centenariis.*
12. *De teloneis.*
13. *De falsis monetis.*
14. *De haribanno.*
15. *De censu regali.*
16. *De liberis hominibus uxores fiscalinas habentibus.*
17. *De cura missorum dominicorum.*
18. *De aequalitate a missis dominicis facienda.*
19. *De his qui beneficia habent regalia.*
20. *De his qui fraudem faciunt in regalibus beneficiis.*
21. *De his qui propter propriam iustitiam dilatandam fugantur.*
22. *De armis ad placitum non portandis.*
23. *De latronibus.*
24. *De animalibus vel aliis rebus, a quibus emantur.*
25. *De homicidiis clericorum.*
26. *De immunitate, si aliquod damnum ibi factum fuerit.*
27. *De eo qui in iudicio iniuste contra alium altercantem adiuvare praesumpserit.*
28. *De homine qui per cartam libertatem consecutus est.*
29. *De homine libero qui se loco wadii tradit.*
30. *De debitis regalibus, qualiter solvi debeant.*
31. *De eo qui causam iudicatam repetere praesumit.*
32. *De eo qui in testimonium assumitur, qualis esse debeat.*
33. *De scabineis, advocatis, notariis a missis dominicis eligendis.*
34. *De illis qui legem servare contemnunt.*
35. *De haribannatoris coniecto.*
36. *De colonis et fiscalinis.*
37. *De homine in iudicium non mittendo sine causa.*
38. *De causa ebrii hominis et de eius testimonio et de placito comitis.*
39. *De missis dominicis vel ceteris hominibus discurrentibus.*
40. *De illis qui ad placitum banniri debeant.*
41. *De falsis testibus.*
42. *De non iurando per vitam regis.*
43. *De eo qui per cartam ingenuus est, si ad servitium interpellatus fuerit.*
44. *De servo qui damnum quodlibet perpetrat.*
45. *De mannitione secundum legem ad mallum.*
46. *De auctore rei.*
47. *De hominibus ad mortem diiudicatis et postea eis vita concessa, si iustitiam quaesierint.*
48. *De homine cui post iudicium vita concessa est, si iustitiam reddere noluerit.*
49. *De latrone forbannito a libero homine suscepto.*

a) libellis *vel* libris *add. Bamb. Goth*[b]. *Par.* 4628 A. *et* 4638. b) necnon .... Caes. *om. codd. secundae classis.* c) adnotata sunt *Par.* 4628 A. 4638. 10758. d) adunata sunt libro *Bamb. et codd. Paris. iidem.* e) Salicae legis *add. cod. Schaffhus.*; Salicae legis addenda *add. c. Par.* 4417.

50. *De comite latronem in forbanno mittente.*
51. *De liberis hominibus qui ad mallum venire cogendi sunt.*
52. *De testibus ad testimonium dicendum, qualiter adhibeantur.*
53. *De iustitia cuiuslibet a nullo quolibet dilatanda.*
54. *De non cogendo ad pontem ire causa thelonei.*
55. *De hoc si presbyter sanctum chrisma dederit ad iudicium subvertendum.*
56. *De iudicibus, advocatis, praepositis et reliquis ministris, quales sint.*
57. *De mallo publico.*
58. *De sacramentis ad palatium adramitis.*
59. *De impedimento clamatorum.*
60. *De fugitivis contra praeceptum dominicum occultatis.*
61. *De nimium blasphemis latronibus.*
62. *De pace infra patriam.*
63. *De iunioribus in populo vulgari distringendis.*
64. *De hoc si super missum dominicum cum collecta et armis quis venerit.*
65. *De eo qui domum alienam cuiuslibet infrangit.*
66. *De messibus vel annonis in hoste raptis vel furatis.*
67. *De libero homine in hostem bannito.*
68. *De hairibanno exactando.*
69. *De his qui regales habent honores et in hostem banniti ad condictum placitum non venerint.*
70. *De his qui sine licentia de hoste revertuntur.*
71. *De his qui beneficia principum habent.*
72. *De non cogendo bibere in hoste.*
73. *De vassis adhuc in palatio servientibus et tamen beneficia habentibus.*
74. *De praeparatione ad hostem secundum antiquam consuetudinem.*
75. *De hoc, ut nonnisi permissione regali brunia vel gladius homini extraneo a quolibet detur aut vendatur.*
76. *De causarum et litium terminis.*
77. *De episcopis, comitibus et potentioribus, si causam inter se habuerint.*
78. *De testibus ad rem quamlibet discutiendam eligendis.*
79. *De placito centenarii.*
80. *De inquisitione et descriptione uniuscuiusque missi in suo missatico.*
81. *De beneficiis, qualiter condricta sint.*
82. *De beneficiis episcoporum, abbatum et reliquorum et de fiscis regalibus describendis.*
83. *De legationibus propter iustitias, quo tempore exerceantur.*
84. *De iussione dominica in quolibet missatico non adimpleta.*
85. *De censu regali inquirendo.*
86. *De rebus, de quibus census ad partem regis exire solebat.*
87. *De placitis a missis dominicis comitibus notum faciendis.*
88. *De fidelitate regis promittenda.*
89. *De homicidiis infra patriam factis.*
90. *De mensuris et ponderibus.*[a]

Incipiunt praedicta capitula et eorum textus.

1. *De pace servanda.* De pace *admonemus*, ut omnes qui per aliqua scelera ei rebelles sunt constringantur.

2. *De iustitiis generalibus.* De iustitiis ecclesiarum Dei, viduarum, orfanorum et pupillorum *praecipimus*, ut in publicis iudiciis non dispiciantur clamantes sed diligenter audiantur.

3. *De iustitiis regalibus.* De iustitiis regalibus, ut pleniter fiant inquisitae.

4. *De armis non portandis.* De armis infra patriam non portandis, id est scutis et lanceis et loricis. Si faidosus quis sit, discutiatur tunc quis e duobus contrarius sit ut pacati *fiant*, et distringantur ad pacem, etiamsi noluerint; et si aliter *se* pacificare nolunt, adducantur in nostram praesentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum

a) *Cod. Par.* 4635 *add.:* 91. De pace in hoste vel infra patriam; *Par.* 9654: 91. Ut intelligatur in quo facto immunitas frangatur. — *Codd. Schaffhus. et Par.* 4417 *addunt:* expliciunt capitula que sunt salice legis addenda atque ab universis sancte dei ecclesiae fidelibus observanda. Expliciunt capitula *add. complures alii.*

occiderit, conponat illum et manum quam periuravit perdat et insuper bannum dominicum solvat.

5. *De armatura in hostem habenda.* De armatura in exercitu, sicut antea in alio capitulari commendavimus, ita servetur, et insuper omnis homo de duodecim mansis bruniam habeat; qui vero bruniam habens eam secum non tulerit, omne beneficium cum brunia pariter perdat.

6. *De negotiatoribus, quousque procedant.* De negotiatoribus qui partibus Sclavorum et Avarorum[a] pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant: id est partibus Saxoniae usque ad Bardenwih *et ad Magadoburg et ad Erphesfurt et ad Halaxstat et ad Forahheim et ad Breemberg et ad Reganesburg et ad Lauriacum.* Et ut arma et brunias non ducant ad venundandum; quod si inventi fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii, alia vero medietas inter iam dictos[1] missos et inventorem dividatur.

7. *De clamatoribus vel causidicis.* De clamatoribus vel causidicis qui nec iudicium scabinorum adquiescere nec blasphemare volunt antiqua consuetudo servetur, id est ut in custodia recludantur donec unum e duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re *clamaverint* et litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; sed cum custodia et cum ipsis litteris pariter ad palatium nostrum remittantur, ut ibi discutiantur sicut dignum est.

8. *De iuramento.* De iuramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris; excepto his sacramentis quae iuste secundum legem alteri ab altero debentur. Et infantes, qui antea non potuerunt propter iuvenilem aetatem iurare, modo fidelitatem repromittant.

9. *De conspirationibus.* De[b] conspirationibus vero, quicumque[b] facere praesumpserint et sacramento quamcumque conspirationem firmaverint, ut triplici ratione iudicentur. Primo, ut ubicumque aliquod malum per hoc perpetratum fuit, auctores facti interficiantur; adiutores vero eorum singuli alter ab altero flagellentur et nares sibi invicem praecidant. Ubi vero nihil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur et capillos sibi vicissim detondant. Si vero per dextras aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus hoc pro malo non fecisse, aut si facere non potuerint, suam legem componant; si vero servi sunt, flagellentur. Et ut de caetero in regno nostro nulla huiusmodi conspiratio nec per sacramentum nec sine sacramento *fiat.*

10. *De periuriis.* De[c] periuriis, ut[c] caveantur, et non admittantur testes ad iuramentum, antequam discutiantur; et si aliter discuti non possint, separentur ab invicem et singulariter inquirantur. Et non soli accusatori liceat testes eligere absente suo causatore. Et omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentum vel ad testimonium admittatur. *Si*[d] *refutatur,*[d] dicat ille qui eum refutat et probet, quare illum recipere nolit. Et de ipso pago *aut de vicinis centenis*[2] eligantur, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convictus fuerit periurii, perdat manum aut redimat.

a) havarorum *vel* bavariorum *codd. plurimi.* b) Precipimus quicumque conspirationem *Vat. Pal.* 583. *Vat. Chr.* 974 *et* 1036. *Par.* 18237. c) Precipimus ut summopere peruria *codd. iidem.* d) *ita codd. plurimi et optimi;* Si vero aliquis refutatur *codd. complures;* Et ille qui ad testimonium adducitur, si refut. *rell. alii codd. nonnulli. Ansegisus verba genuina* Et ille q. test. add. *post* admittatur *omisit, quem errorem librarii alii emendasse videntur insertis verbis* vero aliquis, *alii genuina capitularis lectione adhibita. Caeterum in appendice secunda hoc capitulum iterum et secundum genuinam lectionem receptum est.*

1) *Ab Ansegiso autem non dictos.* 2) *Cfr. supra pag.* 283 *c.* 10 *sub fine.*

11. *De advocatis, vicedominis, vicariis et centenariis.* De advocatis, vicedominis, vicariis et centenariis pravis, ut tollantur et tales eligantur, quales et sciant et velint iuste causas discernere et terminare. Et si comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur.

12. *De teloneis.* De teloneis placet nobis, ut antiqua et iusta telonea a negotiatoribus exigantur, tam de pontibus quamque de navigiis seu mercatis; nova vero seu iniusta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus sub pontibus transitur seu his similia, in quibus nullum adiutorium itinerantibus praestatur[a], similiter etiam nec de his, qui sine negotiandi causa substantiam suam de una domo sua ad aliam aut ad palatium aut in exercitum ducunt, *teloneum nullatenus ab eis exigatur.*

13. *De falsis monetis.* De falsis monetis, quia in multis locis contra iustitiam et contra edictum fiunt, volumus ut nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro; nisi forte iterum a nobis aliter fuerit ordinatum.

14. *De heribanno*[b]. De heribanno volumus, ut missi nostri fideliter exactare debeant absque ullius personae gratia, blanditia seu terrore secundum iussionem nostram: id est ut de homine habente libras sex in auro, argento, bruneis, aeramento, pannis integris, caballis, bubus, vaccis vel alio peculio, et uxores vel infantes non fiant dispoliati pro hac re de eorum vestimentis, accipiat legitimum haribannum, id est libras tres. Qui vero non habuerit amplius in suprascripto pretio valente nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur, id est libra et dimidia; qui autem non habuerit amplius nisi duas libras, solidi decem; si vero unam habuerit, solidi quinque, ita ut iterum se valeat praeparare ad Dei servitium et ad nostram utilitatem. Et nostri missi caveant et diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium subtrahant nostram iustitiam, alteri tradendo aut commendando.

15. *De censu regali.* Census regalis, undecumque legitime exiebat, volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis sive de rebus.

16. *De liberis hominibus uxores fiscalinas habentibus.* De liberis hominibus qui uxores fiscalinas regias, et de feminis liberis quae homines similiter fiscalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum vel de causa sua quaerenda nec de testimonio pro hac re abiciantur; sed talis etiam nobis in hac causa honor servetur, qualis et antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus servatus esse cognoscitur[c].

17. *De cura missorum dominicorum.* Unusquisque in suo missatico maximam habeat curam ad praevidendum et ordinandum ac disponendum secundum voluntatem Dei et secundum iussionem nostram.

18. *De aequalitate a missis dominicis facienda.* Volumus ut aequaliter missi nostri faciant de singulis causis, sive de heribanno sive de advenis sive de caeteris quibuslibet causis. De advenis volumus iam diu coniugatis per singula loca, ut ibi maneant et sine causa et sine aliqua culpa non fiant eiecti; fugitivi vero servi et latrones redeant ad propria oca.

19. *De his qui beneficia habent regalia.* Auditum habemus, qualiter et comites et alii homines qui nostra beneficia habere videntur comparant sibi proprietates de ipso nostro beneficio et faciunt servire ad ipsas proprietates servientes nostros de eorum beneficio, et curtes nostrae remanent desertae et in aliquibus locis ipsi vicinantes multa mala patiantur.

20. *De his qui fraudem faciunt in regalibus beneficiis.* Audivimus, quod aliqui reddant beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem, et in ipso placito dato

a) ut non exigantur *add. compl. codd.* b) *ita plerique;* hairibanno, hiribanno, haribanno *alii singulares.* c) *Capiti subiicitur in codice Normannico a Baluzio adhibito:* De infantibus qui non iuraverunt fidelitatem. De his qui tunc infantes fuerunt et aliis atque aliis qui non iuraverunt fidelitatem domno imperatori aut suos infantes, modo iurent. *Cfr. supra cap.* 8 *et pag.* 124 *not. v.*

pretio comparant ipsas res iterum sibi in alodem: quod omnino cavendum est, quia qui hoc faciunt non bene custodiunt fidem quam nobis promissam habent. Et ne forte in aliqua infidelitate inveniantur; quia[a] qui hoc faciunt per eorum voluntatem ad aures nostras talia opera illorum non perveniunt[a].

21. *De his qui propter propriam iustitiam dilatandam fugantur.* Sunt et alii qui iustitiam legibus recipere debent, et in tantum fiunt in quibusdam locis fatigati, usque dum illorum iustitiam per fideiussorum manus tradant, ita ut aliquid vel parvum possint habere, et fortiores suscipiant maiorem portionem.

22. *De armis ad placitum non portandis.* Ut nullus ad mallum vel ad placitum infra patriam arma, id est scutum et lanceam, portet.

23. *De latronibus.* De latronibus praecipimus, quicumque post missam sancti Iohannis latroni mansionem dederit, si Francus est, cum duodecim similibus Francis iuret, quod ipse latronem eum fuisse non scisset, licet pater eius sit aut frater vel propinquus. Si hoc iurare non potuerit et ab alio convictus fuerit, quod latronem in hospitio suscepisset, quasi latro et infidelis iudicetur: quia latro est et infidelis est noster et Francorum, et qui illum suscepit similis est illi. Si autem audivit quod latro fuisset et tamen non scit pro firmiter, aut iuret solus quod numquam eum audisset nec per veritatem nec per mendacium latronem, aut sit paratus, si ille de latrocinio postea convictus fuerit, ut similiter dampnetur.

24. *De animalibus vel aliis rebus, a quibus emantur.* Ut nullus comparet caballum, bovem et iumentum vel alia, nisi illum hominem cognoscat qui eum vendit, aut de quo pago est vel ubi manet aut quis est eius senior.

25. *De homicidiis clericorum.* Qui subdiaconum occiderit, trecentos[b] solidos componat; qui diaconum, quadringentos[c] componat; qui presbyterum, sexcentos[d] componat; qui episcopum, nongentos[e]; qui monachum, quadringentos solidos componat.

26. *De immunitate, si aliquod damnum ibi factum fuerit.* Si quis in immunitate damnum aliquod fecerit, sexcentos[d] solidos componat. Si autem homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit, mandet comes vel episcopo vel abbati vel vicedomino vel *illi* quicumque locum episcopi vel abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit et eum reddere noluerit, in prima contradictione solidis quindecim culpabilis iudicetur; si ad secundam inquisitionem eum reddere noluerit, triginta solidis culpabilis iudicetur; si nec ad tertiam *inquisitionem* consentire voluerit, quicquid reus damni fecerat, totum ille qui eum infra immunitatem retinet nec reddere vult solvere cogatur, et ipse comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra immunitatem quaerendi, ubicumque eum invenire potuerit. Si autem statim in prima inquisitione comiti responsum fuerit, quod reus infra immunitatem quidem fuisset sed fuga lapsus sit, iuret quod ipse eum ad iustitiam cuiuslibet disfaciendam fugere non fecisset, et sit ei in hoc satisfactum. Si autem intranti in ipsam immunitatem comiti collecta manu quislibet resistere temptaverit, comes hoc ad regem vel ad principem deferat ibique iudicetur, ut, sicut ille qui in immunitate damnum fecit; sexcentos[d] solidos componere debeat, ita ut qui comiti collecta manu resistere praesumpserit sexcentis[d] solidis culpabilis iudicetur.

27. *De eo qui in iudicio iniuste contra alium altercantem adiuvare praesumpserit.* Si quis hominem in iudicio iniuste contra alium altercantem adiuvare per malum ingenium praesumpserit atque inde coram iudicibus vel comite increpatus fuerit et negare non potuerit, solidis quindecim culpabilis iudicetur.

a) *Horum verborum loco complures codd., Goth*[b.] *Weissenaug. Sang. et alii a Baluzio adhibiti habent haec:* qui hoc faciunt, deinceps caveant se omnino a talibus, ne a propriis honoribus et a proprio solo, a Dei gratia et nostra extorres fiant. b) CCCC. Goth[a.] c) DC. *Goth*[a.] *et Goth*[b.] d) DCCCC. *Goth*[a.] *et Goth*[b.] e) de vita componat *Goth*[b.]

28. *De homine qui per cartam libertatem consecutus est.* Si quis per cartam ingenuitatis a domino suo legitime libertatem est consecutus, liber permaneat. Si vero aliquis eum iniuste inservire temptaverit, et ille cartam ingenuitatis suae ostenderit et adversarium se inservire velle comprobaverit, ille qui hoc temptavit multam quae in 5 carta descripta est solvere cogatur. Si vero carta non paruerit sed iam ab illo qui eum inservire voluerit disfacta est, widrigildum[a] eius componat, duas partes illi quem inservire voluerat, tertiam regi, et ille iterum per praeceptum regis libertatem suam conquirat.

29. *De homine libero qui se loco wadii tradit.* Liber qui se loco wadii in alterius 10 potestatem commiserit ibique constitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in loco wadii suscepit aut damnum solvat aut hominem in mallo productum dimittat, perdens simul debitum propter quod eum pro wadio suscepit; et qui dampnum fecit, dimissus iuxta qualitatem rei cogatur emendare. Si vero liberam feminam habuerit usque dum in pignere extiterit et filios habuerint, liberi permaneant.

15 30. *De debitis regalibus, qualiter solvi debeant.* Omnia debita, quae ad partem regis solvi debent, solidis duodecim denariorum solvantur, excepta freda quae in lege Salica conscripta est; illa eodem solido quo ceterae compositiones solvi debent componatur.

31. *De eo qui causam iudicatam repetere praesumit.* Si quis causam iudi- 20 catam repetere praesumpserit in mallo ibique testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos componat, aut quindecim ictus ab scabinis qui causam prius iudicaverunt accipiat.

32. *De eo qui in testimonium assumitur, qualis esse debeat.* Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium adsumatur et cui is contra quem testimoniare debet 25 nullum crimen possit indicere.

33. *De scabineis, advocatis, notariis a missis dominicis eligendis.* Ut missi nostri scabinios, advocatos, notarios per singula loca eligant et eorum nomina, quando reversi fuerint, secum scripta deferant.

34. *De illis qui legem servare contempnunt.* De his qui legem servare contem- 30 pserint, ut per fideiussores ad praesentiam regis deducantur.

35. *De haribannatoris coniecto.* Ut illi qui haribannum solvere debent coniectum faciant ad haribannatorem.

36. *De colonis et fiscalinis.* Ut nec colonus nec fiscalinus possint alicubi traditiones facere.

35 37. *De homine in iudicium non mittendo sine causa.* Ut nullus praesumat hominem in iudicium mittere sine causa, nisi iudicatum fiat.

38. *De causa ebrii hominis et de eius testimonio et de placito comitis.* Ut nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere nec testimonium dicere; nec placitum comes habeat nisi ieiunus.

40 39. *De missis dominicis vel ceteris hominibus discurrentibus.* De missis nostris discurrentibus vel ceteris hominibus propter utilitatem nostram iter agentibus, ut nullus mansionem contradicere praesumat.

40. *De illis qui ad placitum banniri debeant.* Ut nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quaerit aut si alter ei quaerere debet, exceptis scabinis septem, 45 qui ad omnia placita praeesse debent.

41. *De falsis testibus.* De falsis testibus *praecipimus,* ut non recipiantur.[b]

a) *ita codd. plerique*; wirgildum *vel* weregeldum *singuli.* b) *In cod. Monac. olim Fris. inseruntur hic duo capitula tamquam c.* 42. 43, *caput scil.* 1 *supra pag.* 333 *editum et Hloth. Cap.* 832, *c.* 11 *(Pertz I,* 361. *c.* 11.)

42. *De non iurando per vitam regis.* Ut nullus praesumat per vitam regis et filiorum eius iurare.

43. *De eo qui per cartam ingenuus est, si ad servitium interpellatus fuerit.* Si quis per cartam ingenuus dimissus fuerit et a quolibet homine ad servitium interpellatus fuerit, primum legitimum auctorem suae libertatis proferat et in sua libertate per- 5 severet. Si vero legitimus auctor defuerit, testimonio bonorum hominum, qui tunc aderant quando liber dimissus fuerat, se defendere permittatur. Si vero testes defuerint, cum duabus aliis cartis, quae eiusdem cancellarii manu firmatae sint vel *scriptae, cuiuscumque fuerint*, suam cartam quae tertia est veram et legitimam esse confirmet. Cancellarius tamen talis esse debet, qui pagensibus loci illius notus fuisset et acceptus. 10 Si autem qui interpellatus fuerit ad servitium nec auctorem nec testimonia habuerit, neque alias duas cartas ad suam cartam confirmandam invenire potuerit, tunc is qui eum interpellavit secundum legem ipsam cartam falsam efficiat et servum conquirat. Si vero interpellator auctore aut testimoniis aut cartarum conlatione victus fuerit, *ex* hoc quod voluit efficere et non potuerit, multam quae in ipsa ingenuitatis carta contine- 15 tur cogatur exsolvere.

44. *De servo qui damnum quodlibet perpetrat.* Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere, sed iuxta qualitatem damni dominus pro illo respondeat vel eum in compositionem aut ad poenam petitoris offerat. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, sacra- 20 mento se dominus eius excusare studeat, quod hoc suae voluntatis nec conscientiae fuisset, quod servus eius tale facinus commisit.

45. *De mannitione secundum legem ad mallum.* Si quis ad mallum legibus mannitus fuerit et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur; sic ad secundum et tertium. Si autem ad quartum venire contempserit, 25 possessio eius in bannum mittatur, donec veniat et de re qua interpellatus fuerit iustitiam faciat. Si infra annum non venerit, de rebus eius quae in banno missae sunt rex interrogetur, et quicquid inde iudicaverit fiat. Prima mannitio super noctes septem, secunda super noctes quatuordecim, tertia super noctes viginti et unam, quarta super quadraginta et duas. Similiter et de beneficio hominis, si forte res proprias non habue- 30 rit, mittatur in bannum usque rex interrogetur.

46. *De auctore rei.* Si auctor venerit et rem intertiatam recipere rennuerit, campo vel cruce contendant.

47. *De hominibus ad mortem diiudicatis et postea eis vita concessa, si iustitiam quaesierint.* De illis hominibus, qui propter eorum culpas ad mortem diiudicati fuerint 35 et postea eis vita fuerit concessa, si ipsi iustitiam ab aliis requisierint aut ab eis iustitiam quaerere voluerint, qualiter inter illos iudicium terminetur. Primo omnium de illis causis pro quibus iudicatus fuerit ad mortem nullam potest facere repetitionem, quia omnes res suae secundum iudicium Francorum in publico fuerunt revocatae. Et si aliquid in postmodum, postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere potuerit, 40 in sua libertate teneat et defendat secundum legem. In testimonium non suscipiatur nec inter scabinios ad legem iudicandam *teneatur.* Et si ad sacramentum aliquid iudicatum fuerit quod iurare debeat, si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, *contendat.*

48. *De homine cui post iudicium vita concessa est, si iustitiam reddere noluerit.* 45 Si alicui post iudicium scabiniorum fuerit vita concessa, et ipse in postmodum aliqua mala perpetraverit et iustitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit et ideo iustitiam reddere non debeat, statutum est ut superius iudicium sustineat quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum *aliqua mala* fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat suam iustitiam requirendi de causis perpetratis postquam ad 50 mortem diiudicatus est: de praeteritis maneat, sicut supra diiudicatum fuit.

49. *De latrone forbannito a libero homine suscepto.* De latrone forbannito: liber homo qui eum suscepit quindecim solidos componat, et servus centum viginti percussionibus vapulet.

50. *De comite latronem in forbannum mittente.* Ut comes qui latronem in for-5 bannum miserit vicinis suis *et aliis* comitibus notum faciat, eundem latronem a se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.

51. *De liberis hominibus qui ad mallum venire cogendi sint.* Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis scabineis vel vassis comitum, nisi qui causam suam aut[a] quaerere[a] debent aut respondere.

10 52. *De testibus, ad testimonium dicendum qualiter adhibeantur.* Ut testes ad testimonium dicendum praemio non conducantur, et ut nullus testimonium dicat aut sacramentum iuret nisi ieiunus. Et ut testes, priusquam iurent, separatim discutiantur, quid dicere velint de illa re unde testimonium reddere debent.

53. *De iustitia cuiuslibet a nullo quolibet dilatanda.* Ut nullus quilibet missus 15 noster neque comes neque iudex aut scabineus cuiuslibet iustitiam dilatare praesumat, si statim adimpleta potuerit esse secundum rectitudinem; neque praemia pro hoc a quolibet homine per aliquod ingenium malum praesumat accipere.

54. *De non cogendo ad pontem ire causa telonei.* Ut nullus cogatur ad pontem ire ad fluvium transeundum propter telonei causas, quando ille in alio loco compen-20 diosius illud flumen transire potest. Similiter in plano campo, ubi pons nec treiectus est, ibi omnimodis praecipimus ut non teloneum exigatur.

55. *De hoc si presbyter sanctum chrisma dederit ad iudicium subvertendum.* Ut presbyter qui sanctum chrisma donaverit ad iudicium subvertendum, postquam de gradu suo depositus fuerit, manum amittat.

25 56. *De iudicibus, advocatis, praepositis et reliquis ministris, quales sint.* Ut iudices, advocati, praepositi, centenarii, vicarii, scabinei, quales meliores inveniri possunt, constituantur ad sua ministeria exercenda.

57. *De mallo publico.* Ut in locis, ubi mallos publicos habere solent, tectum tale constituatur, quod in hyberno et in aestate *observatum* esse possit.

30 58. *De sacramentis ad palatium adhramitis.* Ut sacramenta quae ad palatium fuerunt adhramita in palatio perficiantur; et si consacramentales homines cum ipso venire rennuerint, iussione dominica aut indiculo aut sigillo ad palatium venire cogantur.

59. *De impedimento clamatorum.* De clamatoribus qui magnum impedimentum 35 faciunt in palatio ad aures domni imperatoris: ut[b] missi seu comites illorum missos transmittant contra illos qui mentiendo vadunt, ut eos convincant.

60. *De fugitivis contra praeceptum dominicum occultatis.* De fugitivis, qui per diversas provintias *ducti* et occultati sunt contra praeceptum domni imperatoris, ut qui eos post praeteritum tempus suscepit aut retinuit bannum dominicum componat.

40 61. *De nimium blasphemis latronibus.* De latronibus qui magnam habent blasphemiam: quicumque aliquem ex his comprehenderit nullum damnum exinde patiatur.

62. *De pace infra patriam.* De pace et iustitia infra patriam, sicut saepe per alia capitula iussi adimpletum fiat.

63. *De iunioribus in populo vulgari distringendis.* De vulgari populo, ut unus-45 quisque suos iuniores distringat, ut melius ac melius oboediant et consentiant mandatis et praeceptis imperialibus.

64. *De hoc si super missum dominicum cum collecta et armis quis venerit.* Si quis super missum dominicum cum collecta et armis venerit et missaticum illi iniunctum

a) *ita codd. singulares;* adquirere *plurimi.* b) *Novi capitis hic initium est, etiamsi in genuini quo-50 que capitularis codicibus (supra pag.* 153. *not. a) capitula duo in unum iunguntur.*

contradixerit aut contradicere voluerit, et hoc ei adprobatum fuerit, quod sciens contra missum dominicum ad resistendum venisset, de vita componat: et si negaverit, cum duodecim suis iuratoribus se idoniare faciat; et pro eo quod cum collecta contra missum dominicum armatus venit ad resistendum bannum dominicum componat. Simili modo domnus imperator de suis vassis iudicavit. Et si servus hoc fecerit, disciplina corporali subiaceat.

65. *De eo qui domum alienam cuiuslibet infringit.* Si quis domum alienam cuiuslibet infregerit, quicquid exinde per virtutem[a] abstulerit aut rapuerit vel furaverit, secundum legem et ewam[b] illi cuius domus fuerit infracta et spoliata in triplum componat, et insuper bannum dominicum solvat. Si servus hoc fecerit, sententiam superiorem accipiat, et insuper secundum suam legem compositionem faciat. Si quis liber homo aliquod tale damnum cuilibet fecerit, pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum in wadio pro servo dare studeat, usque dum plenam compositionem adimpleat.

66. *De messibus vel annonis in hoste raptis vel furatis.* Si[c] quis messes aut annonas in hoste super bannum dominicum rapuerit vel[d] paverit[d] aut furaverit aut cum caballis vastaverit, aestimato damno secundum legem in triplum componat. Et si liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur; servus vero secundum legem tripla compositione damnum in loco restituat, et pro banno[e] disciplinae corporali subiaceat.

67. *De libero homine in hostem bannito.* Quicumque liber homo in hostem bannitus fuerit et venire contempserit, plenum heribannum, id est solidos sexaginta, persolvat, aut si non habuerit unde illam summam persolvat, semetipsum pro wadio in servitium principis tradat, donec per tempora ipse bannus ab eo fiat persolutus; et tunc iterum ad statum libertatis suae revertatur. Et si ille homo qui propter heribannum se in servitium tradidit in illo servitio defunctus fuerit, heredes eius hereditatem, quae ad eos pertinet, non perdant nec libertatem, nec de ipso banno obnoxii fiant.

68. *De heribanno exactando.* Ut non per aliquam occasionem, nec pro wacta nec de sacra nec de warda nec pro heribergare nec pro alio banno, heribannum comes exactare praesumat, nisi missus noster prius heribannum ad partem nostram recipiat et ei suam tertiam partem exinde per iussionem nostram donet. Ipse vero heribannus non exactetur neque in terris neque in mancipiis, sed in auro et argento, palliis atque armis et animalibus atque pecudibus sive talibus speciebus quae ad utilitatem pertinent.

69. *De his qui regales habent honores et in hostem banniti ad condictum placitum non venerint.* Quicumque homo nostros habens honores in hostem bannitus fuerit et ad condictum placitum non venerit, quot diebus post placitum condictum venisse comprobatus fuerit, tot diebus abstineat a carne et vino.

70. *De his qui sine licentia de hoste revertuntur.* Quicumque absque licentia vel permissione principis de hoste reversus fuerit, quod factum Franci herisciz[f] dicunt, volumus ut antiqua constitutio id est capitalis sententia erga illum puniendum custodiatur.

71. *De his qui beneficia principum habent.* Quicumque ex eis qui beneficium principis habent parem suum contra hostes communes in exercitu pergentem dimiserit et cum eo ire vel stare noluerit, honorem suum et beneficium perdat.

a) vim *codd. complures.* b) eam *vel aliter falso plurimi codd.* c) *Codd. Goth*[b] *Vat. Pal.* 583. *Vat. Chr.* 447. 974 *et* 1036. *Par.* 4636 *rubricam tantum habent et loco capituli ipsius verba:* Sententia deest. d) vel paverit *in nonnullis codicibus vel desunt vel* post furaverit *posita sunt; fortasse verba non genuina sunt.* e) *ita solus codex Corbeiensis;* damno *vel* dampno *rell.* f) *ita plerique;* herisliz *Weissenaug.*

72. *De non cogendo bibere in hoste.* Ut in hoste nemo parem suum vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicumque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita excommunicetur, ut in bibendo sola aqua utatur, quousque se male fecisse cognoscat.

73. *De vassis adhuc in palatio servientibus et tamen beneficia habentibus.* De 5 vassis dominicis qui adhuc intra casam serviunt et tamen beneficia habere noscuntur statutum est, ut quicumque ex eis cum domno imperatore domi remanserit vassallos suos casatos secum non retineat, sed cum comite cuius pagenses sunt ire permittat.

74. *De praeparatione ad hostem secundum antiquam consuetudinem.* Constitutum est, ut secundum antiquam consuetudinem praeparatio ad hostem faciendam indicetur 10 et observetur; id est victualia de marca ad tres menses et arma atque vestimenta ad dimidium annum. Quod tamen ita observari placuit, ut his qui de Rheno ad Ligerem pergunt, de Ligere *inantea ad tres menses* computetur; et qui de Ligere ad Rhenum *pergunt,* de Rheno *inantea* ad tres menses victualia *habere debeant;* qui autem trans Rhenum sunt et ad Saxoniam pergunt, ad Albiam marcam esse sciant; et qui trans 15 Ligerem manent atque in Hispaniam proficisci debent, montes Pirinaeos marcam sibi esse cognoscant.

75. *De hoc ut non nisi permissione regali brunia vel gladius homini extraneo a quolibet detur aut venundetur.* Constitutum est, ut *neque* episcopus *neque* abba aut abbatissa vel quislibet rector ecclesiae bruniam vel gladium sine nostro permissu cui-20 libet homini extraneo aut dare aut vendere praesumat, nisi tantum vassallis suis. Et si evenerit, ut in qualibet ecclesia vel sancto loco plures brunias habeant quam ad homines rectoris eiusdem ecclesiae sufficiant, tunc principem idem rector ecclesiae interroget, quid de his facere praecipiat.

76. *De causarum et litium terminis.* De termino causarum et litium statuimus, 25 ut ex quo bonae memoriae domnus Pippinus rex obiit et nos regnare coepimus causae vel lites inter partes factae atque exortae discutiantur et congruo sibi iudicio terminentur; prius vero, id est ante obitum praedicti domni Pippini regis, causae commissae vel omnino non moveantur vel salvae usque ad nostram interrogationem serventur.

77. *De episcopis, comitibus et potentioribus, si causam inter se habuerint.* Ut 30 episcopi, abbates, comites et potentiores quique, si causam inter se habuerint ac se pacificare noluerint, ad nostram iubeantur venire praesentiam, neque illorum contentio alibi diiudicetur, *ne* propter hoc pauperum et minus potentium iustitiae remaneant. Neque ullus comes palatii nostri potentiores causas sine nostra iussione finire praesumat, sed tantum ad pauperum et minus potentium iustitias faciendas sibi sciat esse vacandum.

35 78. *De testibus ad rem quamlibet discutiendam eligendis.* Ut quandocumque testes ad rem quamlibet discutiendam quaerendi atque eligendi sunt, a misso nostro et comite in cuius ministerio de re qualicumque agendum est tales eligantur, quales optimi in ipso pago inveniri possint. Et non liceat litigatoribus per praemia falsos testes adducere, sicut actenus fieri solebat.

40 79. *De placito centenarii.* Ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia iudicetur, sed ista aut in praesentia comitis vel missorum nostrorum iudicentur.

80. *De inquisitione et descriptione uniuscuiusque missi in suo missatico.* Ut missi nostri diligenter inquirant et describere faciant unusquisque in suo missatico, quid 45 unusquisque de beneficio habeat vel quot homines casatos in ipso beneficio.

81. *De beneficiis, qualiter condricta*[a] *sint.* Quomodo eadem beneficia condricta sint, aut quis de beneficio alodem comparavit vel struxit.

82. *De beneficiis episcoporum, abbatum et reliquorum et de fiscis regalibus describendis.* Ut non solum beneficia episcoporum vel abbatum, abbatissarum atque comitum,

50 a) *verbum in multis codicibus varie corruptum est.*

sive vassorum nostrorum sed etiam nostri fisci describantur, ut scire possimus, quantum etiam de nostro in uniuscuiusque legatione habeamus.

83. *De legationibus propter iustitias, quo tempore exerceantur.* Volumus, ut propter iustitias quae usque modo de parte comitum remanserunt quattuor tantum mensibus in anno missi nostri legationes suas exerceant, *id est* in hieme Ianuario, in verno Aprili, in aestate Iulio, in autumno Octobrio. Caeteris vero mensibus unusquisque comitum placitum suum habeat et iustitias faciat. Missi autem nostri quater in uno mense[a] et in quattuor locis habeant placita sua cum illis comitibus, quibus congruum fuerit ut ad eum locum possint convenire.

84. *De iussione dominica in quolibet missatico non adimpleta.* Ut quicquid ille missus in illo missatico aliter factum invenerit quam nostra sit iussio, non solum illud emendare iubeat sed etiam ad nos ipsam rem, qualiter ab eo inventa est, deferat.

85. *De censu regali inquirendo.* Ut missi nostri census nostros perquirant diligenter, undecumque antiquitus ad partem regis exire solebant, similiter et freda; et nobis renuntient, ut nos ordinemus quid de his in futurum fieri debeat.

86. *De rebus, quibus census ad partem regis exire solebat.* Ut de rebus unde census ad partem regis exire solebat, si ad aliquam ecclesiam traditae sunt, aut reddantur propriis heredibus, aut qui eas retinuerit vel illum censum persolvat.

87. *De placitis a missis dominicis comitibus notum faciendis.* Ut unusquisque missorum nostrorum in placito suo notum faciat comitibus qui ad eius missaticum pertinent, ut in illis mensibus quibus ille legationem suam non facit, conveniant inter se et communia placita faciant, tam ad latrones distringendos, quam ad ceteras iustitias faciendas.

88. *De fidelitate regis promittenda.* Ut missi nostri populum nostrum iterum nobis fidelitatem promittere faciant secundum consuetudinem iamdudum ordinatam; et ipsi aperiant et interpretentur illis hominibus, qualiter ipsum sacramentum et fidelitatem erga nos servare debeant.

89. *De homicidiis infra patriam factis.* Ut homicidia infra patriam, sicut lege Domini interdictum est, nec causa ultionis nec avaritiae nec latrocinandi fiant; et ubicumque inventa fuerint, a iudicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur; et non occidatur homo, nisi lege iubente.

90. *De mensuris et ponderibus.* Ut aequales mensuras et rectas et pondera iusta et aequalia omnes habeant, sive in civitatibus sive in monasteriis, sive ad dandum *invicem* sive ad accipiendum, sicut in lege Domini praeceptum habemus.[b]

a) anno *c. Weissenaug.* b) et in Salomone 'pondus et pondus, mensuram et mensuram odit anima mea' *add. ex admonitione Aquisgranensi cod. Par.* 4628A. *et rec. manu Par.* 10758. — *In diversis codicibus diversa sub huius tertii libri fine adduntur. In cod. Schlettstad. libri quarti c.* 22—24. 71—74; *in codd. Vat. Pal.* 582. *Paris.* 9654 *et* 18239 *caput quoddam Hludowici recentius a Pertzio Leg. I. pag.* 350 *c.* 10 *editum, cui cod. Par.* 9654 *subnectit caput a Bened. levita libro I, c.* 279 *recensitum. In cod. denique Paris.* 4635 *a primo ut videtur scriptore postea suppletum est caput* 6 *supra pag.* 334 *editum.*

Incipit quarti praefatiuncula libelli.

Quia supra in duobus ecclesiastica quae praefati principes domnus imperator Karolus et piissimus Hludowicus augustus necnon[a] *et Hlotharius caesar filius ipsius*[a] *ediderunt capitula descripsi libellis, in tertio vero ad mundanam pertinentia legem quae domnus Karolus imperator fecit congessi, nunc iam in quarto illa ad mundanae augmentum legis pertinentia quae praeclarissimus domnus Hludowicus augustus*[b] *et Hlotharius caesar fecerunt*[b] *capitula adunavi libello.*

Incipiunt capitula.

1. *De servis per contumatiam alicui vim inferentibus.*
2. *De rebus vel mancipiis a fisco regali occupatis.*
3. *De servis vel ecclesiasticis in fiscum regalem confugientibus.*
4. *De vassis dominicis ad marcam custodiendam constitutis.*
5. *De comitibus ad custodiam maritimam deputatis.*
6. *De his, qui propter incestum res proprias amiserunt.*
7. *De coniurationibus servorum in Flandris et in Mempisco et in caeteris maritimis locis.*
8. *De his qui in litore maris salem faciunt.*
9. *De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis post obitum maritorum accipere debent.*
10. *De aggeribus iuxta Ligerim faciendis.*
11. *De duodecim pontibus super Sequanam restaurandis.*
12. *De omnibus pontibus faciendis.*
13. *De honore ecclesiarum.*
14. *De iniuriis sacerdotum vel quorumlibet ex clero in ecclesia factis.*[c]
15. *De viduis, pupillis et pauperibus.*
16. *De raptu viduarum.*
17. *De homine publicam poenitentiam agente interfecto.*
18. *De homine libero, ut potestatem habeat ubicumque voluerit res suas dare, et qualiter hoc facere debeat.*
19. *De homicidiis prohibendis.*
20. *De hoc quod in compositionem wirgildi dari debeat.*
21. *De raptu alienarum sponsarum.*
22. *De falsis testibus convincendis.*
23. *De proprio in bannum misso.*
24. *De mannire.*[d]
25. *De faidis cohercendis.*
26. *De sacramentis, ubi iuranda sint.*
27. *De his qui de furto accusati fuerint.*
28. *De dispectu litterarum dominicarum.*
29. *De iniustis teloneis et consuetudinibus.*
30. *De his qui bonos denarios accipere nolunt.*
31. *De adulteratoribus monetae.*
32. *De proprio dominico sine iussione illius reddito.*
33. *De pueris invitis parentibus detonsis aut puellis velatis.*
34. *De forcapiis.*
35. *De terra tributaria.*
36. *De beneficiis destructis.*
37. *De terra censali.*
38. *De nonis et decimis.*
39. *De mancipiis in villas dominicas confugientibus.*
40. *De forestibus noviter institutis.*
41. *De pontibus per diversa loca emendandis.*
42. *De legatione omnium missorum dominicorum, de quibus videlicet causis agere debeant.*
43. *De illis libertatibus et rebus reddendis quae in dominica vestitura sunt, qualiter inquiratur.*

a) necnon .... ipsius *om. codd. secundae classis.* b) augustus fecit *codd. secundae classis.* c) De solutione occisi presbyteri *addunt hic codd. Bamb. Par.* 4628A. 4638. 10758. d) *Codd. iidem hic inserunt rubricam:* Qualiter de statu suo pulsatus evindicet libertatem suam.

44. *De oppressione pauperum, viduarum et pupillorum.*
45. *De iniustis consuetudinibus noviter institutis.*
46. *De honore ecclesiarum.*
47. *De nonis et decimis.*
48. *De locis ad claustra canonicorum facienda.*
49. *De observatione praeceptorum dominicorum.*
50. *De his qui occasione inmunitatis iustitiam facere rennuunt.*
51. *De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis.*
52. *De beneficiis dominicis destructis.*
53. *De falsa moneta et de aliis diversis causis prohibendis.*
54. *De missorum dominicorum observatione.*
55. *De placitis a liberis hominibus observandis.*
56. *De debito ad opus dominicum rewadiato.*
57. *De his qui ad palatium vel in hostem pergunt vel inde redeunt.*
58. *De pontibus publicis.*
59. *De clericis, monachis et servis fugitivis.*
60. *De advocatis episcoporum, abbatum, comitum et abbatissarum.*
61. *De vicariis vel centenariis, si latrones celaverint.*
62. *De comitibus et vicariis admonendis de constitutione legis.*
63. *De forestibus dominicis.*
64. *De missis dominicis et de his qui iustitiam facere rennuunt.*
65. *De missis dominicis, ubi diutius non debeant inmorari.*
66. *De missis dominicis et de comite in aliquod missaticum directo.*
67. *De missis dominicis, qualiter coniectum accipere debeant.*
68. *De vassis dominicis et episcoporum vel reliquorum, qui in hoste non fuerunt.*
69. *De episcopis, abbatibus et comitibus et de placito missorum dominicorum.*[a]
70. *De dispensa missorum dominicorum.*[b]
71. *De eo qui in aliena patria de qualibet causa fuerit interpellatus.*
72. *De solutione atque compositione.*[c]
73. *De statu hominis.*
74. *De proprietate hominis, quae ob aliquod in bannum fuerit missa.*[d]

Incipiunt suprascripta capitula et textus eorum.

1. *De servis per contumatiam alicui vim inferentibus.* Si servi per contumatiam collecta multitudine alicui vim intulerint, id est aut homicidium aut incendium aut qualiumcumque rerum direptiones fecerint, domini quorum neglegentia hoc evenit pro eo quod eos constringere noluerunt, ut talia facere non auderent, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, solvere cogantur.

2. *De rebus vel mancipiis a fisco regali occupatis.* De rebus sive mancipiis, quae dicuntur a fisco nostro esse occupata, volumus ut missi nostri inquisitionem faciant sine sacramento per veratiores homines pagi illius circamanentes, et quicquid de hac causa verius ac certius investigare potuerint ad nostram faciant pervenire notitiam, ut nos tunc definiamus, quicquid nobis iustum esse videatur.

3. *De servis vel ecclesiasticis in fiscum regalem confugientibus.* Si servi vel ecclesiastici vel quorumlibet liberorum hominum in fiscum nostrum confugerint et a dominis vel advocatis eorum repetiti fuerint, si actor fisci nostri intellexerit, quod eos iuste non possit tenere ad nostrum dominium, eiciat illos de eodem fisco et recipiant eos domini eorum. Et si eidem actori visum fuerit, quod ad nostrum debeant pertinere dominium, expellat eos de eodem fisco et, postquam ab eisdem repetitoribus fuerint

a) De non exigendo haribanno antequam iussio dominica nota fiat *inserunt codd. iidem.* b) *Index capitulorum hic finitur in codd. Schaffhus. Paris.* 4417. 4635. 9654. *Vat.* 4159. *Vat. Pal.* 582. *Ottob.* 258. c) De fratribus qui paternae vel maternae *add. sec. manus in cod. Monac.* 3853. *Cfr. supra pag.* 330, *c.* 6. d) De hominibus qui alienam potestatem *add. Mon.* 3853. *Cfr. supra pag.* 330, *c.* 5.

recepti, habeat cum eis legitimam actionem et sic eos, si poterit, ad nostram evindicet possessionem.

4. *De vassis dominicis ad marcam custodiendam constitutis.* De vassis nostris, qui ad marcam nostram constituti sunt custodiendam aut in longinquis regionibus sua habent beneficia vel res proprias vel etiam nobis assidue in palatio nostro serviunt et ideo non possunt assidua custodire placita: quam rem volumus ut missi nostri vel comes nobis notam faciant, et nos faciemus, ut ad eorum placita veniant.

5. *De comitibus ad custodiam maritimam deputatis.* Volumus, ut comites qui ad custodiam maritimam deputati sunt, quicumque ex eis in suo ministerio residet, de iustitia facienda se non excuset propter illam custodiam, sed si ibi secum suos scabineos[a] habuerit, ibi placitum teneat et iustitiam faciat.

6. *De his qui propter incestum res proprias amiserunt.* De his qui se dicunt propter incestum res proprias amisisse, constitutum est ut, si ante proximum quinquennium, quando placitum nostrum habuimus in Compendio, easdem res amiserunt, non eis restituantur.

7. *De coniurationibus servorum in Flandris et in Mempisco et in ceteris maritimis locis.* De coniurationibus servorum, quae fiunt in Flandris et in Menpisco et in caeteris maritimis locis, volumus ut per missos nostros indicetur dominis servorum illorum, ut constringant eos, ne ultra tales coniurationes facere praesumant; et ut sciant ipsi eorundem servorum domini, quod, cuiuscumque servi huiuscemodi coniurationem facere praesumpserint postquam eis haec nostra iussio fuerit indicata, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, ipse dominus persolvere debeat.

8. *De his qui in litore maris salem faciunt.* De terra in litore maris, ubi salem faciunt, volumus ut aliqui ex eis veniant ad placitum[b] nostrum, et ratio eorum audiatur, ut tunc secundum aequitatem inter eos definire valeamus.

9. *De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis post obitum maritorum accipere debeant.* Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant. Et de his rebus, quas is qui illud beneficium habuit aliunde adduxit vel conparavit vel ei ab amicis suis conlatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum quam ad uxores eorum pervenire.

10. *De aggeribus iuxta Ligerim faciendis.* De aggeribus iuxta Ligerim faciendis, ut bonus missus eidem operi praeponatur, et hoc Pippino per nostrum missum mandetur, ut et ille ad hoc missum ordinet, quatenus praedictum opus perficiatur.

11. *De duodecim pontibus super Sequanam restaurandis.* De duodecim pontibus super Sequanam volumus, ut hi pagenses qui eos facere debent a missis nostris admoneantur, ut eos celeriter restaurent et ut eorum vanae contentioni non consentiant, quando dicunt se non aliubi eosdem pontes facere debere nisi ubi antiquitus fuerant; sed ibi ubi nunc necesse est eosdem pontes facere iubeantur.

12. *De omnibus pontibus faciendis.* De omnibus pontibus per regnum nostrum faciendis in commune missi nostri admoneant, ut ab ipsis restaurentur qui eos facere solebant.

13. De honore ecclesiarum. Si quis aut ex levi causa aut sine causa hominem in ecclesia interfecerit, de vita conponat. Si vero foris rixati fuerint, et unus alterum in ecclesiam fugerit et[c] ibi se defendendo eum interfecerit, et si huius facti testes non habuerit, cum duodecim coniuratoribus legitimis per sacramentum adfirmet se defendendo eum interfecisse, et post haec sexcentos solidos ad partem ecclesiae quam illo homicidio polluerat et insuper[c] bannum nostrum solvere cogatur; is vero qui inter-

a) scephenen *suprascr. in cod. Schlettst.* b) palatium *cod. Bamb. Vat.* 4159. c) *In codice Schlettstad. haec ita mutantur:* quod ibi se defendat et tunc alter eum occiderit, DC. sol. tradat ecclesiae quam polluerat, insuper.

fectus est absque conpositione iaceat: ac[a] deinde interfector secundum iudicium canonicum congruam facinori quod admisit poenitentiam accipiat[a][b]. Si proprius[c] servus hoc commiserit, iudicio aquae ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et si manus eius exusta fuerit, interficiatur; si[d] autem non fuerit, dominus eius iuxta quod wirgildus[e] illius est ad ecclesiam persolvat aut eum, si voluerit, eidem ecclesiae tradat[d]. De[f] ecclesiastico et fiscalino et beneficiario servo volumus, ut pro una vice wirgildus eius pro eo conponatur, altera vice ipse servus ad supplicium tradatur[f]. Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit iudicatus ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio ecclesiae, cuius[g] porta reliquiis sanctorum consecrata est[g], huiuscemodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur vel conponatur; si vero porta ecclesiae non est consecrata, eo modo conponatur quod in atrio committitur, sicut conponi debet quod in immunitate violata committitur.

14. De iniuriis sacerdotum *vel quorumlibet ex clero* in ecclesia factis. Sanguinis effusio in ecclesia facta cum fuste, si presbiter fuerit, triplo conponatur: duas partes eidem presbytero, tertia pro fredo ad ecclesiam, insuper[h] bannus noster. Similiter[i] de diacono iuxta conpositionem eius in triplo cum banno nostro conponatur; de subdiacono similiter in triplo secundum suam conpositionem, et de uniuscuiusque ordinis clerico secundum suam conpositionem triplo persolvatur et insuper bannus noster. Similiter et de ictu sine sanguinis effusione de uniuscuiusque ordinis clerico secundum suam conpositionem triplo et bannus noster. Et qui non habet unde ad ecclesiam persolvat, tradat se in servitium eidem ecclesiae, usque dum totum debitum persolvat[k].

15. De viduis, pupillis et pauperibus. *Praecipimus,* ut quandocumque in mallum ante comitem *viduae, pupilli et pauperes* venerint, primo eorum causa audiatur et definiatur. Et si testes per se ad causas suas quaerendas habere non potuerint vel legem nescierint, comes[l] illos vel illas adiuvet, dando eis talem hominem quia[l] rationem eorum teneat vel pro eis loquatur.

16. De raptu viduarum. Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis suae vel invitam vel volentem sibi copulaverit, bannum nostrum id est sexaginta solidos in triplo conponat; et si invitam eam duxit, legem suam ei conponat, illam vero ulterius non adtingat.

17. De homine publicam poenitentiam agente interfecto. Qui hominem publicam poenitentiam[m] agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo conponat et wirgildum eius proximis eius persolvat.

18. *De homine libero, ut*[n] potestatem habeat, ubicumque voluerit, res suas dare, et[o] qualiter hoc facere debeat[n][o]. Si[p] quis res suas pro salute animae suae vel ad aliquem venerabilem locum vel propinquo suo vel cuilibet alteri tradere[p] voluerit, et eo tempore intra ipsum comitatum fuerit in quo res illae positae sunt, legitimam traditionem facere studeat. Quodsi eodem tempore quo illas tradere vult extra eundem comitatum

a) *In eodem codice haec ita mutantur:* ac interfector, quod tale facinus commisit, secundum canonibus poenitentiam agat. b) *Codex Rivipull. a Baluzio adhibitus addit:* id est annis XXI: VII ex his in pane et aqua ad ostium ecclesiae satisfaciat, remotus ab oratione et communione fidelium; ceteros VII societur orationi fidelium; transactos qui supersunt VII communionem plenam perfecte subsequatur. Abstinentia eius sacerdotali providentia temperetur. c) *deest Schlettst.* d) *In cod. Schlettst. ita:* et dominus eius si velit, aut werdum aut ipsum ecclesiae tradat. Pro uno ecclesiastico vel fiscalino et beneficario servo volumus unum werdum tradere, aut ipsum supplicio tradere. e) *ita plurimi et optimi codd.*; *alii variant similiter ac pag.* 281. *not. k.* f) De *usque* tradatur *desunt in nonnullis codd.* g) cuius — est *om. codd. nonnulli.* h) et ins. *plurimi codd.* i) *Sequentia nonnulli codd. varie abbreviant.* k) *Codd. Par.* 4628 A. *et* 10758 *inserunt hoc loco caput apud Ben. Levit. I,* 186 *receptum. Cfr. supra notas sub fine libri secundi.* l) adiuvet illis comes et praestet illis tam loquacem hominem, qui tantummodo *cod. Schlettst.* m) *glossa* chara *suprascr. in cod. Schlettst.* n) qualiter res suas dare debeat *c. Schlettst.* o) et... debeat *om. cod. Schaffhus.; eorum loco* pro salute animae suae *cod. Goth*[a]. p) *Cod. Schlettst. ita:* Si q. liber r. s. pro a. salute vel ad ecclesiam vel p. suo tradere.

fuerit, id est sive in exercitu sive in palatio sive in alio quolibet loco, adhibeat sibi vel de suis pagensibus vel de aliis qui eadem lege vivant qua ipse vivit, testes[a] idoneos, vel si illos habere non potuerit, tunc de aliis quales ibi meliores invenire[b] possit[b]; et coram eis rerum suarum traditionem faciat et[c] fideiussores vestiturae donet *ei qui* illam traditionem accipit, *ut* vestituram faciat.[c] Et postquam haec traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de praedictis rebus valeat facere repetitionem[d]; insuper et ipse per se fideiussionem faciat eiusdem vestiturae, ne heredi ulla occasio remaneat hanc traditionem inmutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum coheredibus suis divisas habuit, non ei hoc sit inpedimento; sed coheres eius, si sponte noluerit, aut per comitem aut per missum eius distringatur, ut divisionem cum illo faciat, ad quem defunctus hereditatem suam voluit pervenire. Et si cuilibet ecclesiae eam tradere rogavit, coheres eius eam legem cum illa ecclesia de praedicta hereditate habeat, quam cum alio coherede suo habere debebat. Et hoc observetur erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos; postea ipsae res ad inmunitatem ipsius ecclesiae redeant.

19. De homicidiis prohibendis. Quicumque hominem aut ex levi causa aut sine causa interfecerit, wirgildum eius his ad quos ille pertinet conponat. Ipse vero propter talem praesumptionem in exilium mittatur, ad quantum tempus nobis placuerit: res tamen suas non amittat.

20. *De hoc* quod in conpositionem wirgildi dari debeat. In conpositionem wirgildi volumus ut ea dentur quae in lege continentur, excepto accipitre et spatha, quia propter illa duo aliquoties periurium committitur, quando maioris pretii quam illa sint esse iurantur.

21. De raptu alienarum sponsarum. Si quis sponsam alienam rapuerit aut patri eius aut ei qui legibus eius defensor esse debet, cum sua lege eam reddat; et quicquid cum ea tulerit, semotim unamquamque rem secundum legem reddat. Et si hoc defensor eius perpetrari consenserit et ideo raptori nihil quaerere voluerit, comes singulariter de unaquaque re freda nostra ab eo exactare faciat. Sponso vero legem suam conponat et insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, solvat, vel in praesentiam nostram comes eum advenire faciat, et quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat et illam feminam ei habere non liceat.

22. De falsis testibus convincendis. Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum per iudicium producti fuerint, si ille falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veratium testimonio falsorum testium perversitas superetur. Quod si ambae partes testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum scutis et fustibus in campo decertent, utra pars falsitatem, utra veritatem suo testimonio sequatur. Et campioni qui victus fuerit propter periurium quod ante pugnam commisit, dextera manus amputetur; ceteri vero eiusdem partis testes, *qui* falsi apparuerunt, manus suas redimant, cuius conpositionis duae partes ei contra quem testati sunt dentur, tertia pro fredo solvatur. Et in seculari quidem causa huiuscemodi testium diversitas campo conprobetur; in ecclesiasticis autem causis, ubi de una parte seculare, de altera vero ecclesiasticum negotium est, idem modus observetur.[e] Ubi vero ex utraque parte ecclesiasticum fuerit, rectores earundem ecclesiarum, si se familiariter pacificare velint, licentiam habeant;

a) tres testes *cod. Schaffh.* b) inveniri possunt *Bamb. et Goth*[a.] c) et... faciat *om. codd. complur. antiqui sed propter homoioteleuton tantum ut videtur.* d) *reliquam capitis partem omittit cod. Schlettst.* e) *Goth*[a.] *hic inserit:* seu etiam crucis iuditio rei veritas inquiratur. Hoc et de timidis atque imbecillibus vel infirmis, qui pugnare non valent, ne propter hoc iustitia sua careant, censuimus faciendum. *Cfr. supra pag.* 268, *c.* 1.

si autem de huiuscemodi pacificatione inter eos convenire non possint, advocati eorum in mallo publico ad praesentiam comitis veniant, et ibi legitimus terminus eorum contentionibus inponatur. Testes vero de qualibet causa non aliunde quaerantur, nisi de ipso comitatu in quo res, unde causa agitur, positae sunt; quia non est credibile, ut vel de statu hominis vel de possessione cuiuslibet per alios melius rei veritas cognosci valeat quam per illos qui viciniores sunt. Si tamen contentio quae inter eos exorta est in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eis de vicina centena adiacentis comitatus ad causam suam testes habere.

23. De proprio in bannum misso. Cuiuscumque hominis proprietas ob crimen aliquod, *quod idem habet* commissum, in bannum fuerit missa, et ille re cognita, ne iustitiam faciat, venire distulerit annumque ac diem in eo banno illam esse permiserit, ulterius eam non adquirat, sed ipsa fisco nostro societur. Debitum vero quod is cuius ea fuit solvere debuit per comitem ac ministros eius iuxta aestimationem damni de rebus mobilibus quae in eadem proprietate inventae fuerint his quibus idem debitor fuit exsolvatur; quodsi rerum mobilium ibidem inventarum quantitas[a] ad conpositionem non sufficerit, de immobilibus suppleatur, et quod superfuerit, sicut dictum est, fiscus noster possideat; si nihil super conpositionem remanere potuerit, totum in illam expendatur. Si autem homo ille nondum cum suis coheredibus proprium suum divisum habuit, convocet eos comes et cum eis legitimam divisionem faciat et tunc, sicut iam dictum est, partem eius fisco nostro addicat, et conpositionem de ea iuxta modum superius conprehensum his ad quos illa legibus pertinet exsolvat. Quodsi non de alia re, sed de ipsa proprietate quae in bannum missa fuit ac per hoc in nostram potestatem redacta est, fuerat interpellatus, comes in cuius ministerio eam esse constiterit hoc ad notitiam nostram perferre curet, ut nos eandem proprietatem, quae secundum supradictum modum in nostrum dominium redacta est, per praecepti nostri auctoritatem in ius et potestatem hominis qui eam quaerebat, si sua debet esse, faciamus pervenire.

24. De mannire. Si quis de statu suo, id est de libertate vel de hereditate, conpellandus est, iuxta legis constitutionem manniatur; de ceteris vero causis, unde quis rationem est redditurus, non manniatur sed per comitem banniatur. Et si post unam et alteram comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eius in bannum missis venire et iustitiam facere conpellatur.[b]

25. De faidis cohercendis. Si quis aliqua necessitate cogente, homicidium commisit, comes in cuius ministerio res perpetrata est et conpositionem solvere et faidam[c] per sacramentum pacificare faciat; quodsi una pars ei ad hoc consentire noluerit, id est aut ille qui homicidium commisit aut is qui conpositionem suscipere debet, faciat illum qui ei contumax fuerit ad praesentiam nostram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit, in exilium mittamus, donec ibi castigetur, ut comiti suo inoboediens esse ulterius non audeat et maius damnum inde non adcrescat.

26. De sacramentis ubi iuranda sint. Ubi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta adhramire[d] vel iurare[e], ibi mallum habeatur et ibi sacramenta iurentur; mallus tamen neque in ecclesia neque in atrio eius habeatur. Minora vero placita comes sive intra suam potestatem vel ubi inpetrare potuerit habeat. Volumus utique, ut domus a comite in loco ubi mallum tenere debet constituatur, ut propter calorem solis et pluviam publica utilitas non remaneat.

27. De his qui de furto accusati fuerint. Si liber homo de furto accusatus fuerit

a) tantitas *codd. plurimi.* b) *Codd. Goth*[b.] *Bamb. Par.* 4628 A. 4638. 10758. *hic inserunt cap. supra pag.* 315, *c.* 2 *editum praemissa inscriptione:* Qualiter de statu suo pulsatus evindicet libertatem suam. c) frido *prima manu suprascr. in cod. Schlettst.* d) stabon *glossa suprascr. in cod. eodem.* e) ibi scabini et legis doctores cum reliquis conveniant et ibi mallos habeant *add. cod. Rivip. a Baluzio adhibitus.*

et res proprias habuerit, in mallo ad praesentiam comitis se adhramiat; et si res non habet, fideiussores donet qui eum adhramire et in placitum adduci faciant. Et liceat ei prima vice per sacramentum se secundum legem idoniare, si potuerit. At si alia vice duo vel tres eum de furto accusaverint, liceat ei contra unum ex his cum scuto 5 et fuste in campo contendere. Quodsi servus de furto accusatus fuerit, dominus eius pro eo emendet aut eum sacramento excuset, nisi tale furtum perpetratum habeat, propter quod ad supplicium tradi debeat.

28. De despectu litterarum dominicarum. Si quis litteras nostras dispexerit, id est tractoriam quae propter missos recipiendos dirigitur, aut honores quos habet amittat 10 aut in eo loco ubi praedictos missos suscipere debuit tamdiu resideat et de suis rebus legationes illuc venientes suscipiat, quousque animo nostro satisfactum habeat. Qui vero epistolam nostram quocumque modo dispexerit, iussu nostro ad palatium veniat et iuxta voluntatem nostram congruam stultitiae suae castigationem accipiat. Et si homo liber vel ministerialis comitis hoc fecerit, honorem, qualemcumque habuerit, sive beneficium 15 amittat; et si servus fuerit, nudus ad palum vapulet et caput eius tondeatur.

29. De iniustis teloneis et consuetudinibus. Ut ubi tempore avi nostri domni Pippini consuetudo fuit teloneum[a] dare, ibi et in futurum detur: nam ubi noviter inceptum est, ulterius non agatur. Et ubi necesse non est fluvium aliquem per pontem transmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut subtus pontem ierit et ad ripam non 20 adpropinquaverit neque ibidem aliquid emptum vel venundatum fuerit, ulterius teloneum non detur; et nemo cogat alium ad pontem ire, ubi iuxta pontem aquam transmeare potest. Et qui ulterius in talibus locis vel de eis qui ad palatium seu in hostem pergunt, teloneum[b] exactaverit, cum sua lege ipsum teloneum reddat et bannum nostrum, id est sexaginta solidos, conponat.

25 30. De his qui bonos denarios accipere nolunt. Quicumque liber homo denarium merum et bene pensantem recipere noluerit, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, conponat. Si vero servi ecclesiastici aut comitum aut vassallorum nostrorum hoc facere praesumpserint, sexaginta ictibus vapulent, aut, si magister eorum vel advocatus, qui liber est eos vel comiti vel misso nostro iussus praesentare noluerit, praedictum ban- 30 num sexaginta solidos conponat.

31. De adulteratoribus monetae. De[c] falsa moneta iubemus, ut qui eam[c] percussisse conprobatus fuerit, manus ei amputetur. Et qui hoc consensit, si liber est, sexaginta solidos conponat; si servus est, sexaginta ictus accipiat.

32. De proprio dominico sine iussione illius reddito. Si quis proprium nostrum, 35 quod in vestitura genitoris nostri fuit, alicui quaerenti sine nostra iussione reddiderit, aliud tantum nobis de suo proprio cum sua lege conponat. Et quicumque illud scienter per malum ingenium adquirere temptaverit, pro infideli teneatur, quia sacramentum fidelitatis quod nobis promisit irritum fecit, et ideo secundum nostram voluntatem et potestatem diiudicandus est.

40 33. De pueris invitis parentibus detonsis aut puellis velatis. Si quis puerum invitis parentibus totonderit aut puellam velaverit, legem suam in triplo conponat, aut ipsi puero vel puellae, si iam suae potestatis sunt, aut illi in cuiuslibet potestate fuerint. Illi vero potestatem habeant capitis sui, ut in tali habitu permaneant qualis eis conplacuerit.

34. De forcapiis. Si mancipia dominos suos fugerint in alienam potestatem, ut 45 propter hoc nullum praemium accipiat ille, in cuius potestate fuerint inventa pro eo quod ea vel reddiderit vel foras eiecerit; et non solum hoc, sed etiam si ea nec reddere nec foras eicere voluerit et legitimo domino ea contradixerit et illa inde postea effugerint, secundum legem ea solvere cogatur.

a) zol *suprascr. in cod. Schlettstad.* b) ferit *suprascr. in eodem.* c) Quicumque falsam mone- 50 tam *codd. complures.*

35. De terra tributaria. Quicumque terram tributariam, unde tributum ad partem nostram exire solebat, vel ad ecclesiam vel cuilibet alteri tradiderit, is qui eam susceperit tributum quod inde solvebatur omni modo ad partem nostram persolvat, nisi forte talem firmitatem de parte dominica habeat, per quam ipsum tributum sibi perdonatum possit ostendere. 5

36. De beneficiis destructis. Quicumque suum beneficium occasione proprii desertum habuerit et intra annum, postquam ei a comite vel misso nostro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat.

37. De terra censali. Si quis terram censalem habuerit, quam antecessores sui vel ad aliquam ecclesiam vel ad villam nostram dederunt, nullatenus eam secundum 10 legem tenere potest, nisi ille voluerit ad cuius potestatem vel illa ecclesia vel illa villa pertinet, nisi forte filius aut nepos eius sit qui eam tradidit et ei eadem terra ad tenendum placita sit. Sed in hac re considerandum est, utrum ille qui hanc tenet dives an pauper sit et utrum aliud beneficium habeat, vel etiam proprium; et qui horum neutrum habet, erga hunc misericorditer agendum est, ne ex toto dispoliatus in egestatem 15 incidat; ut aut talem censum inde persolvat qualis ei fuerit constitutus vel portionem aliquam inde in beneficium accipiat unde se sustentare valeat.

38. De nonis et decimis. Consideratum[a] est, ut de frugibus terrae et animalium nutrimine persolvantur. De opere vero vel restauratione ecclesiarum comes et episcopus sive abbas una cum misso nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint, considerationem 20 faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum et restaurandum, quantum ipse de rebus ecclesiarum habere cognoscitur[b]; similiter et vassi nostri aut in commune tantum operis accipiant quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se iuxta quantitatem quam ipse tenet. Aut si inter eos convenerit, ut pro opere faciendo argentum donent, iuxta aestimationem operis in argento persolvant; cum 25 quo pretio rector ecclesiae ad praedictam restaurationem operarios conducere et materiam emere possit. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum lege sua restituat et insuper bannum nostrum solvat, ut ita castigatus caveat, ne saepius iterando beneficium amittat.

39. De mancipiis in villas dominicas confugientibus. Si cuiuslibet mancipia in 30 villam nostram confugerint, actor eiusdem villae quaerenti domino ea non contradicat, sed statim ea foras de eadem villa eiciat; et si se putat ad ea repetenda iustitiam habere, repetat et secundum legem adquirat. Si vero tempore domni Karoli genitoris nostri in villam illam confugerunt et dominus ea quaerit, actor eiusdem villae aut ea legitime contineat aut quaerenti domino reddat. Et actor propter vestituram domni 35 Karoli genitoris nostri eadem mancipia contradicere non audeat, si illius propria esse noscuntur.

40. De forestibus noviter institutis. Ut[c] quicumque illas habet dimittat, nisi forte indicio veraci ostendere possit, quod per iussionem sive permissionem domni Karoli genitoris nostri eas instituisset: praeter illas quae ad nostrum opus pertinent, unde nos 40 decernere volumus quicquid nobis placuerit.

41. *De pontibus per diversa loca emendandis.* Volumus, ut missi nostri per singulas civitates una cum episcopo et comite missos vel nostros homines ibidem commanentes eligant, quorum cura sit pontes per diversa loca emendare, et eos qui illos emendare debent ex nostra iussione admonere, ut unusquisque iuxta suam possibilitatem 45 et quantitatem eos emendare studeat.

42. De legatione omnium missorum *dominicorum,* de quibus videlicet causis agere debeant. Legatio omnium missorum nostrorum haec est. Primo ut, sicut iam aliis

a) Considerandum *multi codd.* b) cognoscatur *alii.* c) Volumus ut *Par.* 4638; Volumus atque praecipimus ut *Vat. Pal.* 583. *Vat. Chr.* 974. 50

missis iniunctum fuit, iustitiam faciant de rebus et libertatibus iniuste ablatis; et si episcopus aut abbas aut vicarius aut advocatus aut quislibet de plebe hoc fecisse inventus fuerit, statim restituantur. Si vero vel comes vel actor dominicus vel alter missus palatinus hoc perpetravit et in nostram potestatem redigerit, res diligenter investigata et descripta ad nostrum iudicium reservetur.

43. *De illis libertatibus et rebus reddendis quae in nostra*[a] *vestitura sunt, qualiter inquirantur.* Volumus autem, ut de his libertatibus et rebus reddendis quae in nostra vestitura sunt primo per optimos quosque inquiratur; et si per illos inveniri non possit, tunc per eos qui post illos in illa vicinia meliores sunt; et si nec per illos rei veritas inveniri potest, tunc liceat litigantibus ex utraque parte testes adhibere; et si discordaverint, secundum constitutionem a nobis promulgatam examinentur.

44. *De oppressione pauperum, viduarum et pupillorum.* De pauperibus, viduis et pupillis iniuste oppressis, ut adiuventur et releventur.

45. *De iniustis consuetudinibus noviter institutis.* De iniustis occasionibus et consuetudinibus noviter institutis, sicut sunt tributa et telonei in media via, ubi nec aqua nec palus nec pons nec aliquid tale fuerit unde iuste census exigi possit, vel ubi naves subtus pontes transire solent, sive in medio flumine ubi nullum obstaculum est, ut auferantur; antiquae[b] autem ad nostram notitiam deferantur.[b]

46. *De honore ecclesiarum.* De[c] honore ecclesiarum, ut[c] per omnia eis exhibeatur, sicut super a nobis cum consensu omnium fidelium nostrorum constitutum est; et ut hoc missi nostri omnibus in sua legatione constitutis notum efficiant.

47. *De nonis et decimis.* De[d] nonis et decimis, ut[d] secundum iussionem nostram dentur.

48. *De locis ad claustra canonicorum facienda.* De locis dandis ad claustra canonicorum facienda, si de eiusdem ecclesiae rebus fuerit, *nostra liberalitate*[e] *concedatur* ibi; si de alterius ecclesiae vel liberorum hominum, commutetur; si autem de fisco nostro fuerit, nostra liberalitate[e] concedatur.

49. *De observatione praeceptorum dominicorum.* De observatione praeceptorum nostrorum et inmunitatum, ut ita observentur sicut a nobis et ab antecessoribus nostris constitutum est.

50. *De his qui per occasionem inmunitatis iustitiam facere rennuunt.* De his qui per occasionem inmunitatis iustitiam facere rennuunt, ut hoc observetur quod a nobis constitutum est.

51. *De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis.* De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis, ut iuxta possibilitatem in antiquum statum reformentur.

52. *De beneficiis dominicis destructis.* De beneficiis nostris quae destructa inveniuntur hoc impleatur quod nuper a nobis constitutum est.

53. *De falsa moneta et de aliis diversis causis prohibendis.* De nova moneta et de falsa moneta et de dispectu litterarum nostrarum et de latronibus cohercendis vel puniendis et de faidis[f] pacandis, de homicidiis prohibendis, de periuriis et falsis testibus conpescendis, de his omnibus vel ceteris his similibus hoc quod modo constituimus omnibus adnuntietur et in futurum observetur.

54. *De missorum dominicorum observatione.* Hoc volumus ut missi nostri observent, ut, quicquid de his causis vel simul vel singillatim emendare potuerint, emendent, ut ea quae[g] emendaverint diligenter scriptis notent; et hoc sic peragere curent,

a) dominica *alii.* b) qui autem hoc exactaverint, ad nostram praesentiam deducantur *cod. Schaffhus.* c) Praecipimus ut honor ecclesiarum debitus *Vat. Pal.* 583, *Vat. Chr.* 974. d) Precipimus ut nonae et decimae *codd. iidem.* e) libertate *codd. complures.* f) id est gevehida *glossam in marg. add. cod. Corb.* g) non *add. nonnulli codd.*

quatenus iuste reprehendi a quoquam nullatenus possint. Et quae facere debent aut possunt, nullatenus praetermittant, immo caveant, ne, quod absit, aut gratia alicuius, aut honoris aut timoris sive odii causa illud quod agere debent omittant. Et summopere studeant, ut hoc quod per se efficere non possunt nobis notum faciant; et omnimodis praevideant, ut per singula capitula tam verbis quamque scriptis de omnibus quae illic 5 peregerint nobis rationem reddere valeant.

55. *De placitis a liberis hominibus observandis.* De placitis siquidem quos liberi homines observare debent constitutio genitoris nostri poenitus observanda atque tenenda est, ut videlicet in anno tria solummodo generalia placita observent, et nullus eos amplius placita observare conpellat, nisi forte quilibet aut accusatus fuerit aut alium 10 accusaverit aut ad testimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad caetera vero, quae centenarii tenent, non alius venire iubeatur, nisi qui aut litigat aut iudicat aut testificatur.

56. *De debito ad opus dominicum rewadiato.* Ut de debito quod ad opus nostrum fuerit rewadiatum talis consideratio fiat, ut is qui ignoranter peccavit non totum secun- 15 dum legem conponere cogatur, sed iuxta quod possibile visum fuerit; is vero qui tantum mala voluntate peccavit totam legis conpositionem cogatur exsolvere.

57. *De his qui ad palatium vel in hostem pergunt vel inde redeunt.* Ut nullus ad palatium vel in hostem pergens vel de palatio vel de hoste rediens tributum quod trasturas[a] vocant solvere cogatur. 20

58. *De pontibus publicis.* Ut pontes publici, qui per bannum fieri solebant, anno praesente in omni loco restaurentur.

59. *De clericis, monachis et servis fugitivis.* Ut clerici et monachi et servi fugitivi ad loca sua redire iubeantur.

60. *De advocatis episcoporum, abbatum, comitum et abbatissarum.* Ut nullus 25 episcopus nec abbas nec comes nec abbatissa centenarium comitis advocatum habeat.

61. *De vicariis vel centenariis, si latrones celaverint.* Ut vicarii vel centenarii qui fures et latrones vel celaverint vel defenderint secundum sibi datam sententiam diiudicentur.

62. *De comitibus et vicariis admonendis de constitutione legis.* Ut comites et 30 vicarii de constitutione legis ammoneantur, qua iubetur ut propter iustitiam pervertendam munera non accipiant.

63. *De forestibus dominicis.* De forestibus[b] nostris, ut, ubicumque fuerint, diligentissime inquirant, quomodo salvae sint et defensae, et ut comitibus denuntient, ne ullam forestem noviter instituant; et ubi noviter institutas sine nostra iussione invenerint, 35 dimittere praecipiant.

64. *De missis dominicis et de his qui iustitiam facere rennuunt.* Ut ubicumque ipsi missi aut episcopum aut abbatem aut alium quemlibet quocumque honore praeditum invenerint qui iustitiam facere vel noluit vel prohibuit, de ipsius rebus vivant quamdiu in eo loco iustitias facere debent. 40

65. *De missis dominicis, ubi diutius non debeant inmorari.* Ut in illius comitis ministerio qui bene iustitias factas habet idem missi diutius non morentur neque illuc multitudinem convenire faciant, sed ibi moras faciant, ubi iustitia vel minus vel neglegenter facta est.

66. *De missis dominicis et comite in aliquod missaticum directo.* Ut in illius co- 45 mitis ministerio idem missi nostri placitum non teneant qui in aliquod missaticum directus est, donec ipse fuerit reversus. Ut causa quae adhuc coram comite non fuit, et

a) transturas, transituras, tracturas *alii; glossam* heristiura *in marg. add. cod. Corb.* b) vorst *glossam in marg. cod. Corb. addit.*

is qui se reclamat, propter suam stultitiam aut contumatiam comitem inde appellare noluit, iterum comiti commendetur.

67. *De missis dominicis, qualiter coniectum accipere debeant.* Ut missi nostri qui vel episcopi vel abbates vel comites sunt, quamdiu prope suum beneficium fuerint, 5 nihil de aliorum coniecto accipiant; postquam vero inde longe recesserint, tunc accipiant secundum quod in sua tractoria continetur. Vassi vero nostri et ministeriales qui missi sunt, ubicumque venerint, coniectum accipiant.

68. *De vassis dominicis et episcoporum vel reliquorum qui in hoste non fuerunt.* Ut vassi nostri et vassi episcoporum, abbatum, abbatissarum et comitum, qui anno 10 praesente in hoste non fuerunt, heribannum rewadient; exceptis his qui propter necessarias causas et a domno ac genitore nostro Karolo constitutas domi dimissi fuerunt, id est, qui a comite propter pacem conservandam et propter coniugem ac domum eius custodiendam, et ab episcopo vel abbate vel abbatissa similiter propter pacem conservandam, et propter fruges colligendas et familiam constringendam et missos recipiendos di- 15 missi fuerunt.

69. *De episcopis, abbatibus et comitibus, et de placito missorum dominicorum.* Ut omnis episcopus, abbas et comes, excepta infirmitate vel nostra iussione, nullam excusationem habeat, quin ad placitum missorum nostrorum veniat aut talem vicarium suum mittat, qui in omni causa pro illo reddere rationem possit.[a]

20 70. *De dispensa missorum dominicorum.* De dispensa missorum nostrorum, qualiter unicuique iuxta suam qualitatem dandum vel accipiendum sit, videlicet episcopo[b] panes quadraginta, friskingae tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii quatuor. Abbati, comiti atque ministeriali nostro unicuique dentur cotidie panes triginta, friskingae duae, de potu modii duo, porcellus 25 unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii tres. Vassallo nostro panes decem et septem, friskinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova decem, annona ad caballos modii duo.[b]

71.[c] *De eo qui in aliena patria de qualibet causa fuerit interpellatus.* Si quis in aliena patria, ubi vel propter beneficium vel propter aliam quamlibet occasionem ad- 30 sidue conversari solet, de qualibet causa fuerit interpellatus, verbi gratia de conquesitu suo vel de mancipiis suis, ibi secundum suam legem iustitiam faciat, et cum talibus coniuratoribus, quales in eadem[d] regione[d] vel provincia secum habere potuerit, legitimum sacramentum iuret. Excepto si quis eum de statu suo, id est de libertate sua vel de hereditate quam ei pater suus moriens dereliquit, appellaverit: de his duobus 35 liceat illi sacramentum in patria sua, id est in legitimo sui sacramenti loco, iurandum offerre; et is qui cum eo litigatur, si velit, sequatur illum in patriam suam ad recipiendum illud sacramentum. Ipse tamen primo in eodem loco, id est ubi interpellatus est, satisfaciat tam comiti et iudicibus quam adversario suo testibus probando, quod rem quae ab eo quaeritur pater suus ei dereliquit.[e]

40 72. *De solutione atque conpositione.* Ut omnis solutio atque conpositio, quae in lege Salica continetur, inter Francos per duodecim denariorum solidos conponatur, excepto ubi contentio contra[f] Saxones et Frisiones exorta fuerit: ibi volumus ut quadra-

a) *codd. complures inserunt hoc loco caput* 7 *supra pag.* 334 *editum.* b) *Cod. Schlettstad. haec ita habet:* XL panes et III urnae de potu et III frisginge et XV ova et IIII modii annonae equis. Abbati, 45 comiti et aliis XXX panes, II victimae, duo urni, I porcellus, III pulli, XV ova, III modii caballis. Vasalo nostro XVI panes, I frisginge, I porcellus, I urna potus, X ova, II modii caballis. c) *Capp.* 71—74 *omittunt codd. Paris.* 4417. 4635, *fragmenta Monac., Goth*[b.], *Vatic.* 4159 *et Ottobon.* 258 *sed in marg. cod. Par.* 4417 *leguntur verba* Hic desunt capitula IIII in fine libri requirenda. d) eodem regno *cod. Mon.* 3853. e) *Cod. Mon.* 3853 *et alius Monac. olim Frising. inserunt hoc loco cap.* 4 *capitularis Olonnensis* 50 *supra pag.* 330 *editi; iidem tamquam ultimum addunt eiusdem capitularis caput* 5. f) inter *cod. Schaffhus.*

ginta denariorum quantitatem solidus habeat, quem vel Saxo vel Frisio ad[a] partem[a] Salici Franci cum eo litigantis solvere debet.

73. *De statu hominis.* Ut de statu suo, id est de libertate vel hereditate, compellandus iuxta legis constitutionem manniatur. De caeteris vero causis unde quis rationem est redditurus, si post secundam comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eius in bannum missis venire et iustitiam facere conpellatur.

74. *De proprietate hominis quae ob aliquod crimen in bannum fuerit missa.* Cuiuscumque hominis proprietas ob crimen aliquod ab eo commissum in bannum fuerit missa, et ille re cognita ne iustitiam faciat venire distulerit annumque ac diem in eo banno illam esse permiserit, eam ulterius non adquirat, sed ipsa fisco regis societur. Debitum vero, quod is cuius ea fuit solvere debuit, per comitem ac ministros eius iuxta estimationem damni de rebus mobilibus quae in eadem proprietate inventae fuerint his quibus idem debitor fuit exsolvatur. Quodsi rerum mobilium ibidem inventarum quantitas ad compositionem non sufficerit, de immobilibus suppleatur, et quod superfuerit, sicut dictum est, fiscus regis possideat; si nihil super compositionem remanere potuerit, totum in illam expendatur. Si autem homo ille nondum cum suis coheredibus proprium suum divisum habuit, convocet eos comes et cum eis legitimam divisionem faciat et tunc, sicut iam dictum est, partem eius fisco regis *addat*, et compositionem de ea iuxta modum superius conprehensum his ad quos illa legibus pertinet exsolvat.

Capitula[b] *domni Karoli imperatoris ecclesiastica, quae ideo suprascriptis non coniunxi capitulis, quia alia ex istis quasi causa memoriae scripta fuerint et non videntur plenum explere sensum, alia sunt geminata, cum aliis videlicet mixta capitulis, alia penitus finita atque ad perfectionem perducta.*

1. De lectionibus.
2. De cantu.
3. De notariis.
4. De ceteris disciplinis.
4. De compoto.
6. De medicinali arte.
7. De ecclesiis sine honore manentibus absque officiis et luminariis; et de his qui decimas sumunt et de ecclesiis non curant; et de altaribus, ut non superflua sint in ecclesiis.
8. De laicis noviter conversis, ne, antequam suam legem pleniter vivendo discant, ad alia negotia mittantur.
9. De relinquentibus seculum, ut unum e duobus eligant: aut pleniter secundum canonicam aut secundum regularem institutionem vivere debeant.
10. De ecclesiis seu sanctis noviter inventis sine auctoritate, nisi episcopo probante minime venerentur: salva etiam de hoc et de omnibus ecclesiis canonica auctoritate.
11. De ordinatis episcopis nec receptis.
12. Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare.
13. De servo, si nesciente domino suo fuerit ordinatus.

a) ad partem *codd. complures.* b) *Appendices prima et secunda desunt in codd. Monac.* 3853, *Weissenaug., Vatic.* 4159, *Ottob.* 258, *Barrois olim Lovanii; Schaffhus. cod. nonnulla tantum app. secundae capita addit.*

14. Quod non liceat clericum in duabus civitatibus ministrare, nec abbatibus plurima monasteria aut cellas habere.
15. De peregrinis episcopis et clericis.
16. De litteris peregrinorum et clericis sine litteris ambulantibus.
5 17. Qualis vel pro qualibus culpis quisque secundum canonicam institutionem degradetur de officio sacerdotali.
18. De expulso ab ecclesia et excommunicato[a] vel damnato ab officio suo.
19. De ordine ecclesiastico et officio missae.
20. De reliquiis sanctorum et oratoriis villaribus.
10 21. De altario non consecrando nisi lapideo.
22. De confirmatione cum chrismate.
23. De baptismo.
24. De pascha et de die dominico et de reliquis festivitatibus.
25. De ieiunio et quadragesima vel letaniis.
15 26. Ut festivitates praeclarae nonnisi in civitatibus aut in vicis publicis teneantur.
27. De hoc officio.
28. De ecclesiis emendandis, ut ubi in uno loco plures sunt quam necesse est, destruantur quae necessariae non sunt, et aliae construantur.
29. De ecclesiis non bene constructis.
20 30. De iudicio poenitentiae ad interrogandum reliquimus, per quem poenitentialem vel qualiter iudicentur[b] poenitentes; et de incestibus, quibus liceat iungere, quibus non.
31. De elimosina mittenda in Hierusalem propter ecclesias Dei restaurandas proximo[c] natali Domini.[c]
32. Ut nullus homo malignis consentiat, sed magis in quantum potest resistat. Ut 25 pauperes, orfani et viduae et ecclesiae Dei pacem habeant.
33. Ut *qui* monachi et virgines *sunt* propositum suum omnimodis observent.
34. Ut isti mangones et cotiones, qui sine omni lege vagabundi vadunt per istam terram, non sinantur vagari ac deceptiones hominum agere, nec isti nudi cum ferro, qui dicunt se data sibi poenitentia ire vagantes: melius videtur, ut si aliqui inconsuetum 30 et capitale crimen commiserunt in uno loco permaneant laborantes et servientes et poenitentiam agentes, secundum quod sibi canonice inpositum sit.
35. De concordia fidelium nostrorum.

Item[d] capitula[e] domni Karoli imperatoris mundana[f] quae suprascriptam videntur habere causam.

35 1. De latronibus, sicut iam antea in alio capitulari commendavimus, ita maneat.
2. De adventitiis ut, cum missi nostri ad placitum venerint, habeant scriptum, quanti adventitii sunt in illorum missatico aut de quo pago sunt et nomina eorum, et qui sunt eorum seniores.
3. Si quis de libertate sua fuerit interpellatus et timens ne in servitium cadat 40 aliquem de propinquis suis, per quem se in servitium casurum timens, occiderit id est patrem, matrem, patruelem, avunculum vel quamlibet huiusmodi propinquitatis personam, ipse qui hoc perpetraverit moriatur, agnatio[g] eius et consanguinitas in servitutem

a) excommunicatione *cod. Hamb.* b) iudicent *nonnulli codd.* c) *verba* prox. nat. Dom. *desunt supra p.* 154, *c.* 18. d) *Codices complures coniungunt capitula haec cum anterioribus numeris per-* 45 *petuo numeratis.* e) Incipiunt iterum capitula *codd. nonnulli.* f) mundana *rell. om. codd. nonnulli.* g) cognatio *alii.*

cadat. Et si negaverit se illum occidisse, ad novem vomeres ignitos iuditio Dei examinandus accedat.

4. De fugitivis ac peregrinis, ut distringantur, ut scire possimus, qui sint aut unde venerunt.

5. Ut bauga et bruniae non dentur negotiatoribus. 5

6. De mensuris, ut secundum iussionem nostram aequales fiant.

7. Ut non mittantur testimonia super vestituram domni Pippini regis.

8. Ut omnia quae wadiare[a] debent, iuxta quod in lege continetur, pleniter secundum ipsam legem rewadiata fiant; et in postmodum vel domnus rex vel ille cuius causa est iuxta quod ei placuerit.[b] 10

9. Ut missi nostri qui iam breves detulerunt de adnuntiatione, volumus ut adhuc adducant de opere.

10. Quantam moram faciant in unoquoque loco et quot homines secum habeant.

11. De prudentia et constantia missorum nostrorum.

12. De falsis monetariis requirendum est. 15

13. De illis Saxonibus qui uxores non habent.

14. De signatis qui mentiendo vadunt.

15. Si aliae res fortuitu non praeoccupaverint, VIII. Kalendas Julias, id est missa sancti Iohannis baptistae, ad Magontiam sive Cabillionem generaliter placitum habere volumus. 20

16. De periuriis ut caveantur, et ut non admittantur testes ad iuramentum, antequam discutiantur; et si aliter non possint discuti, separentur ab invicem et singulariter inquirantur. Et non soli accusatori liceat testes eligere, absente suo causatore. Et omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentum vel ad testimonia admittatur. Et ille qui ad testimonium ducitur, si refutetur, dicat ille qui eum refutat et probet, quare illum 25 recipere nolit. Et de ipso pago, non de altero, testes eligantur, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convictus fuerit periurii, perdat manum aut redimat.

17. Ut nemo propter cupiditatem pecuniae aut propter avaritiam suam prius det pretium aut futuram *conventionem* sibi praeparet, ut duplum vel triplum tunc[c] recipiat; 30 sed tunc tantum quando fructus praesens est illos conparet.

18. De causis quae cotidie non cessant.

19. De fugitivis qui non cessant recipere et abscondere.

20. De vagis peregrinis.

21. De homicidiis. 35

22. De *commendatis* mensuris modiorum et sextariorum.

23. De beneficiis nostris non bene constructis.

24. De hospitalitate et susceptione iterantium, tam missorum nostrorum quam reliquorum bonorum hominum.

25. Quod missos ad vicem nostram mittimus. 40

26. De his qui vinum et annonam vendunt antequam colligantur et per hanc occasionem pauperes efficiuntur.[d]

27. Ut ante vicarium et centenarium de proprietate aut libertate iudicium non terminetur aut adquiratur, nisi semper in praesentia missorum imperialium aut in praesentia comitum. 45

28. De homicidiis factis anno praesenti inter vulgares homines, quasi propter pulverem mortalem.

a) wadiari, wadia reddi, rewadiari, rewadiata *alii.* b) faciat *vel* accipiat *vel* perdonet *add. codd. complures.* c) tunc *omitt. codd. complur.* d) ut fortiter constringantur ne deinceps fiat *add. Goth.*[b] 50

29. De heribanno, ut diligenter inquirant missi. Qui hostem facere potuit et non fecit, bannum nostrum componat si habet unde componere possit; et si non habuerit unde conponere valeat, rewadiatum fiat et inbreviatum et nihil ex hoc exactum fiat usque dum ad notitiam domni imperatoris veniat.

30. Herisliz[a] qui factum habent per fideiussores mittantur.

31. De beneficiis destructis et alode restaurata.

32. De freda exigenda.

33. De materiamine ad naves faciendum.

34. Si aliquis Saxo hominem conprehenderit absque furto aut absque sua propria aliqua re, dicens quod illi habeat damnum factum, et hoc contendere voluerit, in iudicio aut in campo aut[b] ad crucem[b] licentiam habeat; si vero hoc noluerit, cum suis iuratoribus ipse liber homo se idoniare faciat. Et si servum cuiuslibet absque aliqua conprobatione conprehenderit, ipse servus aut ad aquam ferventem aut ad aliud iudicium se idoniare faciat.

35. Si aliquis Saxo caballos in sua messe invenerit et ipsos caballos inde ducere pro suo damno ad conprobandum voluerit, si quis liber homo hoc ei contradixerit aut aliquod malum pro hoc fecerit, tripla conpositione secundum legem et secundum ewam[c] contra eum emendare studeat et insuper bannum dominicum solvat, et manum perdat pro eo quod inoboediens fuit contra praeceptum domni imperatoris, quod ipse pro pace statuere iussit. Si servus hoc fecerit, secundum suam legem omnia in triplum restituat et disciplinae corporali subiaceat.

36. Quicumque liber homo inventus fuerit anno praesente cum seniore suo in hoste non fuisse, plenum heiribannum persolvere cogatur. Et si senior vel comes eum domi dimisit, ipse pro eo eundem heiribannum persolvat; et tot heribanni ab eo exigantur, quot homines domi dimisit. Et quia nos anno praesente unicuique seniori duos homines, quos domi dimitteret, concessimus, illos volumus ut missis nostris ostendant, quia his tantummodo heiribannum concessimus.

37. Ut quandocumque navigium mittere volumus, ipsi seniores in ipsis navibus pergant et ad hoc sint praeparati.

38. Furta[d] et iniusta connubia necnon et falsa testimonia, sicut saepe rogavimus, prohibete diligenter, sicut et Domini lex prohibet.

Item[e] capitula principum praeclarissimorum ecclesiastica simul et mundana domni Hludowici augusti et[f] Hlotharii caesaris[f], quae suprascriptam videntur habere rationem.

1. Benedictus de sua reclamatione in perpetuum sileat.

2. De manso quem Gehirfredus episcopus a Liutrigo comite requirit: ut si missi nostri invenerint eum iustitiam habere, non permittant Liutrigum per vestituram domni Karoli iustitiam eius impedire.

3. De foreste quam Autharius comes habere vult, ubi ea prius non fuisse dicitur: volumus ut missi nostri rei veritatem inquirant et iuxta quod iustum invenerint ex nostra auctoritate definiant.

a) herisсliz *cod. Bamb.* b) aut ad crucem *omitt. cod. Par.* 9654 *et Vat. Pal.* 582; *cfr. supra pag.* 279, *c.* 27. c) eouam, *corr.* euuam *et supra lin.* id est legem *cod. Hamb.* d) *Locus huius capitis cod. Par.* 10758 *ponit caput supra pag.* 334, *c.* 8 *editum.* e) *Tertiae appendicis capitula desunt in codicibus multis, ita his: Paris.* 4638, 9654, 18239, *Vat. Pal.* 582 *et* 973, *Vat. Chr.* 417, *Vat.* 4159, *Ottob.* 258, *Monac.* 3853, *Goth*[a]. *Weissenaug., Barrois olim Lovanii.* f) et Hloth. caes. *omitt. codd. secundae classis Goth*[b]. *Vat. Pal.* 583, *Vat. Chr.* 447.

4. De causa Rothmundi[a] comitis: ut ei liceat hic in palatio sacramentum suum iurare, quia propter nostrum servitium sibi constitutum placitum intra patriam observare non licuit.

5. De duabus feminis quae indiculos attulerunt: interrogandi sunt Heiminus et Monoaldus[b], utrum ecclesiasticae an fiscales fuissent. 5

6. Odo buticularius de foreste sua interrogandus est.

7. De rebus quas marchio tradidit filio Bosonis vel aliis hominibus: volumus ut hi quibus traditae fuerint vestituram suam accipiant et insuper confirmationem.

8. De rebus quas quaedam femina Hildegardae[c] reginae tradidit, et portionem quam sibi reservavit iniuste amisisse dicitur: volumus ut carta traditionis quaeratur et 10 inspiciatur et tunc, quid illa habere debeat, definiatur.

9. Querelam quam Helisachar et Heiminus[d] contra Maginarium[e] habent: volumus ut missi nostri secundum iustitiam et aequitatem definiant.

10. De querela Hildebrandi comitis, quod pagenses eius paravereda dare recusant: volumus ut hoc missi nostri ab his hominibus qui in eodem comitatu manent et ea 15 dare non debent, necnon et a vicinis comitibus inquirant; et si invenerint, quod ipsi ea dandi debitores sint, ex nostra iussione dare praecipiant.[f]

a) ruohtmundi *vel* hruotmundi *alii.* b) Manoaldus *Goth*[b.] c) Hildigardi *Goth*[b.] d) Haimiius *Goth*[b.] e) Mainarium *Goth*[b.] f) explicit Deo gratias legis eloquium *add. cod. Schlettst.*; expliciunt capitula *add. cod. Vat. Chr.* 1000. 20

BALUZIANAE EDITIONIS CAPITULARIA CUM EDITIONE NOSTRA COLLATA.

Baluze tom I. pag.		Nostra editio. pag.
	Capitularia veterum regum.	
5.	Childeberti regis constitutio. circa a. 554	2.
7.	Chlotharii regis constitutio generalis. circa 560	18.
9.	Praeceptio Guntramni. a. 585	11.
11.	Conventus apud Andelaum. a. 587	12.
15.	Pactus pro tenore pacis Childeberti et Chlotharii. circa an. 593	4, c. 1–8.
17.	Decretio Childeberti regis. circa 595	15.
19.	Decretio Chlotharii II regis. circa 595	5, c. 9–18.
21.	Edictum Chlotharii II. a. 595	20.
	Capitularia Dagoberti regis.	
29.	Lex Ripuariorum	deest.
57.	Lex Alamannorum	deest.
85.	Capitula 44 add. ad leg. Alamann.	desunt.
89.	Item alia capitula (add. leg. Alam.)	desunt.
95.	Lex Baiuvariorum	deest.
141.	Dagoberti praeceptum de episcopatu Cadurcino	deest.
141.	Indiculus Dagoberti de Desiderio episcopo benedicendo	deest.
143.	Sigeberti ad Desiderium Cadurcensem episcopum epistola	deest.
	Capitularia Karlomanni regis.	
145.	Karlomanni principis capitulare primum. 742	24.
149.	Karlomanni principis capitulare secundum Liptinense. 743	27.
150.	Indiculus superstitionum et paganiarum	223.
151.	Capitulare[1] incerti anni. circa 744	deest.

1) Excerptum est e Benedicti Levitae collectione, unum caput ex Ansegiso; pro Bonifacii statutis idem edidit Dacherius, spicil. IX, 63. Iam Baluzius pro fictitio capitulare suspicatus est (Cap. II, 1022), haud dubie recte.

Capitularia Pippini.

Baluze, tom. I. pag.		Nostra editio. pag.
155.	Pippini capitulare Suessionense. 744	29.
161.	Capitula data apud Vermeriam. circa 752	40.
165.	Alia[1] capitula synodi Vermeriensis	desunt.
167.	Capitula synodi Vernensis. 755, c. 1—25	33.
175.	„ „ „ „ c. 26—30	32, c. 4—7.
177.	Capitulare Metense. c. 1—3	31, c. 1—3.
178.	„ „ c. 4—5.[2]	desunt.
179.	„ „ c. 6—10	32, c. 4—7.
181.	Capitulare Compendiense. 757, c. 1—18	37, c. 1—21.
184.	„ „ 757, c. 19—21	31, c. 1—3.
185.	Pippini constitutio de letaniis. 764	42.
187.	Conventus[3] apud S. Dionysium. 768	

Capitularia Karoli Magni.

189.	Karoli Magni capitulare primum. 769	44.
193.	Epistola ad Offam regem Merciorum. 774	deest.
195.	Capitulare anni 779	47.
200.	„ „ „ appendix	216, c. 2.
199.	Decretale precum quorundam episcoporum	52.
201.	Constitutio de scholis instituendis	79.
203.	Constitutio de emendatione librorum	80.
207.	Capitulare Baiuvariorum. 788	157.
209.	Capitulare Aquisgranense primum anni 789	53.
241.	Capitulare secundum anni 789	62, c. 1—16.
243.	Capitulare tertium anni 789	63, c. 17—37.
245.	Item de rebus ecclesiarum	216, c. 4. 5.
245.	Praeceptum[4] de institutione episcopatus Bremensis a. 789	deest.
249.	Praeceptum[4] pro Trutmanno comite a. 789	deest.
249.	Capitulatio de partibus Saxoniae	68.
255.	Epistola ad Fastradam reginam	deest.
257.	Capitulare de causis regni Italiae. 793	200.
261.	Capitulare Francofordiense. 794.	73, c. 3—56.
271.	Commonitorium datum Angilberto. 796	deest.
271.	Epistola ad Leonem III.	deest.
273.	Epistolae duae ad Offam regem	desunt.
275.	Capitulare Saxonicum. 797	71.
281.	Pactus legis Salicae	deest.
323.	Recapitulatio solidorum	deest.
325.	Sententiae de septem septenis	desunt.
327.	Capitulare[5] interrogationis ad episcopos de presbyteris criminosis. 799	deest.
329.	Edictum dominicum de honore episcopis praestando circa 800	203.
331.	Capitulare de villis	83.
341.	Capitulare de ministerialibus palatinis	298.

1) *E Reginonis libro de causis ecclesiasticis excerpta sunt.* 2) *E Benedicto levita I,* 13. 14. 3) *Est tantum historica nota Baluzii.* 4) *Spurium.* 5) *Excerptum e Benedicti levitae collectione.*

	Baluze, tom. I. pag.		Nostra editio pag.
	345.	Capitula addita ad legem Longobardorum. 801	204.
	349.	Capitula excerpta ex lege Longobardorum	desunt.
5	357.	Capitulum[1] de honoranda sede apostolica	deest.
	357.	Capitulare episcoporum	106.
	361.	Capitulare primum anni 802, c. 1—40	91.
	375.	„ „ „ 802, c. 41	239.
	375.	Capitulare secundum anni 802	100.
10	379.	Capitulare[2] primum anni 803	deest.
	385.	Aliud[3] capitulum de purgatione sacerdotum	deest.
	385.	Item aliud[3] „ „ „ „	deest.
	387.	Capitulare secundum anni 803 sive ad legem Salicam	113.
	391.	Capitulare tertium anni 803	115.
15	395.	Capitula quatuor addita	144, c. 7. 5. 3. 4.
	395.	Capitulum de ingenuitate chartarum	215, c. 7.
	395.	Capitulare quartum anni 803 sive de Ripuariense c. 1—11	117.
	398.	„ „ „ „ c. 12	257.
	399.	Capitulare quintum anni 803, c. 1—3	142.
20	399.	„ „ „ „ c. 12—15	143.
	400.	„ „ „ „ c. 16—22	144.
	401.	Capitulare sextum anni 803	145.
	403.	Capitulare septimum anni 803	146.
	405.	Capitulare[3] octavum anni 803	deest.
25	413.	Epistola ad monachos S. Martini Turonensis	deest.
	415.	Capitulare ad Salz. 804	119.
	417.	Capitula data presbyteris	236.
	417.	Praeceptum[4] de scholis instituendis in ecclesia Osnabrugensi. 804	deest.
	421.	Capitulare primum anni 805	121.
30	423.	Capitulare secundum anni 805, c. 1—22	122.
	428.	„ „ „ „ c. 23—25	228, c. 13—15.
	429.	„ tertium „ „	122.
	435.	„ quartum „ „	120 praef.
	437.	Capitulum[3] de honore episcoporum	deest.
35	439.	Capitulare primum anni 806 (divisio)	126.
	447.	Capitulare secundum anni 806	157.
	449.	Capitulare tertium anni 806	156.
	449.	Capitulare quartum anni 806	158.
	451.	Capitulare quintum anni 806	131.
40	455.	Capitulare sextum anni 806	133.
	457.	Capitulare anni 807, c. 1—3	134.
	459.	„ „ „ c. 4—7	135.
	461.	Epistola imperatoris ad Pippinum filium	211.
	463.	Capitulare triplex anni 808	138. 139. 140.
45	465.	Capitulare primum anni 809, c. 1—29	150.
	467.	„ „ „ „ c. 30—34	148, c. 1. 2. 4. 7. 12.
	468.	„ „ „ „ c. 35—37	152, c. 10—12.

1) *E synodo Triburiensi* 895. 2) *Excerptum e Bened. levitae collectione; cfr. supra pag.* 388. 3) *Excerptum e Bened. levitae coll.* 4) *Spurium.*

Baluze, tom. I. pag.		Nostra editio pag.
469.	Capitulare secundum anni 809, c. 1—14	148.
472.	„ „ „ „ c. 15. 16	152, c. 10. 12.
473.	Capitulare primum anni 810	153.
475.	Capitulare secundum anni 810	154.
475.	Capitulare tertium anni 810	155.
477.	Capitulare primum anni 811	161.
479.	Capitulare secundum anni 811	162.
483.	Epistola generalis ad archiepiscopos	246.
485.	Capitulare tertium anni 811	164.
487.	Divisio[1] thesaurorum	deest.
489.	Capitulare primum anni 812	137.
493.	Capitulare secundum anni 812	166.
497.	Capitulare tertium anni 812	176.
499.	Praeceptum pro Hispanis 812	169.
501.	Capitulare primum anni 813, c. 1—26	173.
505.	„ „ „ „ c. 27. 28. 4. 5	175.
505.	Capitulare secundum anni 813	170.
511.	Capitulare[2] tertium anni 813	deest.
515.	Capitulare primum incerti anni	102.
519.	Capitulare[3] secundum incerti anni	deest.
529.	Capitulare quartum incerti anni	206.
531.	Capitulare quintum incerti anni	237.

535.	Capitulare Pippini regis Italiae 793, c. 1—13	198.
538.	„ „ „ „ 793, c. 14—29	200.
539.	„ „ „ „ 793, c. 30—34	202.
540.	„ „ „ „ 793, c. 35—38	66.
541.	Ejusdem Pippini capitula excerpta e lege Longobardorum	desunt.

Capitularia Ludovici Pii.

549.	Praeceptum primum pro Hispanis 815	261.
553.	Epistola ad Magnum archiepiscopum 816	338.
557.	Epistola ad Sicharium archiepiscopum 816	338.
561.	Epistola ad Arnonem archiepiscopum 816	338.
561.	Capitulare Aquisgranense anni 816	273.
564.	Capitula proprie ad episcopos 816	275.
569.	Praeceptum secundum pro Hispanis 816	263.
573.	Charta divisionis imperii. 817	270.
579.	Capitulare Aquisgranense de vita monachorum 817	344.
589.	Notitia de monasteriis 817	350.
591.	Decretum confirmationis Paschali factae 817	353.
597.	Capitulare primum anni 819	281.
605.	Capitulare secundum anni 819	295.
607.	Capitulare tertium anni 819	292.

1) *Ex Einhardi vita Karoli.* 2) *Lex Francorum Chamavorum.* 3) *E Benedicti levitae collectione.*

Baluze, tom. I. pag.		Nostra editio pag.
611.	Capitulare quartum anni 819	287.
613.	Capitulare quintum anni 819	289.
619.	Capitulare sextum anni 819	189.
621.	Capitulare anni 820	294.
623.	Epistola ad monachos Anianenses circa 821	deest.
625.	Capitulare Triburiense 822	360.
629.	Capitulare de monasterio S. Crucis Pictavensis. 822	302.
631.	Capitulare anni 831, c. 1—24	303.
640.	" " 831, c. 25—27	308.
642.	" " 831, c. 28	309.
643.	Commonitorium Jeremiae archiepiscopo datum	deest.
645.	Epistola ad Eugenium II papam	deest.
647.	Sacramentale promissionis	324.
647.	Capitulare[1] Ingelheimense. 826	deest.
651.	Praeceptum de monasterio Dervensi. 827	deest.
653—690		Tom. II.
691.	Ansegisi collectio	382.

1) *E Bened. levitae collectione excerptum.*

PERTZIANAE EDITIONIS CAPITULARIA CUM EDITIONE NOSTRA COLLATA.

Pertzii editio Tom. I pag.		Nostra editio pag.
1.	Childeberti I regis constitutio. circa 554	2.
2.	Chlothacharii I regis constitutio. 560	18.
3.	Guntchramni regis edictum 585	11.
5.	Guntchramni et Childeberti regum pactum 585	12.
7.	Childeberti II et Chlotharii II regum pactum c. 593	4, c. 1—8.
9.	Childeberti II regis decretio. 596	15.
11.	Chlothacharii II regis decretum	5, c. 9—18.
14.	Chlothacharii II edictum 614	20.
16.	Karlomanni principis capitulare	24.
18.	Karlomanni principis capitulare Liptinense. 743	27.
19.	Forma abrenuntiationis. 743	222.
19.	Indiculus superstitionum 743	223.
20.	Pippini principis capitulare Suessionense. 744	29.
22.	Pippini regis capitulare Vermeriense. 753	40.
24.	Pippini regis capitulare Vernense duplex. 755	33.
27.	Pippini regis capitulare Compendiense. 757, c. 1—21	37.
29.	" " " " 757, c. 22—24	31, c. 1—3.
29.	Conventus Attiniacensis 765	221.
30.	Pippini regis capitulare incerti anni	31.
32.	Encyclica de letaniis. 765	42.

Karoli magni capitularia.

33.	Capitulare generale 769	44.
36.	Capitulare anni 779	47.
39.	Capitulare episcoporum 779	52.
40.	Capitulare Mantuanum 781	190.
41.	Ista lex canonica	231.
42.	Pippini regis capitulare Langobardicum 782	191.
44.	Encyclica de emendatione librorum. 782	80.

Pertzii editio Tom. I pag.		Nostra editio pag.
46.	Capitulare generale a. 783	200.
48.	Capitulare Paderbrunnense. 785	68.
50.	Capitulare Langobardicum a. 786, c. 1—5	202.
51.	„ „ a. 786, c. 6—9	66.
52.	Encyclica de litteris colendis. 787	79.
53.	Capitulare ecclesiasticum a. 789	53.
67.	Capitulare monasticum a. 789	62, c. 1—16.
68.	Capitulare generale a. 789	63, c. 17—37.
69.	Capitula duo langobardica	216, c. 4. 5.
70.	Capitulare Pippini Papiense. 789. 790	198.
71.	Capitulare Francofurtense. 794	73.
75.	Capitulare Saxonicum. 795	71.
77.	Statuta Rhispacensia et Frisingensia 799	226, c. 1—31.
80.	Statuta Salisburgensia. 799	229, c. 32—47.
81.	Edictum pro episcopis. 800	203.
82.	Capitulum pro pago Cenomannnico. 800	81.
83.	Capitulare Ticinense. 801, c. 1—8	204.
84.	„ „ 801, c. 9—13	267.
85.	„ „ 801, c. 14. 15.	144, c. 1. 2.
85.	„ „ 801, c. 16—18	34, c. 7. 9.
86.	„ „ 801, c. 19—23	232.
86.	„ „ 801, c. 24 [1]	deest.
87.	Capitulare Aquisgranense. 801, c. 1—21	106.
88.	„ „ 801, c. 22—27	Anseg.II,21.34-38
89.	Mandatum de Saxonibus obsidibus. 802	233.
91.	Capitulare Aquisgranense a. 802	91.
97.	Capitula missis dominicis data 802	100.
99.	Capitula excerpta. 802	102.
101.	Admonitio generalis. 802	239.
103.	Capitulare Langobardicum. 802, c. 1—20	209.
105.	„ „ 802, c. 21	270, c. 3.
106.	Capitulare generale Aquense. 802	109.
107.	Capitula examinationis generalis. 802	234.
107.	Capitula de doctrina clericorum. 802	235.
108.	Excerpta canonum. Capitula varia. 802	108.
109.	Capitulare Langobardicum duplex. 803	194. 196.
112.	„ „ „ appendix c. 6	216, c. 3.
113.	Capitula quae in lege Salica mittenda sunt. 803	113.
114.	Capitula minora. 803	115.
116.	Cap. de inienuitate cartarum	215, c. 7.
116.	Capitula quatuor addita	144, c. 7. 5. 3. 4.
116.	Capitulare [2] Langobardicum	deest.
117.	Capitula quae in lege Ribuaria mittenda sunt. 803	117.
118.	Capitula duo subiuncta	144, c. 7; 257.
119.	Capitulare de exercitu promovendo. 803	137.

1) *Est legis Ribuariae tit.* 89 (91.) 2) *A librario, non a rege collectum; fontes capitum* 1—21 *Pertzius indicavit, c.* 22—24 = *pag.* 125, *c.* 22, *p.* 291, *c.* 25, *p.* 287, *c.* 3 *in editione nostra.*

Pertzii editio Tom. I pag.		Nostra editio pag.
120.	Capitula alia addenda c. 1—3	142.
120.	„ „ „ c. 12—15	143.
121.	„ „ „ c. 16—22	144.
121.	Capitula misso cuidam data. 803	145.
122.	Capitula a missis dominicis edita. 803	146.
123.	Capitulare ad Salz 803	119.
124.	Capitulare metropolitani cuiusdam	236.
124.	Capitula data persbyteris	236.
126.	Capitula legi Baioariorum addita 803	157.
127.	Capitulare Baioaricum. 803	158.
128.	Epistola de oratione dominica et symbolis discendis. 804	241.
129.	Capitulare de latronibus. circa 804	180, c. 1—4.
129.	Capitula ecclesiastica. circa 804	257.
130.	Capitulare Aquisgranense a. 805	141.
131.	Capitulare duplex in Theodonis villa promulgatum. 805	121. 122.
135.	Capitula duo antecedenti subnexa 23. 24	147.
135.	Capitula excerpta[1]	desunt.
137.	Capitula missorum dominicorum. circa 806	183.
138.	Capitula presbyterorum	243.
140.	Divisio imperii. 806	126.
143.	Capitulare duplex ad Niumagam	131.
145.	Encyclica de placito generali habendo. 806	168.
146.	Capitulare Aquense. 806	156.
147.	Capitula excerpta de canone. 806	133.
148.	Capitulare[2] Langobardicum a. 806, c. 1	187, c. 1.
149.	Capitulare Aquense anni 807, c. 1—3	134.
149.	„ „ „ 807, c. 4—7	135.
150.	Epistola ad Pippinum regem Italiae. 807	211.
151.	Capitulare Ingelheimense a. 807	206.
152.	Capitulare Noviomagense duplex a. 808	138. 139.
153.	Capitulare[3] Langobardicum a. 808	deest.
154.	Capitulare Aquisgranense a. 808	140.
155.	Capitulare Aquisgranense a. 809, c. 1—14	148.
156.	„ „ a. 809, c. 13—17	150, c. 13—17.
156.	„ „ a. 809, c. 21. 22. 24. 25	150, c. 21. 22. 24. 25.
157.	„ „ a. 809, c. 15	151, c. 23.
157.	„ „ a. 809, c. 16 - 18	150, c. 1. 2. 4—7.
157.	„ „ a. 809, c. 19	151, not. h.
157.	„ „ a. 809, c. 20. 21	150, c. 8. 9.
157.	„ „ a. 809, c. 22—24	152, c. 10—12.
157.	„ „ a. 809, c. 25—27	150, c. 20. 26. 27.
157.	Capitulare[4] Langobardicum a. 809	deest.
158.	Capitulare de disciplina palatii Aquisgranensis a. 809	298.
159.	Capitulare de moneta. 809	299.

1) *Cfr. editio nostra pag.* 120 *in praefatione,* 2) *A librario, non a rege collectum.* 3) *A librario, non a rege collectum; c.* 1 = *p.* 122, *c.* 10; *c.* 2 = *p.* 122, *c.* 2; *c.* 3—7 = *Notitia Liutprandi regis, cfr. Mon. Germ. Leges IV, p.* 181, *c.* 3—5. 4) *Est pars Liutprandi regis notitiae; cfr. Mon. Germ. Leg. IV. pag.* 180, *c.* 1. 2.

Pertzii editio Tom. I pag.		Nostra editio pag.
160.	Capitulare ecclesiasticum. 809	237.
161.	Capitula de presbyteris	178.
162.	Capitulare Aquisgranense a. 810	153. 154.
163.	Capitulare de instructione missorum	155.
164.	Encyclica de ieiuniis generalibus	245.
165.	Riculfi archiepiscopi encyclica	249.
166.	Capitulare duplex Aquisgranense a. 811	161. 162.
168.	Capitulare de expeditione exercitali. 811	164.
169.	Capitulare de exercitalibus. 811	160.
170.	„ „ „ 811, c. 5. 6. langob.	217, c. 6. 7.
171.	Encyclica ad archiepiscopos de doctrina. 811	246. 247.
172.	Capitulare Bononiense. 811	166.
174.	Capitulare Aquisgranense a. 812	176.
175.	Beneficiorum regalium describendorum formulae	250.
181.	Capitulare de villis imperialibus. 812	83.
187.	Capitulare Aquisgranense a. 813	170.
189.	Excerpta canonum. c. 1—26	173.
190.	„ „ c. 26^{b} – 26^{g}	175.
191.	Capitula Langobardica c. 1[1]	deest.
191.	„ „ c. 2. 3[2]	desunt.
192.	„ „ c. 1. 3—8. 10. 12—14. 16. 17	217, c. 9—22.
192.	„ „ c. 2[3]	deest.
193.	„ „ c. 9	56, c. 45.
193.	„ „ c. 11	277, c. 13.
193.	„ „ c. 15[4]	deest.
193.	„ „ c. 18	58, c. 64 sub fine.
194.	Capitula de Iudaeis	258, c. 1—5.

Hludowici I. capitularia.

195.	Capitulare a. 816 praef.	267.
195.	„ „ „ c. 1—3	269.
196.	Constitutio de liberis et vassallis	215, c. 7. 8.
198.	Divisio imperii a. 817	270.
201.	Capitula monachorum. 817	344.
204.	Capitulare Aquisgranense generale. 817	273.
206.	Capitulare ad ecclesiasticos ordines. 817	275.
210.	Capitula legibus addita. 817	281.
214.	Capitula per se scribenda. 817, c. 1*	286 in praef.
214.	„ „ „ „ „ c. 1—8	287.
215.	„ „ „ „ „ c. 9—11	315.
216.	„ „ „ „ „ c. 12. 13	286 in praef.
216.	„ „ „ „ „ c. 14	289 not. k.
216.	„ „ „ „ „ c. 15	290, c. 14.
216.	Capitula missorum. 817	289.
219.	Encyclicae ad archiepiscopos. 817	338.

1) *Est Legis Salicae emend. tit.* 62. 2) *Tomo secundo inserenda erunt.* 3) *Est Hludowici II Italiae imperatoris, tomo secundo edendum.* 4) *Est Astulfi regis caput* 8.

Pertzii editio Tom. I. pag.		Nostra editio pag.
223.	Constitutio de servitio monasteriorum	350.
225.	Capitula legi Salicae addita. 819	292.
227.	Responsa misso cuidam data	295.
228.	Capitula Langobardica, c. 1. 2	335, c. 1. 2.
228.	" " c. 3[1]	deest.
228.	Capitulare Aquisgranense. 820	294
230.	Capitulare ad Theodonis villam. 821	300.
231.	Capitulare Attiniacense. 822	357.
232.	Hlotharii I. imperatoris constitutiones Olonnenses a. 823	
232.	Capitula generalia c. 1	319, c. 12.
232.	" " c. 2—8	318, c. 2—8.
233.	" " c. 9	319, not. a.
233.	" " c. 10. 11	318. c. 1. 18.
233.	" " c. 12—14	320.
234.	Capitula comitibus data, c. 1—14	318, c. 1—14
235.	" " " c 15	287. c. 5.
235.	" " " c. 16—18	319, c.17. 15. 16.
235.	Capitulare tertium c. 1—6	316.
236.	" " c. 7. 8	321.
237.	Capitulare episcopis datum. 823	189.
238.	Episcoporum ad Hludovicum imperatorem relatio. 824	368.
239.	Hlotharii I. constitutio Romana. 824	323.
241.	Hlotharii constitutio Maringensis. 825	187.
242.	Edictum de expeditione Corsicana. 825	325.
243.	Capitulare Aquisgranense a. 825	303.
246.	Capitulare missorum. 825, c. 1—3	308.
247.	" " 825, c, 4	309.
248.	Hlotharii I. capitula ecclesiastica. 825, c. 1—10	326.
249.	" " " 825, c. 11—13[2]	358.
250.	Hlotharii capit. ecclesiast. minora. 825	328.
251.	Hlotharii capitula generalia. 825	329.
252.	Nomina Langobardorum	377.
253.	Capitula excerpta. 826, c. 1. 2	310.
254.	" " 826, 3—18	312.
256.	Capitulare Hludowici et Hlotharii. 826	314.
261.	Hludowici capituli versio francica	379.
271.	Ansegisi capitularium libri	382.

Tomus II.

1.	Chlodowechi[3] regis capitula pacto legis Salicae addita	desunt
6.	Childeberti[3] regis capitula pacto legis Salicae addita	"
9.	Chlothacharii[3] regis capitula pacto legis Salicae addita	"
10.	Chilperici regis edictum. 561—584	8.
12.	Capitula[3] pacto legis Salicae addita	desunt.

1) *Est canon* 50 *concilii Mogont.* 813; *quod Pertzius ibidem in nota* i *exhibet glossema est.* 2) *Cap.* 11 *a Pertzio e cod. Blankenb. illic editum est in editione nostra pag.* 197, *c.* 8. 3) *In lege Salica edenda erunt.*

Pertzii editio Tom. II. pag.		Nostra editio pag.
13.	Pippini regis capitulare Aquitanicum. 768	42.
14.	Karoli magni capitulare missorum Aquitanorum. 789	65.
15.	Karoli[1] Magni synodus Romana. 800	deest.
16.	Karoli Magni capitula missis dominicis data. 802	100.

Tom. II. pars 2. pag.		
1.	Karoli Magni constitutio Scahiningensis.[2] 784	deest.
2.	Karoli Magni constitutio de expeditione Romana[3] a. 790 . . .	deest.
4.	Karoli M. et Hludowici I capitulare apud Theodonis villam . .	360.
6.	Hludowici I imperatoris pactum cum Paschali papa. 817 . . .	353.
11.	Eugenii II concilium Romanum. 826	370.

1) *Est tantum Leonis pontificis sacramentum purgatorium.*

2) *Constitutio haec est:* Cum in Saxonia orientali una cum primoribus Francorum et Ostsaxonum placitum infra villam Scanigge in Nortthuringia, adstantibus episcopis et abbatibus non paucis, habitum sit et de punctibus multifariis conventum, constituimus, ut in loco Seligenstatt, vulgo Sliestat, inter Oreheim et Scanigge, fiat opidum ex villa et ibi episcopus Saxonie orientalis sedere possit. Id vero si effici non possit, locus maior et munitus in sedem episcopi per missos et comites nostros deligendus est, ubi ab invasionibus orientalium inimicorum episcopus nil habeat timendum. Episcopo et presbiteris, qui illi debent esse obedientes, Saxones pro sacramentis, pro sepultura, pro officio vario, dabunt nihil. Dabunt vero ecclesiis singulis singulos mansos, episcopo et presbiteris decimas et nonas ex omni proventu, ut antistites ecclesiarum inde vivere, pauperes sublevari et utensilia ecclesiae cuiusque comparari possint.

Promiserunt Saxones sacramento, quod intra annum cum suis, quotquot nondum sunt baptizati, baptismum suscipient, quod cum comitibus nostris secundum leges ipsorum iudicium facturis volunt scabinos suos adiungere, quod paganias suas volunt dimittere, quod sacrificia hominum et bestiarum, cremationes hominum mortuorum, incerta auguria et divinationes infidas derelinquent, et regibus Francorum per omnia manebunt fideles, et ante Kalendas Maii dona component et postea nobis ad curtem nostram Eresburg mittent. Quod cum iurarunt digitis in coelum sublatis, nos misericorditer et propitiata mente ipsos in mundiburdium ac in tuitionem nostram nostrorumque successorum recipimus. Id. Augusti.

Hanc constitutionem in chronico quodam Gandersheimensi repertam Ioh. Christophorus Harenberg in primo fasciculo monumentorum historicorum adhuc ineditorum pag. 90 *anno* 1758 *primus edidit. Sed uti e fonte admodum incerto ea profluxit, ita ipsius verba etiam spuriam eam demonstrant, fictam, ut videtur, respectis annalibus Laurissensibus, qui anno* 784 *Karolum ad Scahiningi conventionem cum Ostfalahis fecisse dicunt.*

3) *Saeculo decimo et undecimo haud dubie ficta inter recessus imperii Germanici edenda erit.*

E r r a t a.

pag. 8. lin. 42 pro *id pacto* legas *in pacto*.
pag. 12. lin. 31. pro *I*, 3 legas *I*, 5.
pag. 28. lin. 41. pro *I*, 30 legas *I*, 20.
pag. 43. lin. 24. pro *Cap.* 93 legas *Cap.* 94.
pag. 53. lin. 44. pro *nos com.* legas *nos om.*
pag. 59. lin. 35. post *cum magna* addas *veneratione habeantur et ut sacrificia sanctificata cum magna.*
pag. 60. lin. 5 ad *aliqui* adde notae signum *z.*
pag. 90. lin. 37. pro *c.* 35 legas *c.* 37.
pag. 102. lin. 10. Codex Barrois capita etiam 1 — 26 praebet subnexa capitulis in Theodonis villa datis.
pag. 107. lin. 36. pro *inscriptionem* legas *inscriptionum.*
pag. 126. lin. 8. pro *Eyerton* legas *Egerton.*
pag. 136. lin. 26. pro *c.* 37 legas *c.* 35.
" " " 27. pro *c.* 9 legas *c.* 10.
pag. 138. lin. 23 pro 50 legas 51.
pag. 142. lin. 14 pro *concepta sunt* legas *conceptum est.*
pag. 156. lin. 3. Codex Montispess. 136 omnia sex capita continet.
pag. 237. lin. 29. pro *I*, 351 legas *I*, 531.
pag. 267. lin. 2 pro *Novembr.* 1. legas *Novembri.*
pag. 279. lin. 3 pro *ei* legas *eis.*
pag. 280. lin. 5 pro 136 legas 139.
pag. 294. lin. 12. pro *I*, 62 legas *I*, 621.
pag. 303. lin. 13 pro *B. apud. Ans.* legas *B. I*, 631.
pag. 306. lin. 13. pro ; ponas , .
pag. 309. lin. 35. pro *capitula* legas *capitulare.*

